ſubditur cùm dicitur: k ¶ Quia tur.
Iõ vocatus eſt loc⁹ ille, vallis Achor. i. tur
bationis: ita q Achor nõ eſt nomẽ pro-
priũ, ſed cõmune. l ¶ Lapidauitq́. Vi
detur q in hoc factum ſit contra pceptũ
domini dicentis ſuprà eo. ca. Et quicũq;
ille in hoc facinore fuerit deprehenſus, cõ
buretur igni cũ oĩni ſubſtãtia ſua. Ad hoc
dicũt, q nomine combuſtionis intelligiẽ
alia pœna quęcunq;, ſecundũ illud Hiere.
xj. a. Eduxi eos de fornace ferrea Aegypti.
i. de ſeruitute dura. & ſic in propoſito no
mine combuſtionis intelligitur lapidatio.
Sed hoc non videtur bene cõſonum te-
xtui; quia ſimul præcipiẽ à dño cõburi cũ
eius ſubſtantia: q̃ fuit cõbuſta, vt patet per
literã ſequentẽ, cũ dicit: Et cuncta. Aliter
exponunt aliqui dicentes, q verbũ domi
ni de combuſtione Achan intelligitur de
igne gehennę, quia vt dicunt, non pœni-
tuit verè ratione culpæ, ſed tm̃ rõne pœ-
næ. Et ad hoc deſignandum ſignanter dixit dominus: Et quicũq; ille
in hoc facinore fuerit deprehenſus, comburetur igni. q. d. à me ſibi
pœnam futuram reſeruate. iõ non dixit, comburetis eũ igni, ſed cõ-
bureẽ. Sed hoc dictũ non videtur textui conſonũ, qa iſte Achã ad
dandã gloriã deo confeſſus fuit veraciter & humiliter peccatũ ſuũ,
vt patet in textu, & ideo nõ eſt veriſimile q fuerit damnat⁹, & hoc
ſonat verbũ Ioſue dicentis ei: Quia turbaſti nos turbabit te dñs in
die hac, quaſi dicat, non in futuro. In Hebręo em̃ nõ eſt verbũ opta
tiuũ. ſ. turbet te, ſed indicatiuũ. יעכרך Iagcharcha, turbabit te, qa Io
ſue ad eius cõfortationẽ, pp̃ter humilẽ cõfeſſionẽ; indicabit ei vt vi-
deẽ, q mors tẽporalis eſſe ſibi expiatio peccati. Et iõ aliter põt dici, q

 iſte Achan

E pleta viderentur,q̄ ob aliud dicta voluit intelligi. Nec moue-
re debet,ꝙ nō ipſum tm̄,ſed etiā oia q̄ ſunt eius deus igni cremāda
ꝑdixerit,ait enim:Igni cremabit̃,& oia q̄cunq; ſunt ei⁹. Oia eīn hæc
opa poſſunt intelligi,q̄ cū illo dixit eſſe cremanda. Nā ſicut Apl̃s di
1.Cor.3.c. cit de quibuſdā opibus igne cōſumptis: Ipſe aūt ſaluus erit. Si hui⁹
peccatum ita intelligendum eſt,vt etiam æ-
terno igne puniatur:filios ergo eius & fi-
lias cū pecoribus & omnia quæ habebat,
populus cū eum puniret ſil'lapidibus ob
ruit. Non tamen hoc iudicio humano,ſed
ſpiritu prophetico fecit Ieſus,ſiue ita intel-
ligens,omnia quęcūq; ſunt eius,vt nec fili-
os cenſeret exceptos, lapidationis pœnam
pro igne ingerens,ſiue opera eius quę poſt
mortem deus in illo fuerat crematurus,nō
ſolū per cætera q̄ illi erant,ſed etiam per fi-
lios ſignificans. Nec ideo credendum eſt,
eos pro peccato patris,(à quo innocentes
erant)poſt mortem igni inferni eſſe cremā
dos. Mors enim q̄ omnes manet,quāuis de
primo peccato veniat,qa ita nati ſum⁹, vt
Mors vtilis Sap.4.b. neceſſariò moriamur, accelerata quibuſdā
eſt vtilis. vn̄:Raptus eſt ne malitia mutaret
ſenſum illi⁹. Quo ergo iudicio dei vel miſe
ricordia fuerit irrogata filijs huius , vl'illis
xxxvj. viris,cū omnes ab ei⁹ peccato fuerit
alieni,latet apud eum apud quem non eſt
Ro.9.c. iniquitas. Sed illud in promptu eſt,qa po-
pulum terribiliter oportebat quærere qđ
amiſſum eſt,& tantò timuerunt cęteri fa-
F ctum eius imitari,q̄ntò humana horreret
infirmitas in tam magnum & tam iuſtum
odium populi dari,& eis quos ad ſpem ꝓ
pagandi generis ſe relicturā putabat,pecca
to ſuo ſecum conſumptis mori,

consumpta ſunt. Congregauerunt a
quoq; ſuper eum aceruū magnum
lapidum,qui permanet uſq; in prę
ſentem diem. Et auerſus eſt furor
domini ab eis. Vocatumq; eſt no-
men loci illius,uallis Achor uſque
hodię.

Cap. VIII.

Dixit autem domi- b
nus ad Ioſue: Ne ti
meas,neque formi
des. Tolle tecum o-
mnem multitudinē
pugnatorū,& con-
ſurgens aſcende in oppidum Hai.
Ecce tradidi in manū tuam regem c
eius & populum , urbemq; & ter-
ram. Faciesq; urbi Hai & regi eius d
ſicut feciſti Iericho & regi illi⁹. Præ e
dam uerò & omnia animantia diri
b pietis uobis. Pone īſidias urbi poſt f
eam. Surrexitq; Ioſue & omis exer g
citus bellatorum cum eo,ut aſcen-
derent in Hai,& electa triginta mi h
lia uirorum fortiū miſit nocte prę-

*Nicolaus de Lyra.*

iſte Achan dupliciter peccauit. ſ. pecca
to ſacrilegij,furando rem domino cōſecra
tam:& violatione ſabbathi,quia furtum illud commiſit in die ſab-
bathi,vt patet ex dictis capituli ſexti,& ideo punitus eſt duplici pœ
na. ſ. lapidatiōis pro violatiōe ſabbathi,quia hęc eſt pœna debita ſe-
cundum determinationem domini,vt habetur Nu.xv. de colligen-
te ligna in ſabbatho. ſecundò pœna combuſtionis cum pertinenti-
bus ad ipſum,ſecundum quod dominus pręceperat in hoc capitu.
a Congregauerunt. ꝓ memoria futura ad terrorem aliorum,

Dixit aūt. Hîc conſequenter deſcribitur ci- Cap. VIII. G
uitatis Hai deſtructio,& ſcđ'ò ex hoc habitatorum terræ Diuiſio
Chanaan trepidatio. capi.ix. Circa primum primò à dn̄o
dicit captionis mod⁹. Scđ'ò ſubdit̃ executionis actus,ibi:Surrexitq;
Ioſue. Tertiò immolationis cultus,ibi. Tūc ædificauit Ioſue altare.
Circa primum dicitur: b Dixit au.
q.d. ſicut ſubtraxi à te auxiliū meum ꝓpter
peccatum ipſius Achan,ita te protegam ꝓ
pter iuſtitiam de ipſo factā. ideo ſubditur:
c Ecce. q.di. victoria hæc erit virtute
mea. d Faciesq;. ipſam deſtruendo &
regi eius:ipſum occidendo. e Prędā.
i. diuidetis. Sic autem non fuit factū de prę
da Iericho,quę fuit poſita ſub anathemate,
vt dictū fuit. ſ. v. ca. f Pone. Qualiter
aūt & ad qd nō exprimit̃ hîc,ſed parte ſeq̄n
ti. dn̄s tn̄ hîc reuelauit ipi Ioſue q̄cquid po
ſtea executus eſt. Occaſione autē huius
dicti quęrit̃ hîc, vtrū in bello licitū ſit inſi-
dijs & cautelis vti? Et videt̃ qđ non,qa ius
naturale dicit:Nō facias alijs quod tibi nō Matt.7.b.
vis fieri,nullus autem vellet ſibi fieri inſidi-
dias:ergo &c. Item inſidię ſunt quædā frau
des,& per conſequens pertinent ad iniuſti
tiam. ergo non eſt eis licitum vti. quia ſcri-
ptum eſt Deute.xvj.d. Qđ iuſtum eſt,iuſtē
exequeris. In cōtrariū eſt glo. Aug. ſup lo-
cū iſtū,& textus in quo dicitur:ꝙ Ioſue po
ſuit inſidias de mādato dn̄i. Rn̄ſio. Aut
bellum iuſtum eſt,aut iniuſtū. Si iniuſtum,
non eſt licitum bellare , & per conſequens
iniuſtū eſt & illicitū inſidijs vti. Si aūt ſit bel
lum iuſtū,tūc dicēdum qđ inſidię & caute H
lę ad hoc ordinantur vt hoſtes decipiātur.
Poſſunt autem hoſtes dupliciter decipi ab
aduerſarijs ſuis. ſ. vno mō quia dicitur eis
falſum,vel non ſeruatur ſemper ꝓmiſſū. &
hoc eſt ſemp illicitū, quia in bellis ſunt quę
dam iura ſemper obſeruanda , etiam cū ad
uerſarijs,ſecundū qđ dicit Ambro. libro de officijs. ſicut obſeruatio
treugarum,& conſimilia. Et ideo ſi inſidiæ fiant per talem modū,ſūt
iniuſtę & illicitę. Alio modo decipiuntur hoſtes per hoc,qđ aduer-
ſarij occultant eis verbis vel factis ſuam intentionem. & hoc eſt lici
tum,quia non tenentur eis reuelare ſua ſecreta. Vnde & in ſacra ſcri
ptura dicitur,qđ ſecreta fidei occultanda ſunt infidelibus, ne ab eis
derideantur. ſecundum qđ dicitur Matth.vij.a. Nolite ſanctum da-
re canibus. Et multò fortius in bello iuſto licitum eſt occultare ſecre
ta ſua aduerſarijs. quia hoc maximè valet in rebus bellicis , vt patet
per Vegetium lib.iij. de arte militari. Et ideo Augu. in glo. ſuper lo
cum iſtum dicit:Si quis bellum iuſtum ſuſceperit,vtrum aperta pu
gna,an ex inſidijs vincat, non refert ad iuſtitiam. Ex dictis patet pri
mum argumentum,qa nullus voluntate rationabili debet velle qđ Diuiſio
omnia ſibi reuelentur. Similiter ſecundum,quia tales inſidiæ non ꝑ
tinent ad iniuſtitiam,ſed ad prudentiam bellicam. g Surrexitq;
Ioſue. Hîc conſequenter deſcribitur executionis actus. quia ſic Io-
ſuę executus eſt , ſicut dominus ſibi reuelauit;quę quidem executio
primò deſcribitur quantū ad exercitus ordinationem. ſecundò q̄tū
ad ciuitatis captionem,ibi:Abijt ergo Ioſue. Sententia primę partis
patet in litera,quę ē plana,paucis exceptis quę diſcurrētur. h Et.
Dicit Ra.Sa. quòd ibi fuerunt poſitę duplices inſidiæ . In primis fue
runt.xxx. milia virorum,de quibus loquitur hîc ſcriptura. In ſecun-
dis verò inſidijs fuerunt quinque milia , de quibus dicitur infrà in
parte iſta. Quinque autem milia viros elegerat,& poſuerat ī inſidijs,
ita quod iſtæ inſidiæ erant propinquiores ciuitati quàm aliæ. Expo
ſitores autem catholici communiter dicunt,quod quinque milia vi
roū de qb⁹ fit ſermo infrà fuerūt de numero iſtorū triginta miliū.
& illi tm̄

## GLOS. ORDI.

### CAP. VIII.

Dixit aūt. a In oppi. Adamā. Priò ꝓpt̃ peccata vi
cti ſum⁹,& q habitabāt Hai multos interfecerūt. Hai
enim interpretatur chaos,quod eſt habitaculum dę-
monum,quorum rex diabolus eſt. Contra quem vę
niens Ieſ⁹ in duas partes diuidit populum,alios ī pri-
mis,alios in poſtremis ſtatuit,qui ex inſperato poſt terga veniant i-
Matt.15.c. nimicorum. Primi autem ſunt Iudæi , de quibus dicitur:Non veni
Ro.1.b. niſi ad oues perditas domus Iſrael. Et alibi:Iudęo primum & Græ-
co. i. Gentili poſteriori. Iudaicus ergo populus eſt qui primus ſtatui
tur,& quaſi fugiens cū Ieſu,poſterior verò Gentilis,quaſi ex inſpera
to veniens. Quis enim ſperaret gentes ſaluari? Acrius poſt tergū ad
uerſarios cædit. Et ſic vterq; populus mediam turbam dæmonum
concludit & vincit. Fugere autem viſi ſunt qui ſequuntur Ieſum ab
onere legis,obſeruatione ſabbathi,circunciſione carnis, & huiuſmo
di:ſed iterum non fugit,qui ſequitur Chriſtum,perfectionem & ple
nitudinem legis. b Pone inſidias. Augu. Cū quis iuſtum bel
lum ſuſceperit cui bellare fas eſt(non enim fas eſt omnibus) vtrum
Iuſtū bellū aperta pugna vl' inſidijs vincant,nihil ad iuſtitiam intereſt. Iuſta au-
tem bella definiri ſolent,quæ vlciſcuntur iniurias:ſi ea gens,vel ciui-
tas quæ bello petenda eſt,vel vindicare neglexerint quod à ſuis im-
probè factum eſt,vel reddere quod per iniurias ablatum eſt. Sed &
hoc genus belli iuſtum eſt quod deus imperat,apud quem non eſt
iniquitas,& nouit quid cuiq; fieri debeat. In quo bello ductor exer-
citus vel ipſe populus,nō tam auctor belli q̄ miniſter iudicādus eſt.
Aug. Quęrēdum eſt vtrū omnis fallendi voluntas pro mendacio
putanda ſit,& ſi ita eſt,vtrū poſſit eſſe iuſtum mendacium, quo ille
fallit̃ qui dignus eſt falli. Et ſi non hoc quidē iuſtū reperitur,reſtat vt
ſecūm aliquā ſignificationē hoc quod de inſidijs factū eſt,ad verita-
tē referatur.

Moral. b Dixit autem. In hoc cap. agitur de debellatione ci Moraliter
uitatis Hai & regis eius. Hai interpretatur chaos,quod idem eſt qđ
confuſio. Rex igitur Hai regem confuſionis ſignat. Et ſicut dicit q̄-
dam glo. Hebraica ſuper Eccleſiaſten,fomes peccati eſt talis rex . Di-
citur enim rex,quia multi obediunt ei. & rex confuſionis,nam incli
nat ſubditos contra dictamen rectæ rationis. Vbi verò non eſt ra-
tio,ibi non eſt niſi confuſio. Per Ioſue verò qui ſalus interpretatur,
intellectus vel ratio bene ſignificatur. Nam ratio ſemper ad optima
deprecatur. Huic autem dicitur: f Pone inſidias vrbi poſt
eam. quia ſemper cauendum eſt contra fomitem ſeu carnis inclina
tionem,eò qđ in ſenectute debellauit ſapientiſſimum Salomonem.
* Leua cly-

A tē referatur. a ¶ Et fugientes: Adam. Quid putas Ieſus fugiens ſignificet? Videamus ſi ſit tale aliquid quod fugiendo vincamus, quia eſt aliqua perfecta virtus in fuga. Paulus indicat dicens: Fugite fornicationem. Vides ergo eſſe quandam ſpeciem fornicationis, quam fugere debemus, ſi caſtè in Chriſto viuere volumus. hæc ergo fuga parit ſalutem. Simili modo fugere debemus iram, auaritiam, inuidiam, liuorem, detractionem, & huiuſmodi. Hic eſt exercitus Hai, quem Ieſus fugere docebat. vnde: Si vos perſecuti fuerint in vna ciuitate, fugite in aliam. Vult enim nos huiuſmodi hoſtes fugere, & ſi fugiendo euaſerimus horum malorum contagia, videntes deuotionem noſtram & propoſitum mentis angeli, & nos in ſectationem dæmonū pati, inſurgūt, & eos poſt tergū cædentes interimunt. Ieſus enim eſt cum his qui fugiunt, magis quā cū illis qui perſequunt: diligit enim eos, qui fugiunt fornicationem, dolum, mendacium & huiuſmodi. b ¶ Igitur omnibus interfe. Ada. percuſſerunt eos, in ore gladij, vſq; quò nō relinqueret ex eis qui ſaluus fieret & cæte. Indicatur nobis, qa ex his quorū chaos eſt habitaculū, id eſt dæmonibus qui in abyſſo regnant, nullum penit⁹ relinquere debemus: ſed omnes interimere, non ſubſtantiam ſcilicet illorū, ſed opus & ſtudiū quo peccare homines faciūt. hęc eſt enim eorū vita ſi peccem⁹, & interit⁹ eorū ſi non peccemus. Interimunt ergo ſancti habitatores Hai, nec vllum dimittūt, qui cum omni diligentia ſeruant cor ſuum, ne procedant ex eo cogitationes malæ, & os ſuum ne procedat inde ſermo malus: hoc eſt non relinquere vllum qui effugiat, cūm eos nec ſermo effugit malus. Extinguamus ergo omnes chaos habitantes .i. contrarias virtutes, & nullam relinquamus quæ effugiat. Sic enim feſtum celebrabimus diem deo, & læta ſolennitate gaudebimus. Quando ergo legis in ſcripturis pugnas iuſtorum cædes interemptorum, & quia ſancti nulli hoſtium parcunt, & ſi pepercerint reputari eis in peccatū, ſicut Sauli qui viuū reſeruauit Agag regem Amalec, ſicut expoſuimus intelligenda ſunt, qa hęc bella geruntur aduerſus pctm̄. Quō autē iuſti erunt ſi vel parum pcīi in ſeipſis ſeruauerint? Ideo dicitur de eis, quia nec vnū reliquerunt. vnde: Nondum vſq; ad ſanguinem reſtitiſtis aduerſus peccatum. Hinc alibi dicitur

Margin: ✻ ab vrbe — 1.Cor.6.d. — † expelletis habitatores ciuitatis — Matt.10.c. — ✻ in occurſum Iſraël — B — ✻ in ciuitate — Matt.15.b. — 2.Reg.15.g. — Heb.12.b.

cepitq́ eis, dicens: † Ponite inſidias poſt ciuitatem: a nec longius recedatis ✻, & eritis omnes parati. Ego autem & reliqua multitudo quæ mecum eſt, aſcendemus ex aduerſo contra urbem. Cumq́ exierint contra nos, ſicut antè fecimus, fugiemus, & terga uertemus, donec perſequentes ab urbe longius protrahantur. Putabunt enim nos fugere ſicut prius. Nobis ergo fugientibus & illis perſequentibus, conſurgetis de inſidiis & † uaſtabitis ciuitatem, tradetq́ eam dominus deus ueſter in manus ueſtras. Cúmque ceperitis, ſuccendite eam: & ſic omnia facietis ut ✻ iuſſi. Dimiſitq́ eos, & perrexerunt ad locum inſidiarum, ſederuntq́ inter Bethel & Hai ad occidentalem plagam urbis Hai. Ioſue autem nocte illa in medio manſit populi. Surgénſque diluculo recenſuit ſocios, & aſcendit cum ſenioribus in fronte exercitus uallatus auxilio pugnatorum. Cumq́ ueniſſent & aſcendiſſent ex aduerſo ciuitatis, ſteterunt ad ſeptentrionalem urbis plagā, inter quam & eos uallis media erat. Quinque autem milia uiros elegerat & poſuerat in inſidiis inter Bethel & Hai ex occidentali parte eiuſdem ciuitatis. Omnis uerò reliquus exercitus ad aquilonem aciem dirigebat, ita ut † nouiſſimi multitudinis occidentalem plagam urbis attingerent. Abiit b ergo Ioſue nocte illa, & ſtetit in uallis medio. Quod cùm uidiſſet rex Hai, feſtinauit mane, & egreſſus eſt cum omni exercitu ciuitatis ✻. Direxitque aciem cōtra deſertum, ignorans quòd poſt tergum laterent inſidiæ. Ioſue uerò & omnis Iſraël † ceſſerunt loco, ſimulantes metum, & fugientes per ſolitudinis uiam. At illi ✻ uociferantes pariter, & ſe mutuò cohortantes perſecuti ſunt eos. Cumq́ receſſiſſent à ciuitate, & ne unus quidem in urbe Hai & Bethel remanſiſſet, qui non perſequeretur Iſraël, ſicut eruperant aperta oppida derelinquētes, dixit domin⁹ ad Ioſue: Leua † clyc peum qui in manu tua eſt contra urbem Hai, quoniam tibi tradam eam. Cumq́ eleuaſſet clypeum ex aduerſo ciuitatis, inſidiæ quæ latebant ſurrexerunt confeſtim, & pergentes ad ciuitatem, ceperunt & ſuccenderūt eam. Viri autem ciuitatis qui perſequebantur Ioſue, reſpicientes & uidentes fumum urbis ad cęlum uſque conſcendere, non potuerunt ultrà huc illucq́ diffugere, præſertim cùm hi qui ſimulauerant fugam, & tendebant ad ſolitudinē, contra perſequentes fortiſſimè reſtitiſſent. Videnſq́ Ioſue & omnis Iſraël, quòd capta eſſet ciuitas ✻, & fumus urbis aſcenderet, reuerſus percuſſit uiros Hai. Siquidem & illi qui ceperant & ſuccenderant ciuitatem, egreſſi ex urbe contra ſuos, medios hoſtium ferire cœperunt. Cùm ergo ex utraque parte aduerſarij cæderentur, ita ut nullus de tanta multitudine † ſaluaretur, regem quoque urbis Hai apprehenderunt uiuētem & obb tulerunt Ioſue. Igitur omnibus interfectis qui Iſraëlem ad deſerta tendentem fuerant perſecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuerſi filij Iſraël percuſſerunt ciuitatem. Erant autem qui in eodem die conciderant à uiro uſq; ad mulierem, duodecim milia hominum omnes urbis Hai. Ioſue uerò non con d traxit manum quā in ſublime porrexerat, tenens clypeum donec interficerētur omnes habitatores Hai.

citur: Sanctificate bellum, & pugnate pugnam domini. Quid eſt enim ſanctificare bellum, niſi interemptis omnibus animæ hoſtibus, id eſt vitijs: & mortificatis membris quæ ſunt ſuper terram, & omnibus malis cupiditatibus amputatis effici ſanctum corpore & ſpiritu, & fortiter facientem venire ad conſpectum dei viuentis & pro palma victoriæ & virtutis merito coronari. Regem

Margin: C — Iohel.3.b — † 23.q.2.c. dominus. — ✻ dixit dn̄s & vobis

*Nicolaus de Lyra.*

& illi qui remanſerūt in inſidijs, & .xxv. milia redierunt ad pugnādū cū Ioſue cōtra regem Hai de ciuitate exeuntem: & hoc videt̄ p hoc qd̓ ſubdit̄ hîc: a ¶ Ponite ib. q.d. ponite ibi in inſidijs aliquos de vobis. ſ. quinq; milia ad hoc electa. Intentio enim Ioſue erat extrahere regem Hai de ciuitate, & tunc inſidiæ ciuitatem intrarent, & eam incenderēt, vt expreſſè dicit̄ in lr̄a, & iō non comparuit coram ciuitate cum toto ſuo exercitu, ne aduerſarij ex tanta multitudine territi non auderent exire: & ideo .xxv. milia ſupradicta iunxerunt ſe Ioſue poſt egreſſum illorum aduerſariorum de ciuitate. b ¶ Abijt ergo Ioſue nocte illa & cæ. Hîc ponitur actus executionis qūtùm ad ciuitatis captionē, & patet litera vſq; ibi: c ¶ Leua clypeum. Hebręi dicunt בכידון bachidon, id eſt haſtā &c. Ad hoc enim fiebat illa eleuatio vt ſocij Ioſue qui erant in inſidijs viderent, & ciuitatē intrarent: & alij ſe ei iungerent, quia hoc erat eis pro ſigno datum: quo viſo ſtatim exierunt, vt patet in litera & ideo oportuit quòd illa eleuatio ſic fieret in altum, vt poſſet à multis & à longe videri. & ideo vt dicunt Hebræi fuit haſta, in cuius ſummitate erat aliquod vexillum pro ſigno determinato. Vel ſi fuit clypeus, vt dicit tranſlatio noſtra, oportet dicere quòd fuit leuatus in altum in ſummitate cuiuſdā haſtæ vel perticę. Cætera patent vſque ibi: Qui fuc.

✻ c ¶ Leua clypeum qui & cæt. Clypeus iſte eſt memoria paſſionis dominicæ. Trenorum .iij. b. Dabis eis domine ſcutum cordis laborem tuū. 1. Petri .iiij. a. Chriſto in carne paſſo, & vos eadem cogitatione armamini. Si vero clypeus iſte conſtanter teneatur in manu bonæ operationis, debellatur inſultus carnis vel fomitis. ideo dicitur poſtea: d ¶ Ioſue vero non contraxit manum quam in &c. donec inter. Sequitur:

Margin: † qui in inſidijs erant — D — † cæſi ſunt corā eis — † haſtam & infrà — ✻ ab inſidijs — Moraliter — † remaneret ſupſtes & q euaderet

Iumenta autem & prædam ciuitatis
diuiſerunt ſibi filij Iſraël, ſicut præce-
a ¶Non hoc ad literam, ſed locus dæmonum inhabitabilis erit in æternum, cum iam nemo peccabit, neque regnabit peccatum cum diabolus & angeli eius ibunt in ignem æternum.
perat dominus Ioſue. Qui ſuccendit a
urbem & fecit eam tumulum ſempi
a ternum. Regem quoq; eius ſuſpendit b
in patibulo uſq; ad ueſperam, & ſolis
occaſum. Præcepitq; Ioſue, & depo-
ſuerunt cadauer eius de cruce, pro-
iecerũtq; in ipſo introitu ciuitatis,
congeſto ſuper eo magno aceruo
lapidum, qui permanet uſq; in præ-
a ¶Oportebat eum aliquid deo dignum tanta victoria offerre.
b ſentem diem. † Tunc ædificauit Io- c
ſue altare domino deo Iſraël in mon
te Hebal, ſicut præceperat Moyſes
famulus domini filiis Iſraël, & ſcri-
ptum eſt in uolumine legis Moyſi:
a ¶Hi lapides viui ſunt apoſtoli, & integri & incontaminati, unum altare facientes propter unanimitatem & concordiam unanimiter orantes. Super hoc altare offert Ieſus ſacrificium patri. Nos quoq; poſſumus effici lapides altaris: non enim deſerit nos Chriſtus & orationes noſtras ſpiritus adiuuat, & offert patri orationes noſtras
¶Omnibus fidelibus qui ſunt lapides uiui.
altare de lapidibus impolitis quos d
a ¶Qui incorrupti carne & ſpiritu.
ferrum non tetigit, & obtulit ſuper
eo holocauſta domino, immolauitq;
pacificas uictimas, & ſcripſit ſuper la- e
a ¶Euangelium ſcilicet in cordibus credentium.
pides deuterõnomiũ legis Moyſi,
a ¶Dando fidei ſacramenta. b ¶Hi ſunt cœleſtes uirtutes angeli id eſt eccleſia primitiuorum qui in huiuſmodi adſiſtunt. ¶Qui ſemper uident faciem patris.
quod ille digeſſerat coram filiis Iſra-
c ël. Omnis autẽ populus & omnes f
maiores natu, ducesq; ac iudices ſta-

E ☞ a ¶Regem Adam, Rex Hai in ligno gemino ſuſpenditur
diabolꝰ. ſ. in cruce Chriſti, q̃ gemina fuit. i. gemina rõne cõſtitit, quia
viſibiliter dei filius in carne crucifixꝰ eſt, inuiſibiliter verò diabolꝰ
Col. 2. a. cũ principatibus & poteſtatibꝰ ſuis. vñ Apl's: Qđ erat cõtrariũ no
bis, tulit illud de medio, affigẽs cruci ſuæ, exuẽs principatꝰ & ptãtes
traduxit liberè, triumphans eos in ligno
crucis. q̃uis in aliis exẽplaribus habeatur:
triumphãs eos in ſemetipſo: ſed apud Græ
cos habetur in ligno. Ergo duplex eſt ratio
Duplex rõ dñicæ crucis dñicæ crucis. Vna, qua Chriſtꝰ crucifixus
reliquit nobis exẽplũ. Altera in qua crux
illa tropheũ fuit diaboli in quo crucifixus
eſt & triũphatus. vñ: Mihi aũt abſit glo-
Gal. 6. c. riari niſi in cr. dñi no. Ieſu Chriſti, per quẽ
mihi mũ. cru. eſt & ego mun. Vides quõ
apl's duplicẽ crucis ꝓdit rõnem. duo em̃
ſibi cõtraria dicit eẽ crucifixa, ſe ſctm̃. ſ. &
ꝓtõrẽ mũdũ, ſicut diximꝰ Chriſtũ, & dia
bolum. Nos enim crucifigimur mundo,
cũm veniens princeps mundi in nobis nõ
Iohã. 14. d. inuenit quicq̃, & in nobis crucifigitur mũdus
cũ peccati cõcupiſcẽtias nõ recipimꝰ. Sed
dicet aliquis: Si diabolus & exercitus eius
interẽptus eſt, quõ adhuc cõtra ſeruos dei
1. Pe. 5. c. p̃ualet, & ſicut leo rugiẽs circuit quærens
† Exo. 20. a. quẽ deuoret? Sed & aduentꝰ Chriſti, vnus
Deut. 27. a. quidẽ in hũilitate cõpletꝰ eſt, aliꝰ ſperatur
in glia, & hic primꝰ aduẽtꝰ in carne, myſti
cè in ſcripturis vmbra eiꝰ dicitur. vñ: Spũs
Tren. 4. d. vultꝰ nr̃i, Chriſtꝰ dominꝰ, cui diximꝰ in vm
bra ſua viuemꝰ in gentibꝰ. Gabriel quoq;
Luc. 1. d. de natiuitate eius dicit: Virtus altiſſimi
obũ. tibi. vñ intelligimus plura primo ad
uẽtu eiꝰ obũbrari, quorũ cõpletio cõſum
mabitur in ſcđo. & Apl's dicit, quia reſuſcita
Eph. 2. b. uit nos cũ eo, ſimulq; ſedere fecit in cæle-
ſtibus, que adhuc impleta non videmus,
ſed nunc adumbrata ſunt hîc per fidem,
F quia mente & ſpe à terrenis & mortuis
operibus eleuamur, & quotidie cor no-
ſtrum ad cæleſtia erigimꝰ, ſed in ſecundo
aduentu implebuntur quæ nunc credimꝰ
& ſperamus. Sic ergo diabolus victus eſt
& crucifixꝰ, ſed his q cũ Chriſto crucifixi
ſunt. omnibus aũt erit crucifixus, cũ cõple
1. Cor. 15. c. bitur illud qđ ait Apoſtolꝰ: Sicut in Adã
omnes moriuntur, ita & in Chriſto oẽs vi
uificabuntur. Eſt ergo hoc etiam reſurre-
ctionis futuræ myſterium. Nam & tunc
diuidetur populus in duas partes, & erũt
alij primi, alij poſtremi, quicunq; ad Ie-
1. Teſ. 4. d. ſum conſpirauerunt in vnum, nec vltrà erit diabolus, nec mors.
Vnde nos qui viuimus, qui reſidui ſumus in aduentu domini, non
præueniemus eos qui dor. quia ipſe dominus in iuſſu & in voce
archangeli, & in tuba dei deſcendet de cælo, & mortui qui in Chri-
ſto ſunt reſurgent primi: deinde nos qui viuimus &c. De diabolo
1. Cor. 15. d. aũt ait: Nouiſſimus inimicus deſtruetur mors &c. ¶Adam. LXX. in
gemino ligno: hoc eſt lignũ ſciẽ boni & mali, in quo & bonꝰ. i. Chri
ſtus, & malꝰ. i. diabolꝰ pepẽdit, ſed malꝰ vt interiret, bonꝰ vt viueret
2. Cor. 13. b. ex virtute. quia crucifixus eſt ex infirmitate, ſed viuit ex virtute dei:
nec vt ſolùm viueret, ſed vt viuificaret. Ipſe eſt nouiſſimus Adam
in ſpiritu viuificante. b ¶Tũc ædificauit &c. Adamã. A Edifi-
cauit Ieſus altare domino deo Iſraël &c. Omnes qui in Chriſtum
1. Pe. 2. a. credimus, lapides viui eſſe dicimur, ſecundum illud: Vos autem
eſtis lapides vi. &c. Sicut autẽ lapides validiores primi iaciuntur in
fundamẽto, vt ipſis ſupponi poſſit ædificij pondus, ſecundi verò &
paulò infirmiores proximi ordinantur. qui verò adhuc infirmio-
res ſunt paulò ſuperiores, deinde, qui infirmiores adhuc ſunt in ſu-
Eph. 2. d. perioribꝰ, & ꝓpe ipa faſtigia collocantur. Idẽ intelligendũ eſt de lapidi
bus viuis: apoſtoli, & ꝓphetæ ſunt in fundamentis. vñ: Superædi
ficati ſup fundamentũ apoſtolorũ & ꝓphetarũ, ipſo ſummo angula
ri lapide Chriſto Ieſu. Ipe aũt Chriſtꝰ ſpũalis ædificij fundamẽtũ eſt,
1. Cori. 3. c. vñ: Fundamẽtũ aliud nemo põt põnere, p̃ter id qđ poſitũ eſt, qđ
eſt Ieſus Chriſtꝰ. Bñ ergo q ſupra tã nobile fundamẽtũ ædificia ſctã
cõſtruxerũt. Sed in hoc ædificio oportet eẽ altare. Quicũq; ergo la-
pides viui orationibꝰ & obſecratiõibꝰ vacant, & ſupplicationũ vi-
Exod. 20. d. ctimas immolant, ex his ædificat Ieſus altare. Sed vide qđ aſcribat
Deute. 27. a laudis lapidibus altaris. Sicut dixit legiſlator Moyſes, ædificate
altare ex

altare ex lapidibus integris, quibꝰ ferrũ nõ eſt iniectũ. Nouit cuiuſ- G
q; cõſcia qs ſit integer, incorruptꝰ, impollutꝰ, immaculatus carne &
ſpũ: cui ferrũ nõ eſt iniectũ. i. q ignea tela maligni nõ recepit, ſed ſcu-
to fidei extinxit & repulit. vel qs eſt q ferrũ pugnæ, belli, litiũ nunq̃
recepit: ſed ſemꝑ pacificus fuit, quietꝰ, mitis, & Chriſti hũilitate forma
tꝰ. hi ſunt lapides viui, ex qbꝰ altare fit, vt
offerat Ieſus ſup eos holocauſta & ſacrifi-
cia ſalutis. Sed adhuc deeſt, qđ his oĩbus
adijciat Ieſus. Scripſit, inq̃t, Ieſus ſup lapi-
des altaris deuteronomiũ legem &c. Quõ
aũt hoc potuit facere? Sed nr̃ Ieſus in lapi
dibꝰ viuis & integris ſcripſit deuterono-
miũ. ſ. ſecundã legẽ. vñ ipſe ait: Dictum eſt
Mat. 5. c. antiquis: Nõ occides. Ego aũt dico vobis:
Omnis q iraſcitur fra. ſuo r. eſt &cæ. Vides
deuteronomiũ qđ ſcripſit Ieſus in lapidi
bus viuis & integris, nõ in tabulis lapideis
ſed in tabulis cordis carnalibꝰ: nõ atramẽ
Rom. 2. b. to, ſed ſpũ dei viui. vñ: Cũ enim gentes q̃
legẽ nõ habent, naturaliter q̃ legis ſunt fa-
ciũt, hmõi legẽ nõ habentes, ipſi ſibi ſunt
lex, q oſtendũt opus legis ſcriptũ in cordi
bus ſuis &c. Sed nũc ꝑ hæc q̃ loquimur
Ieſus deuteronomiũ deſcripſit in cordibꝰ
eorũ, q integra fide, & toto aĩo accipiunt
quaſi integris lapidibꝰ. ¶Aug. Quõ po-
tuit ſup lapides tã magnũ librũ ſcribere &
ꝑmanẽtibꝰ ibi filijs Iſraël vſq; quò ꝑſcri-
pſiſſet? Noſter aũt Ieſus nõ indiget multa
mora, vt ſecundam legẽ in cordibus cre-
dentiũ figat, q ad altaris conſtructionem
digni ſunt. c ¶Omnis aũt. Et omnis
Iſraël & p̃ſbyteri & iudices & ſcribæ p̃ce-
debãt hinc & illinc, arcã teſtamẽti dñi &c.
Arca teſtamẽti domini eſt, in qua tabulæ
legis manu dei ſcriptæ ſeruantur & circa hãc
qui verè Iſraël eſt incedit, nec eſt longè ab
H ea, Leuitæ verò & ſacerdotes in humeris
ſuis eam portabant. Quicunq; enim ſacer
dotali religione & ſanctitate viuunt, non
ſolũ hi q ſedẽt in ſede ſacerdotali, ſed ma-
gis, hi qui ſacerdotaliter agunt, quorũ ꝑs
eſt dominus, ipſi verò ſacerdotes & Le-
uitæ domini, qui legẽ portãt in humeris
implendo. ſ. opere quæ ſcripta ſunt in lege.
☞ Vt adue.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶Qui ſuc. &c. id eſt non reædifi
candam in poſterum, ſicut fecerat de Ieri-
cho. c ¶Tunc ædi. Hîc conſequenter
ponitur actus immolationis, vt de victoria deo gratias agerent, & vt
mandatum Moyſi de benedictionibus & maledictionibus, ꝑut de-
ſcribitur Deuteron. xxvij. implerent. d ¶De lapidi. Sic enim de-
ſcribitur in lege Exodi. xx. e ¶Et ſcrip. Non eſt intelligendum,
quòd totum fuerit ibi ſcriptũ, ſed decem p̃cepta tantùm, prout cõ-
tinentur etiam Deuteron. v. f ¶Omnis autem populus &c.
Quia ſicut dictum fuit plenius Deuteron. xxvij. Hebal & Garizim
ſunt duo monticuli propinqui, & vallis eſt in medio in qua erant
ſacerdotes cum arca, & media pars populi erat in monte Garizim,
vt dicitur hîc, & media pars eorum erat iuxta montem Hebal, &
dicitur iuxtà, quia non erant in ſummitatibus iſtorum montium,
ſed in deſcenſibus, vt melius audirent ſacerdotes, qui erant in valle
media, ꝓnuntiãtes bñdictiões verſus montẽ Garizim, & populꝰ ibi
exiſtens reſpondebat, amen. & maledictiones verſus montẽ Hebal,
& populus ibi exiſtẽs reſpondebat, amen: ꝑut dictũ fuit Deu. xxvij.
Et primum quidem

Moraliter * b ¶Regem quoq; eius ſuſpendit. Per patibulum aſperi-
tas pœnitentiæ poteſt intelligi, in qua ſuſpendendus eſt fomes pecca
ti. Gal. v. d. Qui Chriſti ſunt carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs
& concupiſcentijs. c ¶Tunc ædificauit Ioſue altare domi-
no. Per hoc quòd Ioſue fuit ſollicitus Moyſi præceptum implere,
inſtruuntur prælati bonas ordinationes prædeceſſorum ſuorum
cuſtodire, cõtra multos qui ſtudent eas totaliter diſſipare. d ¶De
lapidibus impolitis quos ferrum. Per quos ſignificantur fide
les in fide & moribus ſtabiles, de verbis politis rhetoricæ nõ curã-
tes. e ¶Et ſcripſit ſuper lapides deu. &c. In cordibus enim
fidelium ſcribitur lex euangelica ad credendũ corde & cõfitẽdum ore.
* Media pars

A a ℭ Vt aduena. Sed & proſelytus & indigena ſimul: & erāt dimidij iuxta mōtē Garizim,& dimidij iuxta montē Hebal,&c. Qui ſunt q dimidij incedunt iuxta montē Garizim,& q ſunt dimidij q licet ſaluent,nō tñ potuerūt iuxta mōtē Garizim incedere,ſed incedunt iuxta montē Hebal:Mons Garizim benedictiones habet. Mons Hebal maledictiōes,q̄ pctōrib⁹ im-

Deut.27.b. &.28.b. minēt. Statuerūt em̄,ſicut ſcriptū eſt ī Deu. ſex tribus ad bn̄dicendū in monte Garizim nobiliores & eximias.i. Simeon, Leui, Iuda, Iſſachar, Ioſeph, & Beniamī. Sex verò igno

Gen̄.49.a. biliores ad maledicendum,in quibus eſt Ruben,q aſcendit cubile pr̄is, & Zabulon qui eſt vltimus filius Liæ. Ego video duas eſſe

Fideliū duo genera ſpēs eorū qui p fidē ,pperant ad ſalutē. Vnā eorū q ,pmiſſionū cęleſtiū cupiditate ſuccēſi ſummo ſtudio nituntur,ne vel eos minima beatitudo p̄tereat,deſiderātes nō ſolū bn̄dictionē capere & effici in parte ſortis ſctōrū, ſed ſemp adſiſtere in cōſpectu dei. Alij verò etſi tēdūt ad ſalutē,nō tā amore cæleſtiū bn̄dictionū vel ,pmiſſionū q̄ ne eāt in gehēnā. Quaſi dicāt: Sufficit mihi nō ire ī ignē ęternū,non expelli in tenebras exteriores. Dimidij ergo illi q iuxta montē Garizim incedūt qui ad bn̄dictionē elect⁹ eſt,illos ſignificant, q nō metu pœnę,ſed bn̄dictiōis & ,pmiſſionis deſiderio veniūt ad ſalutē. Illi vò dimidij,q iuxta montē Hebal incedūt,in quo ma

† præcepta ledictiōes ,platę ſunt,alios indicāt qui metu pœnæ,& ſupplicij cōplentes legē veniūt ad ſalutē. Nobiliores aūt ſunt illi,q ipi⁹ boni & bn̄dictiōis deſiderio bonū agūt, q̄ q metu ſupplicij. Sol⁹ aūt Ieſus eſt,q pōt ex oī pp̄lo hmōi mentes diſcernere, & alios ſtatuere in

B monte Garizim ad benedictiones, alios in monte Hebal ad maledictiones:nō vt maledictiōes accipiant,ſed vt metuētes p̄ſcriptas maledictiones & pœnas pctōrib⁹ cōſtitutas, caueant incurrere eas. b ℭ Poſt hæc le. Adam. Refert: qa legit Ieſus oīa verba legis bn̄dictionis & maledictionis &c. Ego arbitror,q ſi qn̄ legitur nobis Moyſes,& p gra

2.Cori.3.d. tiā dn̄i velamē literæ amouet, & incipimus intelligere & diligere,qa lex ſpūalis eſt: Ieſus dn̄s legit legē,& hæc in auribus pp̄li recitat, p̄cipiēs ne ſequamur occidentē literā,ſed teneam⁹ ſpm̄ viuificantē. Legit ergo Ieſus nobis legē,cū legis arcana ita reuelat. Vñ: Nos

1.Cor.2.d. aūt ſenſum Chriſti habem⁹,vt ſciam⁹ quę à deo donata ſunt nobis. c ℭ Nihil ex his. Non erat ſermo ex his q̄ mādauit Moyſes, quē nō legerat Ieſus in aurib⁹ totius eccleſię Iſrael,additū eſt etiā mulierib⁹ & infantibus & proſelytis. Nouit em̄ Ieſus noſter aures

Luc.8.b. eſſe p̄ter iſtas carnales,de qb⁹ ait: Qui habet aures audiēdi,audiat. In his ergo aurib⁹ legit Ieſus legē. Si ergo ſepatim intelligam⁹ mulieres & infantes & proſelytos,& eos velut ſequelā quādā eſſe ſentiamus eccleſiæ,quō in

1.Tim.2.c. Heb.5.d. Eph.5.f. magna domo ſunt etiā lignea & fictilia vaſa: Dicim⁹ qdē viris fortib⁹ fortē tradi cibū. de qb⁹ dicit: Perfectorū aūt eſt ſolidus cibus, ex qb⁹ ecclia parat,q̄ nō habet maculā aut rugā. Eos vò quos mulieres,infantes, proſelytoſq; appellat,intelligam⁹ eos eſſe q adhuc lacte indigēt,vel etiā infirmi,vt mulieres olerib⁹ veſcunt. Si vò oīs ſimul ecclia accipiat,viri ītelligunt q in oīb⁹ ſtāt armati p̄fecti cōtra hoſtes & diaboli aſtutias. Mulieres vò,q̄ nōdū ex ſe q̄ vtilia ſunt gerūt,ſed meliorū exēpla ſectādo q ſunt eis caput. Caput em̄ mulieris vir. In-

1.Cor.11.a. fantes verò erunt,q nuper fide ſuſcepta lacte euāgelico nutriuntur. Proſelyti autem catechumeni,vel qui iam ſociari fidelibus ſtudent.

## GLO.ORDI.

Cap. IX.

Q Vibus &c. Sequit. d ℭ Cōgrega.&c. Adam. Ex his q̄ geſta ſunt,dn̄i Ieſu bella & triūphos contēplemur q̄uis etiā hęc in ipſo viſibiliter cernam⁹ explera. Cōuenerūt em̄ reges terrę ſenat⁹ pp̄s & principes Romani,vt expugnarēt nomē Ieſu & Iſrael ſimul. Decreuerūt em̄ legib⁹ ſuis, vt nō ſint Chriſtiani. omīs ciuitas & oīs ordo Chriſtianū nomē ipugnat, Sed ſicut oēs reges illi conuenientes nihil cōtra Ieſum facere potuerūt: ita etiam nunc nihil

C potuerunt vel principes vel poteſtates iſtę cōtrarię,quin Chriſtianorum genus latius & profundius propagetur. Scriptū eſt enim: Quia quātò magis eos humiliabant,tantò plures fiebāt. Cōfidim⁹ Exodi.1.b. aūt, qa nō ſolùm nō poterūt nos obtinere inuiſibiles inimici,ſed velociter domino noſtro Ieſu vincente conteretur ſathanas ſub pedibus ſeruorum eius. Rom̄.16.c.

At hi qui

bant ex utraq; parte arcæ in cō-
a Qui ſacerdotali religione uiuunt. b Opere implendo legem,quæ in arca erat.
ſpectu ſacerdōtum, qui portā-
a bant arcam fœderis domini: ut
a Catechumenus vel qui iam ſociari ſtudet fidelibus. b Chriſtianus.
aduēna,ita & indigēna. Media a
a Qui amore boni & promiſſæ benedictionis bene operantur.
pars eorum iuxta montem Gā-
rizim,& media iuxta montem b
a Qui ſupplicij timore,& maledictionis cauendæ benefaciunt. b Lex.
Hebāl ſicut præceperat Mōy-
ſes famulus domini. Et primùm c
Gratiam intelligentiæ tribuit,vt in lege habeamus ſenſum Chriſti.
quidem benedixit populo Iſra-
b ēl. Poſt hæc legit omnia uerba d
benedictionis & maledictionis,
& cuncta quę †ſcripta fuerant in
c legis uolumine. Nihil ex his quę
Moyſes iuſſerat, reliquit inta-
ctum,ſed uniuerſa explicauit co
a Perfectorum ſcilicet quorum eſt ſolidus cibus. b Infirmis,qui infirmus eſt olus manducet.
ram omī mūltitudine Iſraēl mū e
a Qui lacte indigent catechumenis.
lieribus ac pāruulis,& aduenis
qui inter eos morabantur.

Cap. IX.

Q Vibus auditis f
cuncti reges trās g
Iordanem, qui
uerſabantur in
mōtanis & cam
peſtribus,in maritimis ac litto- h i
re maris magni: hi quoq; qui ha
bitabant iuxta Libanū, Hethæ-
us & Amorrhæus, Chananæ-
us, Phereſæus,& Heuæus,& Ie
a buſæus: congregati ſunt pari-
ter, ut pugnarent contra Ioſue
& Iſraēl uno animo, eadémque

## *Nicolaus de Lyra.*

c ℭ Et pri. Nō eſt intelligēdū q Ioſue ,ppriè loquendo benediceret pp̄lm,qa hoc p̄tinet ad ſacerdotū officiū,ſed imprecat⁹ eſt bona pp̄lo,tanq; princeps populi poſt immolationē p̄dictam: quā ſimiliter fecit non per ſe, ſed per ſacerdotes. d ℭ Poſt hæc. non per ſe ſed per ſacerdotes vt prædictum eſt. e ℭ Corā omni. quia ſup oēs cadebāt maledictiones,ſi tranſgrederent legē, & benedictiones,ſi eā obſeruarēt,ſcd'm qd' habetur Deut.xxx.&.xxviij.

Moraliter a ℭ Media pars &c. ſcilicet ad benedicendum. b ℭ Et me. ſcilicet ad maledicendum,vt habetur Deu.xxviij. Per hoc autem oſtendit,q ſicut boni ſunt benedicendi, ita mali maledicendi, differēter tñ. Iſtæ nanq; benedictiones & maledictiones ſunt quædā imprecationes bonorū ipſis bonis, & malorum ipſis malis,vt habet. Deu.xxviij. vbi benedictiones & maledictiones iſtæ ponūtur explicitè. Bonis aūt hominib⁹ imprecanda ſunt bona ſpiritualia & tēporalia, malis aūt hoībus imprecāda ſunt bona ſpiritualia tm̄, & nō t̄palia: ſed aliquādo magis oppoſitū: nō tñ ex odio, ſed vt vexatio det eis intellectum,& ſic à ſuis iniquitatibus reſipiſcant.

D

## *NI.DE LY.*

CAP. IX.

Q Vibus audi. Deſcripta deſtructiōe Hai, hîc conſequenter deſcribit timor circūſtantis pp̄li. Ex hoc aūt timore aliqui ſe congregauerunt,vt poſſent melius reſiſtere: de quib⁹ primò agit. Aliq verò cogitauerunt coniūgi filijs Iſraēl fœdere,de quibus agitur ſecundò ibi: At hi qui erāt in Gabaon. Circa primū dicit: f ℭ Quibus au. ſ. tranſitu Iordanis mirabili, & deſtructiōe Iericho & Hai. g ℭ Cuncti re. Hîc accipitur trans Iordanē,reſpectu illius loci in quo filij Iſraēl manſerant in campeſtrib⁹ Moab, vbi Moyſes legem explanauit. h ℭ In maritimis. id eſt in locis propinquis mari mortuo & mari Cenereth. i ℭ Ac littore maris mag. Iſtud eſt mare mediterraneum, quôd dicit magnū reſpectu maris mortui, & maris Cenereth,q̄ ſunt quidā lacus,vt. ſ. dictū eſt, iij. ca. Cętera patent.

At hi q

Moraliter. f ℭ Quibus auditis cuncti reges trans Iordanem qui verſabantur in montanis & cæte. Per iſtos reges Moraliter congregatos ad pugnandum contra Ioſue & populum Iſraēl, allegoricè ſignificātur principes Iudęorū & impatores Romanorū & eorum præfecti,volentes deſtruere nomen Chriſti & pp̄li Chriſtiani,qui per Ioſue & pp̄lm iſraēl ſignificant. Et de iſta congregatione cōtra Chriſtū dicit Pſal.ij.a. Aſtiterūt reges terræ,& principes cōuenerūt in vnū aduerſus dn̄m & aduerſus Chriſtū ei⁹, ſed non potuerunt. Nam econtrario in iſtis perſecutionibus maximè creuit populus Chriſtianus,& per conſequens nomen Chriſti. Et hoc fuit figuratū Exo. j. b. vbi dicitur de filijs Iſraēl: Quātò verò magis opprimebant,tantò magis multiplicabant & creſcebāt. Et iō Pſal.ij. poſt verba p̄miſſa: Aſtiterūt reges terræ & principes cōuenerūt in vnū, aduerſus dn̄m & aduerſus Chriſtū ei⁹, ſubdit: Dirumpamus vincula eorū,& proijciamus à nobis iugum ipſorū. Qui habitat in cęlis irridebit eos & cæte. quia fecit euenire oppoſitum intentionis ſuæ.

At hi qui

a ſententia. At hi qui habitabant in Gaba a
on, audientes cuncta quæ fecerat Ioſue
a ¶Non ſyncere, nec integre, ſocij Iſraelitarum fieri cupientes.
Iericho & Hai, càllidè cogitantes tu-
a ¶Antiquas. ſ. ſordes, & vitiorum pannos veteres.
lerunt ſibi cibaria, ſaccos ueteres aſinis
imponentes, & utres uinarios ſciſſos
a ¶Veterem ſcilicet hominem cum actibus ſuis.
atq; conſutos, calceamentaq; peranti-
qua, quæ ad indicium uetuſtatis pitaciis
conſuta erant, induti ueteribus ueſtimen
tis. Panes quoque quos portabant ob
uiaticum, duri erant & in fruſta com-
a ¶Ieſum Chriſtum.
minuti. Perrexeruntq; ad Ioſue, qui tunc
a ¶Ego vobiſcum ſum vſque ad conſummationem ſeculi.
b ¶Sanctis, qui ſemper parati ſunt pugnare contra aereas poteſtates.
morabatur in caſtris Galgale. Et dixe-
a ¶Reuelatione. ſ. de qua dicitur: Reuela oculos meos &c.
runt ei, atque ſimul omni Iſraëli: de ter-
ra lõginqua uenimus, pacem uobiſcum
¶Alias filij Iſrael.
facere cupientes. Reſponderuntq; uiri Iſ
raël ad eos, atque dixerunt: Ne fortè in b
terra quæ nobis ſorte debetur habitetis,
& non poſſimus fœdus inire nobiſcum.
At illi ad Ioſue: Serui, inquiũt, tui ſumus.
Quibus Ioſue ait: Quinam eſtis uos,
aut unde ueniſtis? Reſponderunt: De
terra longinqua ualde uenerũt ſerui tui c
a ¶Fatentur ſe diuina mirabilia audiſſe & ſcire, nihil tamen dignum tantarum virtutum admiratione faciunt.
in nomine domini dei tui. Audiuimus e-
nim famam potentiæ eius, cuncta quæ
fecit in Ægypto, & duobus Amorrhæo
rum regibus trans Iordanem Sehon re-
gi Heſebon, & Og regi Baſan, qui erat
in Aſtaroth. Dixeruntq; nobis ſeniores
& omnes habitatores terræ noſtræ: Tol d
lite in manibus ueſtris cibaria ob longiſ-
ſimam uiam, & occurrite eis ac dicite: Ser
ui ueſtri ſumus, fœdus inite nobiſcũ. En
panes, quando egreſſi ſumus de domi-
bus noſtris, ut ueniremus ad uos, calidos
ſumpſimus: nunc ſicci facti ſunt, & ue-
tuſtate nimia comminuti. Vtres uini no
uos impleuimus, nunc rupti ſunt & ſo-
luti. Veſtes & calceamenta quibus indui
mur, & quæ habemus in pedibus, ob lon
gitudinem longioris uiæ trita ſunt, & pe
nè conſumpta. Suſceperunt igitur de ci- e
bariis eorum, & os domini non interro- f
gauerunt. †Fecitq; Ioſue cum eis pacem,
& inito fœdere pollicitus eſt, ut non oc-
ciderentur. Principes quoque multitu
dinis iurauerunt eis. Poſt dies autem g
tres initi fœderis, audierunt quòd in uici
no habitarent, & inter eos futuri eſſent.
Mouerũtque caſtra filij Iſrael, & uene
runt in ciuitates eorum die tertio: qua-
rum hæc uocabula ſunt: Gabaon, & Ca
phira, & Beroth, & Cariathiarim. Et
non percuſſerunt eos, eò quòd iuraſſent
eis principes multitudinis in nomine do
mini dei Iſrael. Murmurauit itaq; omne

☞ a ¶At hi qui &c. Adamã. In domo
E patris mei mãſiões multæ ſunt, & mul
Iohã. 14. a. tæ differentiæ eorũ qui ad ſalutẽ ſunt
vel veniũt. Vnde & Gabaonitas arbi-
tror portiunculã quãdã eorũ eſſe q ſal
uãdi ſunt, ſed nõ ſine nota alicui⁹ infa-
miæ. Ligni em̃ cæſores, vel aq̃ geſtato-
res fiunt ad obſequiũ populi & altaris,
qa cũ dolo acceſſerũt ad filios Iſraël, pã
nis calceamentisq; veterib⁹ induti, fe-
rẽtes cibũ vetuſti panis. Hi ergo veni-
unt ad Ieſum cũ vetuſtatibus ſuis, pe-
tentes ſaluari tñ. Sunt enim in eccleſia
credẽtes qdã, & acqeſcẽtes diuinis p̃ce-
ptis, erga ſeruos dei religioſi & officio
ſi, & ad ornatũ eccleſiæ vel miniſteriũ
ſatis ꝑmpti: ſed ĩ cõuerſatiõe ꝓpria ob
Col. 3. b. ſcœni, & vitijs inuoluti, nec om̃ino de-
ponẽtes veterẽ hoĩem cũ actibus ſuis,
nihil adhibent emẽdationis morũ vel
innouatiõis. Iſtis ergo Chriſt⁹ Ieſus ſalu
tẽ cõcedit, ſed quãdã infamiæ notã nõ
euadũt. Simile qđ in libro paſtoris de
his dicit. Quia eſt arbor qdã q̃ vlmus
vocat, quæ fructum nõ adfert, portat
tñ vitẽ fructiferã, & ſic neceſſaria eſt, qa
frugiferæ viti ſeruit. Sic Gabaonitæ
nõ depoſuerũt veterẽ hoĩem cum acti-
b⁹ ſuis, ſed miniſtrãt ſanctis, & ſeruiũt,
& aliqd vtilitatis impendũt, & ſic ab Ie
ſu ſalutem cũ iuramenti interpoſitione
ſuſcipiũt. ¶Notãdũ aũt, ꝙ hæretici q
vetus teſtamentũ non recipiũt, in hoc
loco dicũt: Vide qa nihil humanitatis
habuit Ieſus Naue fili⁹, vt hominibus
qui ad ſe ſupplices venerant, ſalutem
concedens, notã infamiæ & iugũ ſerui
tutis infigeret. Sed Ieſus ſcđm menſu-
F ram fidei ipſorũ cõpetenter iudicauit.
Sed Raab meretrix q̃ fide integra cre-
didit cũ oĩ domo ſua, & exploratores
plena deuotione ſuſcepit integrè in ſo
cietatem ppl'i ſuſcepta eſt, & appoſita
ad filios Iſraël. Iſti vò q non tã Iſraëli-
ticæ plebis cõſortia dilexerũt, q̃ ſuæ ꝑ
ditionis metu fraudulenter acceſſerunt
ad Ieſum, quõ poterãt libertatem vitæ
& regni cõſortij dolis ſeruilib⁹ ꝓmere
ri? Præterea cùm dicerent: Audiuimus
quãta fecit vobis dñs ꝑ mare rubrũ, &
in deſerto: nihil tñ tantæ fidei dignum,
nihil tãtarũ virtutũ admiratiõe dignũ
geſſerũt. Ieſus ergo vidẽs anguſtum in
fide ꝓpoſitũ, moderationem erga eos
iuſtiſſimã ſeruat: vt ſalutem mereant,
qui parũ fidei hñt nec tñ ſummã regni
vel libertatis accipiant, qa fides eorum
Iaco. 2. d. nullo operum nobilitat acceſſu. Fides
aũt ſine opib⁹ mortua eſt. Nobis autẽ
prouidendũ eſt, dũ ptãtẽ habemus, vt
abijcientes antiquas ſordes, & pannos
Exo. 21. a. vitiorum veteres, ſociemur Iſraëliticæ
Deu. 15. c. libertati. In lege enim p̃cipitur, ne liceat
Hebræũ puerũ, ſi fortè in ſeruitutẽ de-
uenerit, amplius ſeruire q̃ ſex annis, in
ſeptimo vò liberũ dimitti. tanta apud
Iſraëlitas libertatis cura. Tu ergo ſi He
bræus puer es, & in ſeruitium decidiſti:
Puer em̃ eſt, qui facilitate animi in ſer-
Ioh. 8. d. uitium decidit: q autẽ peccat ſeruus eſt
pcti, in hoc ſeruitiũ nõ virilis & ꝑfect⁹
anim⁹ decidit, ſed puerilis & facilis. Tu
ergo ſi Hebræus puer es. i. fidelis iã ba-
ptizat⁹, & poſt in pctm̃ lapſus ſufficiat
tibi ſex annis ſeruiſſe. In ſeptimo vide
ne ſeruias, ſed redi ad libertatem tuã.
Septenarius legem ſignificat mandato
rum, ſenarius verò mũdum, dũ ergo q̃
mundi
mũdi ſunt ſapis, & in his exerceris, & ſe G
cũdũ carnẽ cogitas, neceſſe ẽ te ſeruire
pctõ. Cũ ergo ad ſeptenariũ. i. legis ſciẽ
tiam ꝑueneris, tũc reqre libertatẽ tuã:
ne ſi ꝑſeuerauerís in peccatis defixa in
aure nota, qa ſi cõmonẽtis dei, & ad li-
bertatẽ priſtinã reuocantis verba non
audias, fias peccati ſeruus in æternum.
☞ Iura.

*Nicolaus de Lyra.*

❧ a ¶At hi. Hîc cõſequẽter agit de Diuiſio
Gabaonitis, qui timore ducti quæſie-
runt cum filijs Iſraël fœderari. Circa
quod primò deſcribitur ſimulatio fal Diuiſio
ſi. ſecundò firmatio fœderis initi, ibi:
Suſceperunt igitur. tertiò detectio doli
ibi. Poſt dies autem tres. quartò tempe
ratio pacti, ibi: Qui reſponderũt. Sen-
tentia autem primæ partis eſt in hoc,
quòd finxerunt ſe verbis & factis ve-
niſſe de terra longinqua, quæ eſſet ex-
tra terminos terræ promiſſæ filijs Iſraël,
vt ſic poſſent cum eis aliquod fœdus
facere per quod mortem euaderant, &
ĩ terra manerẽt. & patet litera vſq; ibi:
b ¶Ne forte &c. qa ihibitũ erat eis
fœdus facere cũ habitatorib⁹ illius ter-
ræ, vt habet Num. xxxiij. c ¶Vene-
runt &c. Ex hoc videtur qđ non ſo-
lũm venerũt ad Ioſue timore ducti, ſed
etiam fide vnius veri dei, qa ex miracu
lis quæ fecerat pro filijs Iſraël auditis,
crediderunt eum eſſe verum deum cæ
li & terræ, & deſiderauerũt ad cultum H
ipſius venire per fœdus ineundum cũ
filijs Iſraël, & de hoc ſunt commendan
di non autem de fictione falſi, ꝑ quã ad
hoc deuenerunt. d ¶Tollite in &c.
id eſt quaſi ob longiſſimam viam ficte:
quia ſecundum veritatem non erat, ſi-
cut patet in litera. Cætera patent.
e ¶Suſceperunt &cæ. Hîc conſe-
quenter ponitur firmatio fœderis initi
cùm dicitur: Suſceperunt igitur
&c. Dicunt aliqui quòd non ſuſcepe
runt ad comedendum, ſed ad proban-
dum quod apportata fuiſſent de lon-
ginquo. Sed hoc non videtur conue-
nienter dictum, quia ita bene vidiſſent
hoc in manibus Gabaonitarum. Et
ideo dicendum, quòd acceperunt ad
comedendũ, licet modicum in ſignum
confœderationis. Iſte enim fuit modus
apud antiquos, comedere ſimul poſt
fœdera inita, vt habetur de Iacob &
Laban, Geneſis. xxxj. & adhuc ſeruatur
temporibus modernis apud multos.
f ¶Et os domini non interroga-
rũt. Et in hoc defecerũt, quia in arduis
debebant recurrere ad conſilium do-
mini. ſi tamen recurriſſent, forſitan ex
eius reſponſione idem feciſſent, vt vide
bit. j. g ¶Poſt &c. Hîc cõſequenter † 22. q. 4. c.
ponit mẽdacij detectio ꝑ viſum & audi innocẽs. De
tũ, qa filij Iſraël audierũt, & viderũt, qđ elec. c. vene
ciuitates Gabaonitarũ erãt ſitæ ĩter ter- rabilem. an
minos terræ ſibi ꝓmiſſæ. Et patet litera. te fi.
❧ Qui reſponderunt
✻ a ¶At hi qui habitabant in Moraliter
&c. Per Gabaonitas qui cũ veſtimen-
tis cõciſis & calceamentis veteribus &
repeciatis venerunt facere fœdus cum
filijs Iſrael, intelligi poſſunt illi qui mori
bus ſecularib⁹ q̃rũt religionẽ cõtra di-
ctũ Ap'li Col. iij. b. Expoliãtes vos vete
rẽ hoĩem cum actibus ſuis induite no-
uum. propter quod de talibus ſubdit:
✻ Itaq; ſub-

A a Iurauimus. Aug. Quæritur quomodo iurationē hanc ſeruandā crediderūt Hebræi Gabaonitis, q̄bus ita iurauerāt, tanq̄ de longinqua terra veniētibus, ſicut illi mētiti fuerāt. Sciebāt em̄ ſe debellādos, ſi cognitū eſſet Hebræis in ea terra eos habitare, quā erant recepturi. Mentiētibus ergo q̄ de longinqua terra veniſſent iurauerunt. Poſtq̄ verò cognouerunt habitare eos, vbi omnes quos inuenirent, ſecundū dei præceptū debellare deberēt: noluerunt tñ frāgere iurationem, & q̄uis eos mentitos didiciſſent, parcere maluerunt, cùm poſſent dicere, ſe tanquam illis iuraſſe quos eſſe crederāt, id eſt de longinquo venientes. Cū verò aliud cognouerunt, præceptum dñi circa eos fuit implendū, vt ſicut cæteri expugnarent. Deus aūt hoc approbauit, nec parcentibus ſuccenſuit, q̄uis eum nō interrogaſſent, q nam illi eſſent, & cū illos fallere maluiſſent. Vnde credendi ſunt, etſi fallere ꝓ ſua ſalute voluerūt, non tamen fallaciter deū timuiſſe in pplō eius. Ideo aūt nō ſuccenſuit dñs iurantibus, aut ꝑcentibus, & poſtea Gabaonitas ipſos tāq̄ pplī ſui hoīes, de domo Saul vindicauit, ſicut regnorū oſtēdit hiſtoria. (1. Reg. 22.) Et q̄a iuratio ſic ſeruata eſt, quāuis hoībus mentitis (2. Reg. 21. a.) vt ad clementiam ſententia flecteret, non diſplicuit deo. Nā ſi econtrario iuraſſent aliquos ſe interfecturos, quos Gabaonitas in terra promiſſionis eſſe putaſſent, & poſtea didiciſſent eos ab ea terra eſſe extraneos, & de longinquo ad ſe veniſſe, nō arbitrandū eſt, q̄ eſſent debellaturi eos cā iurationis implendę. Cū ꝓpter ipſam parcēdi clementiā ſctūs Dauid, poſtq̄ iurauit ſe interfecturū Nabal, (1. Reg. 25. a.) ſciēs vtiq̄ quē fuerat interfectur⁹, parcere maluit, nec iure duriore implere iuramētū magis placere deo exiſtimās, ſi qd̄ ira ꝑturbat⁹ iurauerat ñ feciſſet q̄ ſi ꝑfeciſſet. Iſid. Gabaonitę ſignificant B eos q credūt, & erga ſeruos dei deuoti, vel eccleſiæ cultū videnť hr̄e, nihil tñ emendationis vel deuotiōis vel innouationis hn̄t in morib⁹, tales tm̄modo quoddā ſignum ſalutis intra eccleſiam tꝑaliter p̄ferunt. In ter ſpiritua-

uulgus cōtra principes Iſraël. Qui [a] reſponderunt eis: Iurauimus eis in [b] nomine dñi dei Iſraël, & idcirco non poſſumus eos cōtingere. Sed hoc faciemus eis: Reſeruentur qui [c] dem, ut uiuant, ne contra nos ira domini concitetur, ſi peierauerimus: ſed ſic uiuant, ut in uſus uniuerſæ multitudinis ligna cædant, aquáſque comportent. Quibus hæc loquentibus, uocauit Gabaonitas Ioſue, & dixit eis: Cur nos decipere fraude uoluiſtis, ut diceretis: procul ualde habitamus à uobis, cùm in medio noſtri ſitis? itaque ſub maledictione eritis, & [d] non deficiet de ſtirpe ueſtra ligna cædens, aquáſque comportans in domum dei mei. Qui responderunt: Nuntiatum eſt nobis ſeruis tuis, quòd promiſiſſet dominus deus tuus Moyſi ſeruo ſuo, ut traderet uobis omnem terram, & diſperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur ualde, & prouidimus animabus noſtris ueſtro terrore compulſi, & hoc cōſilium iniuimus. Nunc autem in manu tua ſumus. Quod tibi bonum & rectum uidetur, fac nobis. Fecit ergo Ioſue ut dixerat, & liberauit eos de manibus filiorum Iſraël, ut non occiderentur. Decreuitq̄ in illo die eos eſſe in miniſterio cuncti populi & altaris domini, cędentes ligna, & aquas comportātes uſq̄ in pręſens tempus, in loco quem dominus elegiſſet. Cap. X.

Quæ cū audiſſet [a] Adoniſedec rex Ieruſalem, quòd ſcilicet cepiſſet Ioſue Hai & ſubuertiſſet eam. Sicut em̄ fecerat Iericho & regi eius, ſic fecit Hai & regi illius. Et quòd trānsfugiſſent Gabaonitæ ad Iſraël, & eſſent fœderati eorum, timuit ualde. Vrbs enim magna erat Gabaon, & una regaliū ciuitatum, & maior oppido Hai, omnéſq̄ bellatores eius fortiſſimi. Miſit

a Qui Ieſu expetit amicitias, multorum patietur inimicitias. Vnde: Fili accedens ad ſeruitutem dei præpara animam tuam ad tanta.

## *Nicolaus de Lyra.*

a Qui reſ. Hîc conſequenter ponit pacti tēperatio, q̄a Ioſue & pricipes ad cōpeſcendū murmur populi, & ſeruādū obligationē iuramenti, liberauerunt Gabaonitas à morte corporali, & ſuppoſuerunt eos morti ciuili, videlicet ſeruituti ad cædendū ligna, & portādū, & ad hauriēdum aquas, & portādū ad locū vbi vigeret cultus dei, & hoc ceſſit i vtilitatē cōitatis pplī, qui tenebaň talia miniſtrare, & iſti vocātur Nathinnei in libris Regum & Parali. & ex dictis patet litera. Ad euidētiā p̄dictorū q̄riť hîc, vtrū Ioſue & principes tenebanť ſeruare iuramentū p̄dictū de fœdere cum Gabaonitis. Et arguitur primò q̄ nō, quia erat cōtra dñi p̄ceptū, q p̄cepat oēs habitatores illius terræ occidi, vt habeť Nume. xxxiij. & in alijs locis pluribus. Itē iuramentum cōditionatū nō tenet deficiente conditiōe, ſed iſtud iuramentū fuit cōditionatū. ſ. ſi illi quibus fiebat nō eſſent de habitatoribus terræ ꝓmiſſionis. q̄ conditio non ſtetit, vt patet in litera. Itē fraus & dol⁹ nō debēt alicui patrocinari, ſed Gabaonitæ videntur doloſē egiſſe verbis & factis. ergo &c. In contrariū videť qd̄ dicitur in litera: b Iurauimus eis & cæt. & ſequitur: c Reſeruentur &c. Periuriū aūt non incurriť niſi ex trāſgreſſiōe iuramēti obligatorij: nec ira dñi cōcitatur, niſi ꝓpter illud quod eſt illicitum fieri. ergo &c. Reſponſio. Dicendum, quòd hoc iuramentū fuit ſeruādū triplici rōne. Prima accipiť ex parte Gabaonitarū, q ſicut dictū eſt, venerūt ad Ioſue in noīe dñi volētes ei⁹ cultui ſubijci, & ideo p̄ceptū dñi de īterfectione habitatorū terræ nō videbať cōtra eos currere, qd̄ erat datū ꝓpter malitiā habitātiū in terra, & obſtinatiōe eorum in malis: vnde C

Iuramentū ſeruandum Gabaonitis ꝓpter tria.

ī. xj. ca. diciť de obſtinatis: Dñi em̄ ſnīa fuerat, vt indurarenť corda eorū, & pugnarēt cōtra Iſraël, & caderēt, & nō mererenť vllā clemētiā, ac pirent ſicut p̄ceperat dñs Moyſi. Ex quo patet, q̄ Gabaonitę meruerūt clementiam, nec currebat cōtra eos ſnīa dñi. Scd'a accipiť ex pte filiorū Iſrael, q̄a iſtud fuit primū pactū & iuramētū qd̄ fecerunt extraneis gentibus, excepto tñ iuramento facto ipſi Rahab, qd̄ fuit magis ꝑticulare vt dictū fuit ſuprà. ij. ca. iſtud aūt fuit cōe. & ideo ſi fregiſſent iuramētū Gabaonitas occidēdo, quibus iurauerāt, vt nō occiderenť, vt patet ī litera: hoc fuiſſet diuulgatū per terras in circumitu, & reputati fuiſſent filij Iſrael infideles, & iuramēti tranſgreſſores ī magnū ſcādalū illi⁹ pplī, & ꝑ cōſequēs in irreuerentiam ſeu blaſphemiā dei, cuius dicebanť peculiaris ppl's, & à deo electus, & ideo ad hæc vitanda ſeruandū fuit iuramentū. Tertia acccipiť ex pte dei, q ꝓnior eſt ad miſerādū quā ad condēnandum. Et ideo credendū eſt, q̄ Ioſue ex familiari cōſilio dei mortē eorū corꝑalē mutauit in ciuilē, vt ſic de ſuis mēdacijs punirentur, & iuramentū ſeruareť, qd̄ de morte corporali eis nō inferēda intelligebať. Et qd̄ domin⁹ hāc ſentētiā approbauerit, patet ex hoc, qd̄ ꝓpter afflictionē iniuſtam Gabaonitarum factā ꝑ Saul, fames facta fuit in terra Iſrael trib⁹ annis, & ſeptem viri de ſtirpe Saul fuerunt crucifixi, vt habeť. ij. Reg. xxj. b. Gloſa etiam Aug. ſuper ca. x. exponendo illud: In manus tuas tradidi illos, dicit ſic: Vbi neq̄ conſultus eſt dñs vtrū eundum eſſet, ſed D vltro ſuis rectē ſubuenire volētibus futuram prænūtiauit de eis victoriam, ſi poſſet de Gabaonitis incōſult⁹ manere. nō q̄a interrogauerūt ipm̄, qui eſſent cū mentirenť, niſi ei placuiſſet illa iuratio, quæ ſubiectis ꝑcere cogeret. Crediderant em̄ deo, quem audierāt ꝓmiſiſſe, q̄ illas gentes ſubuerteret, & terrā earū obtineret, & hanc earum fidē quodāmō remunerauit, q̄a nō ꝑdidit. Ex dictis ſolutū eſt argumētū primū, q̄a cōtra Gabaonitas non currebat dictū p̄ceptū, vt dictū eſt. Ad ſcd'm dicendū, q̄ licet in tractatu cū Gabaonitis fuerit facta mentio de cōditiōe illa, tñ qñ poſtea iurauerūt principes, non fuit poſita ſub forma iuramenti, & dato quòd fuiſſet poſita, poterat tamē iuramentū ſeruari: & debebat ꝓpter rōnes p̄dictas. Ad tertiū dicendum, quòd fraus & dolus ꝓpriè ſunt mēdacia in verbis vel factis ordinata ad malū finem, mendacia aūt & fictiōes Gabaonitarū, licet eſſent mala, de ſe tñ ordinabantur ab eis ad bonū finē. ſ. ad eorū ſalutem corporalē & ſpiritualem, vt patet ex prædictis.

Moraliter d Itaq̄ ſub maledi. eritis. Vnde dicit Auguſti. Sicut non vidi meliores illis qui in monaſterijs profecerunt, ita nō vidi deteriores illis qui in monaſterijs defecerūt.

CAP. X.

Diuiſio Quæ cū au. Hîc agiť de debellatione quinq̄ regū ſimul congregatorū. vbi primò deſcribiť occaſio belli. Secundò actus debellandi, ibi: Aſcendit que Ioſue. Occaſio autem

Moraliter Morali. e Quæ cū. Hîc deſcribiť pugna Ioſue cōtra q̄nq̄ reges Amorrhęorū, ꝑ q̄s intelligi poſſunt q̄nq̄ ſenſus corporis pugnātes

E ☞ Inter ſpirituales autẽ, i. inter ſctõs dei regnũ ęternũ vel libertatẽ nõ cõſequunt. a ¶ Aſcendite ad. Cũ ſe anima verbo dei ſociat, ſtatim patit inimicos quos antea habuerat amicos: nec ſolũ hoĩes, ſed etiã cõtrarias virtutes. Sciat ergo qui Ieſu expetit amicitias, multorũ ſibi inimicitias patienter tolerandas. vñ: Oẽs qui piè volũt vi-
2. Tim. 3. c. uere in Chri. pſecu. pa. &c. Et alibi: Fili ac-
Eccle. 2. a. cedens ad ſeruitutẽ dei ppara aĩam tuã ad tentationẽ. Oppugnant etiã Gabaonitę, pter amicitias Ieſu, quãuis ligni cæſores & aquæ geſtatores, id eſt licet vltimus meritis in eccleſia ſis, hoc ipſo tamen qđ pertines ad Ieſum, impugnaris à quinqꝫ regibus. Sed nec Gabaonitæ relinquuntur vel ſpernuntur à Ieſu, vel à ducibus, vel preſbyteris Iſraëlitarum: ſed infirmitati eorũ auxiliũ fuerũt: hoc aũt agit in nobis. vñ:
2. Te. 5. c. Conſolamini puſillanimes, ſuſtinete infir-
Rom. 15. a. mos. Item: Vos autem potentiores imbecillitates infirmorũ ſuſtinete. Sic ergo Ieſus cum ducibus & principibus adeſt his, qui p noĩe ſuo à cõtrarijs virtutibus oppugnant. Nec ſolùm auxilium in bello pſtat, ſed etiã pducit diem & ſpatia lucis, & diſcutit aduentum noctis. b ¶ Congregati igitur &c. Aug. Quæritur quõ rex Ieruſalẽ Adoniſedec & cæteri quatuor cũ quib9 obſedit Gabaonitas, ſecũdũ LXX. primò reges Iebuſęorum, cùm ad eos obſidendos conuenerunt, poſtea verò reges Amorrhęorũ dicant ab ipſis Gabaonitis, qñ nũtios miſerunt ad Ieſum, vt ſibi ſubueniret. Sicut aũt inſpeximus ſecundũ Hebræũ vtrobiqꝫ Amorrhæorũ dicunt, cùm cõſtet Iebuſęũ regẽ fuiſſe Ieruſalem, q̃ dicta eſt Iebus, tanquã illius gentis metropo-
F lis, & ſeptẽ gentes ſępe ſcriptura commemoret exterminandos, quarũ vna perhibetur Amorrhæorũ. Niſi fortè hoc nomen vniuerſale fuerit oĩm, aut potius maioris partis, vt non vna, ſed plures in his ſeptem hoc noĩe cenſerentur: q̃uis eſſet vna de ſeptem q̃ Amorrhæorũ pprię vocaret. Sic eſt q̃dã ps q̃ pprię dicit Libya, q̃uis hoc
Amorrhęi reges quare nomẽ vniuerſę Aphricę cõpetat. Et ps q̃dã q̃ pprię dicit Aſia, q̃uis Aſiã alij dimidiũ orbẽ terrarũ, alij tertiã partem poſuerũt. Chananæi quoqꝫ tãqꝫ vna gens in illis ſeptẽ commemorant, & tñ vniuerſa terra illa originaliter terra Chanaan vocatur. c ¶ Aſcenditqꝫ Ioſue &c. Aug. Cùm obſeſſi Gabaonitæ à regib9 Amorrhęorũ miſiſſent ad Ieſum, vt ſibi ſubueniretur, aſcendit Ieſus à Galgala ipſe & oĩs popul9 bellatorũ cũ illo, oĩs potens in fortitudine. Et dixit dñs ad Ieſum: Nolite timere illos. In manus enim tuas tradidi eos, non ſubſiſtet ex iſtis quiſquam &c. Vbi neqꝫ conſultus eſt dñs vtrum eundum ad eos eſſet: ſed vltro ſuis rectè ſubuenire volentibus futuram pnuntiauit victoriam. Sic ergo poſſet incõſultus de Gabaonitis admonere, qui eſſent cũ mentirent, niſi ei placuiſſet illa iuratio quæ ſubiectis parcere cogeret: Crediderãt eñ deo, quẽ audierant populo ſuo promiſiſſe, qđ illas gentes ſubuerteret, & earũ terrã obtineret, & hanc eorũ fidẽ quodammõ remunerauit, qa nõ † pdi-
† perdidit dit, d ¶ Sol con. Gabaon &c. Adam. Volum9 ſi poſſum9 oſtendere, quomodo dñs noſter Ieſus Chriſtus protelauerit lucem, & maiorem fecerit diem, vel pro ſalute hominum, vel pro interitu contrariarum virtutum. Ex quo ſaluator aduenit, finis erat ſeculi. Deniqꝫ ipſe ait: Pœnitentiam agite, appropinquabit
Matth. 3. a. enim regnum cęlorum. Sed retinuit & repreſſit diem conſumma-
Pſal. 2. b. tionis. Videns enim deus pater ſalutem gentium per ipſum ſolùm poſſe conſtare, dicit ad eum: Pete à me, & da. & ti. gen. hære. tuam & cæte. Dum ergo paterna pollicitatio impleatur, & eccleſia cre- ☞ ſcat, & ple-

ergo Adoniſedec rex Ieruſalem ad Hoham regem Hebron, & ad Pharam regẽ Ierimoth, ad Iaphia quoque regem Lachis, & ad Dabir re-
a gem Eglon, dicẽs: Aſcendite ad me, & ferte præſidium, ut expugnemus Gabaon, q̃re transfugerit ad Ioſue
b & ad filios Iſraël. Congregati igitur aſcenderũt quinqꝫ reges Amorrhæorum, rex Ieruſalem, rex Hebron, rex Ierimoth rex Lachis, rex Eglon ſimul cum exercitibus ſuis, & caſtrametati ſunt circa Gabaon oppugnantes eam. Habitatores autem Gabaon urbis obſeſſæ, miſerunt ad Ioſue qui tunc morabatur in caſtris apud Galgalam, & dixerunt ei: Ne retrahas manus tuas ab auxilio ſeruorum tuorum, aſcende citò & libera nos, ferqꝫ præſidium. Conuenerunt enim aduerſum nos omnes reges Amorrhæorum, qui
c habitant in montanis. Aſcenditque Ioſue de Galgalis, & oĩs exercitus bellatorum cum eo uiri fortiſſimi. Dixitqꝫ dominus ad Ioſue: Ne timeas eos. In manus enim tuas tradidi illos. Nullus enim ex eis tibi reſiſtere poterit. Irruit itaque Ioſue ſuper eos repente, tota nocte aſcendens de Galgalis. Et conturbauit eos dominus à facie Iſraël, contriuitqꝫ plaga magna in Gabaon, ac perſecutus eſt eos per uiam aſcenſus Bethoron, & percuſſit uſque Azecha & Maceda. Cumqꝫ fugerent filios Iſraël, & eſſent in deſcenſu Bethoron, dominus miſit ſuper eos lapides magnos de cælo uſque ad Azecha. Et mortui ſunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percuſſerant filij Iſraël. Tunc locutus eſt Ioſue domino in die qua tradidit Amorrhæum in cõſpectu filiorũ Iſraël, dixitqꝫ co-
d rã eis: Sol cõtra Gabaon ne mouearis, & luna contra uallẽ Aialon. Steteruntqꝫ ſol[a] & luna[b] donec ulciſce-

a ¶ Iuſtitiæ ſcilicet qui neſcit occaſum.
b ¶ Eccleſiæ claritas.

❧ caſio autẽ belli fuit, eò quòd iſti quinqꝫ reges ſimul congregati venerunt ad debellandũ Gabaonitas, eò quòd eſſent cõfœderati filiis Iſrael: propter qđ fuerunt cõpulſi petere auxilium à Ioſue: qđ cõceſſit, & debuit cõcedere, ppter dictũ fœd9. & patet lr̃a paucis ex- G
ceptis. ¶ Quęcum audiſſet Ado. Hæc eſt vera lr̃a. ſic eñ habẽt Hebræi & libri correcti. & ĩterptat dñs iuſtitię vel dñi mei iuſtitia, ſcđm pprietatẽ Hebraici ſermõis. ſicut & Melchiſedec interpretat rex iuſtitiæ, q fuit rex Ierl'm ſicut iſte, vt habet Geñ. xiiij. ca. Cętera patent in litera. a ¶ Aſcenditqꝫ Ioſue & cæte. Hĩc conſequenter deſcribitur actus debellandi. vbi primò deſcribit debellatio ho- Diuiſio
ſtium, ſecundò occupatio ciuitatũ, ibi: Eodem die Macedã quoqꝫ cepit. Circa primũ primò deſcribitur modus pugnæ. Scđò manifeſtatio victoriæ, ibi: Reuerſuſqꝫ eſt omnis exercitus. Circa debellationem hoſtium primò promittitur diuinum auxilium, cũ dicitur: Dixitqꝫ dñs ad Ioſue. Ne timeas &c. ſecundò ſubditur ſtudium humanum, quod nõ debet omitti in agibilibus, cùm dicitur: b ¶ Irruit itaqꝫ Ioſue ſuper eos repente. vt ex ſubito aduentu ipſius aduerſarij terrerent, quòd & factum eſt. vñ ſequitur: Conturbauit eos domin9 &c. Tertiò additur cæleſte ſignũ. & primò de cælo aëreo, cũ dicit: c ¶ Dominus miſit ſuper eos lapides magnos. ſcilicet grãdinis inſolitæ magnitudinis, ita quòd poſſent armatos interficere. Ideo ſubditur. d ¶ Et mortui ſunt multo plures la. Quòd factum eſt ne filij Iſraël ſibi victoriã aſcriberẽt. e ¶ Tũc locutus eſt Ioſue domino. Gratias agendo. f ¶ Dixitqꝫ coram eis. Videns enim primum ſignum à deo datum de cælo aëreo, ex hoc confidens petiuit ſe- H
cundum de cælo ſydereo, dicens: g ¶ Sol contra Gabaon ne mouearis & luna & cæt. Erant enim in tali diſpoſitione, qđ vterqꝫ apparebat ſuper terram. qđ frequẽter cõtingit in plenilunio, qa tũc tantũ diſtant per diametrum cæli. hoc aũt petiuit Ioſue. vt haberet tp̃s aduerſarios perſequendi. ideo ſubdit: Steterũtqꝫ ſol & luna donec vlciſceretur ſe gens & cæ.

❧ Nonne ſcriptum eſt
Moraliter ⁂ pugnantes contra dictamen rõnis, quæ per Ioſue ſignificatur, vt. ſ. dictum eſt. De hac aũt pugna dicit Gal. v. c. Caro cõcupiſcit aduerſus ſpm̃, & ſpirit9 aduerſus carnem. Quinqꝫ verò reges pdicti p quatuor fuerũt debellati. ſ. p gladios filiorum Iſraël, & per lapides grandinis, & p ſubſiſtẽtiam ſolis, & lunæ, & iſtis ſpiritualiter intelligendo debellantur ſenſus carnis. Per gladios enim filiorum Iſraël intelligunt verba diuina, quæ ſunt ſpirituales gladij. Eph. vj. c. Et gladiũ ſpiritus qđ eſt verbum dei. Qđ autem per gladios iſtos debellentur ſenſus carnis dicit Hieroñ. ad ruſticum monachũ: Ama ſanctarũ ſcripturarũ ſtudiũ, & carnis vitia non amabis. Per lapides verò grandinis intelligunt actus pœnitentię. ſ. ieiunia, vigiliæ, aſperitas, victus, & veſtit9, & cæteræ diſciplinæ, que carnis ſenſus pcutiunt & infrigidant & domant magis q̃ ſtudiũ ſacrę ſcripturę. Ideo dicit: d ¶ Et mortui ſunt multo plures lapidibus &c. Per aſſiſtentium verò ſolis intelligitur adiutorium Chriſti, qui eſt ſol iuſtitię contra tentationes carnis. j. Corin. x. c. Fidelis deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum, vt poſſitis ſuſtinere. Per aſſiſtentiam verò lunæ intelligitur adiutorium virginis Mariæ: quę Cañ. vj. dicitur terribilis, vt caſtrorum acies ordinata: propter quod per eius auxilium prouenit nobis de ſenſibus carnis victoria glorioſa.

⁂ Ite & poni-

A ſcat,& plenitudo gentiũ introeat,vt tandẽ oĩs Iſrael ſaluetur.
Rom.11.c. Dies ꝓducit,& differt occaſus,nec vnq̃ ſol occũbit,ſed ſemper ori-
tur dñi credentiũ cordib⁹ ſol iuſtitiæ lumẽ veritatis infundit. Cùm
verò impleta fuerit mẽſura credentiũ,& deterior aut decolor ætas
vltimæ generationis aduenerit,& creſcẽte iniq̃tate refrigeſcet chari
tas multorum,& in paucis fides inuenietur:
Mat.24.b. tũc abbreuiabunt dies. Idem igitur domin⁹
nouit extendere diẽ,cũ ſalutis tp̃s eſt, & bre-
uiare in tẽpore tribulationis & perditionis:
Rom.13.d. dũ ergo ſpatiũ lucis ꝓducit, ſic vt in die ho-
neſtè ambulemus. a ℂ Fugerant enim
quinq̃ re. Adam. Quid eſt qđ dicit quin-
q̃ reges fuiſſe,& hos in ſpeluncã confugiſſe.
Chriſtianorum pugna duplex Duplex pugna eſt Chriſtianis: Perfectis qui-
dem,qualis erat Paulus & Epheſij ,ſicut ipſe
dicit;Non eſt pugna aduerſus carnem & ſan
Eph.6.b. guinem , ſed aduerſus principatus & ptãtes;
& aduerſus rectores tenebrarum . Inferiori-
bus verò contra carnẽ & ſanguinẽ , his.ſ.qui
adhuc carnalibus vitijs & fragilitatibus im-
pugnant.Qđ etiam in hoc loco indicari pu-
to. Gabaonitis em̃ bellũ indictum eſt à quin-
q̃ regibus his q̃ imperfecti ſunt à quinq̃ cor
poreis ſenſib⁹.per aliquẽ enim horum vnũ-
quẽq̃ neceſſe eſt cadere in peccatũ. Hi quinq̃
reges Gabaonitas,id eſt carnales homines im
pugnant. Quòd autem dicũtur in ſpeluncas
confugiſſe , poteſt hîc forſitan indicari , quia
ſpelunca locus eſt in profundum terræ de
foſſus.Senſus ergo eſt , cùm ſe terrenis acti-
bus in corpore poſiti demerſerint , & nihil
ad opus dei,ſed totum ad miniſterium cor-
poris egerint,in ſpeluncas confugiſſe dicun-
tur. ℂ Sciendũ tñ,ꝙ ipã regna quorum re-
ges nũc vincunt à Ieſu,& cõfugiũt in ſpelun-
cas , poſtea veniunt in ſortes ſanctorum , &
B pars dñi appellant,ſicut regnũ Ieruſalem, vel
Lachis,vel Hebron.In qb⁹ hoc iudicat , qđ
quinq̃ ſenſus in corp̃e poſiti cũ p̃ Ieſum fue-
rint deuicti,& infidelitas ab eis diſceſſerit , &
mortui peccato fuerint , ipſis poſtea mini-
ſtris vtitur anima ad facienda iuſtitiæ opera.
Ita fit ; vt in Ieruſalem in qua regnabat rex
peſſimus , regnet poſtea Dauid manu po-
tens,vel Salomon rex pacificus . Adſident
vel adſiſtunt enim corporeis ſenſibus mali
gnæ virtutes,quæ ad concupiſcentias & fœ-
da præbenda miniſteria animæ ſollicitent,
quas ſi fides Chriſti ſup̃auerit,& in ligno cru
cis eius ſuſpenſæ fuerint,his interemptis re-
gnoq̃ depulſis,tũc efficitur anima in partem
dei,& Ieruſalem regnũ dei , & templum in ea
Titum.3.a. dño conſtruitur . vnde: Quia eramus & nos
aliquando inſenſati,increduli,errantes & ſer-
uientes deſiderijs & voluptatibus varijs
&c.Hoc eſt em̃ Ieruſalem aliquãdo fuiſſe ſub
rege Adoniſedec,vel alias ciuitates ſub alijs.
ℂ Adaman . Ieſus interficit inimicos , non
crudelitatem docens : ſicut hæretici putant,
ſed futura in his ſacramenta deſignans , vt cũ
peremerit reges q̃ regnũ pc̃ti tenẽt in nobis:
Rom.6.d. Sicut exhibuim⁹ mẽbra noſtra ſeruire iniq̃ta
ti ad iniquitatẽ,ita exhibeamus ſeruire iuſtitię
in ſanctificationem . Hoc quaſi crudele culpatur , quod ait Ieſus:
Ponite pedes veſtros ſup̃ colla eorũ,& interficite eos.Sed hoc non
crudelitas,ſed humanitas & benignitas inuenitur. Vtinam & tu po
nas pedes tuos ſup̃ ſerpẽtes & ſcorpiones,& ſup̃ oẽm virtutem ini-
mici,& cõculces dracone & regulũ,q̃ aliquãdo in te regnauit,vt oĩ-
bus interemptis q̃ regnabant in te op̃e peccati, ſolus in te regnet Ie-
ſus Chriſtus. b ℂ Vos autem no. ſta. Adam. Bella Ieſu & regũ,
atq̃ hoſtiũ ſtrages,cæleſtiũ rerũ vmbra ſunt eorũ,ſcilicet bellorum
quę Ieſus Chriſt⁹ cũ exercitu ſuo & maieſtatib⁹.i.credentiũ populis
& eorũ ducib⁹ cõtra Zabulõ,& ei⁹ angelos p̃liat. Ipſe eſt em̃ qui in
Paulo & in Epheſijs pugnat cõtra rectores tenebrarũ.Et vide ô hę-
retice, quõ noua veterib⁹ cõcordãt,ꝓmiſſum eſt veterib⁹ regnũ ter
ræ ſanctæ & fluẽtis lac & mel:q̃ tunc à peſſimis incolis & regib⁹ in
colebatur. Venit in hanc terrã Ieſus cum exercitu ſuo,& Iſraëliticis
ducibus exp̃ugnat;oẽs interimit & obtinet,& pro victoriæ merito
accipit

a ℂ Viſibilibus uel inuiſibilibus.

retur ſe gens dẽ inimicis ſuis.
Nonne ſcriptũ eſt hoc in libro [a]

a ℂ Chriſtus lumen ueritatis infundens.

iuſtorum? Stetit itaq̃ ſol in me [b]

a ℂ Eccleſiæ.

dio cæli , & non feſtinauit oc-

a ℂ Quia ſemper oritur fidelibus.

cumbere ſpatio unius diei. Nõ [c]
fuit ante & poſtea tam longa di
es,obediente domino uoci ho- [d]

a ℂ Sic dum contra dæmones pugnamus,adſiſtit nobis ſol iuſtitiæ,qui ait:Ego uobiſcum ſum uſque ad conſummationem ſeculi.

minis,& pugnante pro Iſraël.
Reuerſusq̃ eſt Ioſue cum omi [e]
[a] Iſraël,in caſtra Galgalæ,fuge-

a ℂ Quinq̃ ſenſib⁹ corporis & terrenis actibus immerſi.

rant enim quinque rẽges,& ſe
abſconderant in ſpelunca urbis

ℂ Ieſu Chriſto.

Maceda. Nuntiatumq̃ eſt Io-
ſue , quòd inuenti eſſent quinq̃
reges latentes in ſpelunca urbis
Maceda . Qui præcepit ſociis
& ait: Voluite ſaxa ingentia ad [f]
os ſpeluncæ,& ponite uiros in [g]
duſtrios,qui clauſos cuſtodiãt.
[b] Vos autẽ nolite ſtare, ſed per-

a ℂ Contrarias poteſtates quæ ſenſibus adſiſtunt.

ſequimini hoſtes,& extremos
quoſq̃ fugientium cędite. Nec
dimittatis eos urbium ſuarum
intrare præſidia, quos tradidit
dñs deus in manus ueſtras. Cæ
ſis ergo aduerſariis plagã ma-
gna, & uſq̃ ad internecionem
penè conſumptis , hi qui Iſraël
effugere potuerũt,ingreſſi ſunt

a ℂ Incolumis. Qui enim ſub Ieſu militat, non ſuſcipit inimici ignita iacula.

ciuitates munitas. Reuerſusq̃ [h]
eſt omnis exercitus ad Ioſue in
Maceda,ubi tunc erant caſtra,

a ℂ Quia omnes ſcripti in libro uitæ & numerati apud illum qui numerat multitudinem ſtellarum. b ℂ LXX. Nullus muſſit in lingua, id eſt nullus ſe iactauit de uictoria ſua,ſcientes quia Ieſus eſt qui uincit.

ſani & integro nũerõ. Nullusq̃ [i]

accipit eorũ regna, Tibi per euangeliũ non ꝓmittunt regna terræ, C
ſed cælorũ,nec vacua.habẽt em̃ habitatores, pctõres, & dæmones
cõtra quos apoſtolica tuba te hortat ad p̃liũ,& ſicut ibi dicebat Ie-
ſus:q̃a bellũ vobis nõ erit aduerſus Amorrhæos,Phereſęos,Heuę-
os,& Iebuzęos:ita & hîc Paul.dicit:Nõ eſt nobis pugna aduerſus
carnẽ & ſanguinẽ.i. non ſic pugnabimus vt Eph.6.b.
antiqui:nec in terris nobis cũ hoĩb⁹ habenda
ſunt p̃lia,ſed cõtra principat⁹ & ptãtes cõtra
mũdi hui⁹ rectores tenebrarũ harũ.Iã intelli-
gis in q̃bus locis hęc tibi mouenda ſint certa
mina. vel ſi nõ intelligis manifeſtius audi cõ-
tra ſpũalia nequitiæ in cæleſtib⁹. Audiſti quę
tibi bello,& inde cæleſtibus expellendi ſunt,
vt poſſit loca regni cælorũ,hæreditatis ſor-
te percipere. Hoc quoq̃ in euãgelio dñs ait:
A diebus Iohannis regnum cælorũ vim pa- Matt.11.b.
tit,& violẽti rapiunt illud. Potes ergo ſimi-
liter ſaluatori nr̃o calũniam facere , q̃ regnũ
cælorũ qđ fidelibus ꝓmiſit,violenter diripi iubet

*Nicolaus de Lyra.*

a ℂ Nonne ſcriptũ eſt &c. Aliq̃ v°ò
doctores nr̃i dicunt,ꝙ iſte liber nõ peruenit
ad nos,q̃a nõ eſt trãſlatus in Latinũ. Sed hoc
nõ videt cõuenienter dictũ , quia ſaltem eſſet
vel fuiſſet apud Hebræos:qđ non dicunt ex
poſitores eorũ,ſed magis cõtrariũ,vt videbi
tur. Alij aũt dicũt,ꝙ eſt liber. xij . ꝓphetarũ;
quia Abacuk.iij.c.ſcribitur. Sol & luna ſtete-
rũt in habitaculo ſuo. Sed iſtud etiam videt
extraneũ,q̃a liber.xij . ꝓphetarũ ſaltẽ q̃ñtũm
ad ꝓphetiã Abacuk fuit ſcript⁹ per magnũ
tp̃s poſt mortem Ioſue ſcilicet per octingẽ
tos annos & plus, quia Abacuk ꝓphetauit
poſt tranſmigrationem Babylonis: vt dicit
Hieronymus in prologo ſuper Abacuk. A
morte verò Ioſue vſq̃ ad trãſmigrationem D
fluxerũt octingenti anni & plus,qđ patebit
ſi quis velit computare tp̃a iudicum & regũ
vſq̃ ad illud tp̃s,ꝓut in ſacra ſcriptura & Io
ſepho continent, & iõ irrõnabiliter videtur
dictũ,qđ diceret aliquid eſſe ſcriptũ in libro
ſcribẽdo poſtea p̃ tp̃s tantùm. Nec põt dici
ꝙ iſtud ſit additũ à trãſlatore nr̃o:q̃a ſic eſt i
Hebręo. Et iõ aliter dicũt Hebręi,ꝙ iſte liber
eſt liber Geneſis,q̃a ibi ſcribũtur facta Abra-
ham,Iſaac,& Iacob,q̃ fuerũt excellẽter iuſti:
& iõ ꝓpter eorũ merita facta ſunt multa bñ-
ficia pp̃lo Iſrl',vt frequẽter exprimit in ſacra
ſcriptura. Dicũt igit ꝙ hoc ſcriptũ eſt Gen. Liber iuſtorum
xlviij. vbi ponit bñdictio Iacob ſuper Ma-
naſſe & Ephraim;& de Ephraim dicit: Ene-
mẽ ei⁹ creſcet in gẽtes. Hebræi dicunt : Et ſe-
mẽ ei⁹ congregabit gentes . vel congregatio
gentiũ,qđ fuit impletũ in Ioſue, q̃ fuit de ſe-
mine Ephraim , quia qñ dixit Ioſue: Sol ne
mouearis &c. filij Iſraël fuerũt ꝯgregati ad
audiẽdũ hoc v°bũ,ſcđm qđ dicit in textu:Di
xitq̃ corã eis:ſol cõtra &c. vt admirarent &
regr̃arent deo de tãto beneficio & miraculo
cælit⁹ ſibi dato. b ℂ Stetit ira . Ex hoc vi-
det:ꝙ erat tũc in parto meridionali , niſi di-
cat,ꝙ mediũ cæli aliqñ vocat totũ, quod eſt
ſupra hemiſpherium noſtrũ. c ℂ Non fu . In fine capituli dicetur
qualiter hoc intelligendũ ſit. d ℂ Obediente do . id eſt cõdeſcen-
dente.q̃a obediẽtia ꝓpriè loquẽdo eſt inferioris ad ſupiorẽ: conde-
ſcẽſio v°ò ecõuerſo ſuperiori ad inferiorẽ. e ℂ Reuerſusq̃ eſt.
hoc dicit hîc p̃ anticipationẽm,q̃a nõ fuit ibi reuerſus donec habuiſ
ſet victoriã cõpletã ꝙtũ ad ea q̃ tractant in hoc ca. vt hr̃ in fi.huius
capitu.& adhuc erat in perſequendo aduerſarios, vt patet in litera.
f ℂ Voluite ſaxa &cæt. vt non poſſint ibi latentes per ſe exire.
g ℂ Et ponite. ab exterioribus poſſint educi inde. Cætera patent.
h ℂ Reuerſusq̃. Hîc conſequenter deſcribit manifeſtatio victo-
riæ.primò in hoc ꝙ exercit⁹ Ioſue redijt in nũero integro . ſcđò q̃a
aduerſarij nõ fuerunt auſi eos inuadere.iõ ſubdit; i ℂ Nullusq̃
cõtra &c .ſ.p̃ tũc:ſed poſtea alij cõtra eos pugnauerũt,vt patet.c.
ſeq.tertiò p̃ hoc ꝙ principes exercitus poſuerunt pedes ſuos ſuper
colla quinq̃ regum,qui latuerãt in ſpelũca,in ſignũ ꝙ eorum aduer
ſarij

contra filios Iſraël mutire auſus eſt. Præcepitq; Ioſue, dicens: Aperite os ſpeluncæ, & producite ad me quinq; reges, qui in ea latitant. Feceruntq; miniſtri, ut ſibi fuerat imperatum, & duxerunt ad eum quinq; reges de ſpeluca, regem Ieruſalem, regem Hebron, regem, Ierimoth, regē Lachis, regē Eglon. Cumq; educti eſſent ad eum, uocauit omēs [a]

a ☞Fortes, viriliter pugnantes. b ☞Prælatos. c ☞Eccleſiæ.

uiros Iſraël, & ait ad principes exercitus qui

a ☞In nullo diſcordantes. b ☞Super aſpidem & baſi.am. & concul. leonem & draconem.

ſecum erant: Ite, & ponite pedes ſuper colla [b] regum iſtorum. Qui cùm perrexiſſent, &

a ☞Spirituum ſcilicet & vitiorum.

ſubiectorum colla pedibus calcarent, rurſum ait ad eos: Nolite timere, nec paueatis:

a ☞Q. viriliter agire. & confor. qui ſpe. in domino.

confortamini, & eſtote robuſti. Sic enim faciet dominus cunctis hoſtibus ueſtris aduerſum quos dimicatis.

☞Spiritualibus. ☞Spiritualibus armis a ☞Chriſtus.

Percuſſitq; Ioſue & interfecit eos, atq; ſuſpendit ſuper quinq; ſtipites, fueruntq; ſuſpenſi uſq; ad ueſperū.

a ☞Morte ſua. ☞Quia in ligno crucis triumphauit.

†Cúmque occumberet ſol, præcepit ſociis, ut deponerēt eos de patibulis, qui depoſitos proiecerunt in ſpeluncam in qua latuerāt, & poſuerunt ſuper os eius ſaxa ingentia, quæ permanent uſq; in præſens. Eodem die Mace- [c] dam quoq; cepit Ioſue, & percuſſit in ore gladij, regemq; illius interfecit, & omēs habitatores eius. Non dimiſit in ea ſaltem paruas reliquias. Fecitq; regi Maceda ſicut fecerat regi Iericho. Tranſiuit autem cum omni Iſraël de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam, quā tradidit dominus cum rege ſuo in manus Iſraël. Percuſſeruntq; urbem in ore gladij, & omnes habitatores eius, non dimiſerunt in ea ullas reliquias. Feceruntq; regi Lebna ſicut fecerant regi Iericho. De Lebna tranſiuit in Lachis cum omni Iſraël, & exercitu per gyrum diſpoſito oppupnabat eā, tradiditq; dominus Lachis in manus filiorum Iſraël, & cepit eam die altero, atque percuſſit in ore gladij omnem animam quæ fuerat in ea, ſicut fecerat Lebna. Eo tempore aſcendit Horam, rex Gazer ut auxiliaretur Lachis, quē percuſſit Ioſue cum omni populo eius uſq; ad internecionem. Tranſiuitq; de Lachis in Eglon, & circundedit atque expugnauit eam in eadem die, percuſſitque in ore gladij omnes animas quæ erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Aſcendit quoque [d]

E ☞iubet. Vim autem facere hoc eſt, poſſidentē violenter expellere, & poſſeſſionē diripere. Quid ergo accuſatis feciſſe Ieſum ſucceſſorē Moyſi? Atq; vtinā aperiret nobis Ieſus theſaurū ſapiæ ſuæ, vt videremus cuius cæleſtiū ſpūaliū hoſtiū, qui impugnāt Iſrael, figurā tenuit priceps iſte de Maceda, & ille de Lachis, & ille de Lebna; aut cuius intra me vitij vel erroris, quibus aīa implicaī, formā tenēt ſinguli qnq; eorū: quos Ieſu duce interfecit ppl's dei. hi. ſ. audiūt mādata ei⁹, qb⁹ tribuit facultatē calcādi ſup ſerpētes

Lu. 10. c. & ſcorpiões & oēm ptāc inimici. Orem⁹ ergo vt pedes nrī tā ſpecioſi ſint & tā validi, q poſſint calcare ceruices inimicorū, & ita caput ſerpētis cōculcare, vt calcaneū nrm nō poſſit mordere. Qui enim pugnat ſub Ieſu duce, debet illud pmereri, qd' de illis bellatorib⁹ ſcriptū eſt: Et reuerſus eſt vniuerſus ppl's ad Ieſum incolumis, & nō mutiuit quiſq; de filijs Iſraël in lingua ſua. Qui eñ ſub Ieſu militat, incolumis debet redire de plio, nec vſq; ex iaculis maligni ignitis vuln⁹ accipe nec corde, nec cogitatiōe pollui. ¶Qd' aūt addit: qa null⁹ mutiuit in lingua ſua; videī dici: qa nemo de victoria ſe iactauit, nec ſuæ virtute aſcripſit. Sciunt eñ qa ipſi Ieſu vi-

1. Co. 15. b. ctoria tribuiī. vñ: Non autē ego: ſed

Lu. 17. c. gr̄a dei q̄ in me eſt. & alibi: Cū aūt feceritis hæc oīa, dicite: qa ſerui iutiles ſum⁹. Vtinā dñs me⁹ Ieſus cōcedat mihi calcare ſpm̄ fornicatiōis, & ceruicē ſpūs iracūdiæ & furoris & auaritię demonē & iactātiā, & cōterere pedib⁹ meis ſupbię ſpm̄, & cū hęc fecero, geſti opis ſummā nō mihi, ſed cruci ei⁹ appendere, ſcd'm illud: Per

Gal. 6. d. quē mihi mūd⁹ cru. &c. nō aūt ego,

1. Cor. 15. b. ſed gr̄a ei⁹ q̄ eſt in me. Qd' ſi fecero,

F dicet mihi qd' ātiqu⁹ Ieſus dicit: Viril'r agite, & cōfortamini, ne timeatis nec vereamini à facie eorū, qa dñs de⁹ tradidit vobis oēs inimicos ī manus. ¶Adamā. Oīa hęc in figura cōtingebāt illis. Scripta ſunt aūt pptet

Heb. 10. c. nos. Quę cū legit q in manifeſto Iu-

Ibidem. dęus eſt, & in carne circūciſus, putat tm̄ bella deſcripta & interius hoſtiū & Iſraëlitas duce Ieſu viciſſe, & diripuiſſe regna gentiū. Qui verò in occulto Iudę⁹ eſt. i. Chriſtian⁹, q Ieſum nō filii Naue, ſed filiū dei ſequiī, itelligit hęc myſteria eſſe regni cælorū, & dicit, qa etiā nūc pugnat Ieſus cōtra v'tutes cōtrarias, & eiecit de ciuitatibus poſſeſſis. i. aīabus noſtris, & interfecit reges q regnabant in aīabus noſtris, ne vltrà regnet pctm̄ ī nobis

Rom. 6. b. vt excluſa lege pcti, h. aīa nr̄a ciuitas dei, & regnet in ea deus, & dica-

Lu. 17. c. tur nobis: Ecce regnū dei intra vos eſt. Eſt ego miſericordia, qd' hæreticis videī crudelitas, q Ieſus Chriſtus p ſingulas ciuitates. i. aīas credētiū cōplet vel cōpleuit, vt q̄ poſſidebanī à peſſimis regib⁹, expulſis his & pemptis, facere eas digneī habitaculū dei, & tēplū ſpirituſſancti vt mēbra q̄ ſeruierant iniquitati, ſeruiāt iuſtitię. Sic

Rom. 6. b. ergo intellige, quòd interfecit Ieſus regem Iericho, & regem Hay, & regem Lebna, & regem Lachis, & regem Hebron, vt omnes animæ quę ſub peſſimis regibus legem peccati colebant, nunc ſub dei legibus agāt. ¶Lebna Hebraicè לבנה Libnah, candor interpretaī. qd' diuerſè intelligiī. Eſt eñ cādor lepræ, & cādor lucis. & cādorē qdē lepræ habuit Lebna

habuit Lebna ſub regibus malis, ſed cū ad Iſraeliticū populū peruenit, candorē lucis accepit. ¶Lachis לכיש etiā interpretaī iter: qd' G

Pſal. 1. b. & laudabile in ſcripturis eſt, & culpabile. vñ: Iter impiorū peribit.

Heb. 12. d. Et alibi: Iter rectū facite pedib⁹ veſtris. Primò ergo iter impiorum fuit Lachis ciuitas, quo deſtructo poſtmodū Iſraelitis regnātib⁹ ad rectum iter peruenit. ¶Hebron חברון coniunctio vel coniugium: cōiunctio verò aīæ nr̄æ fuit primò cū viro peſſimo Zabulo, q̄ mortuo liberata eſt à lege prioris, & cōiūcta viro bono & legitimo, de quo Paulus dicit: Statui vos vni viro virgi-

2. Co. 11. a. nē caſtā exhibere Chriſto. Sic ergo ipſorū noīm intelligētia ad geminū cōſonat ſtatum. Sic melius eſt intelligi bella Iſraëlitica, & ſubuerti vrbes & regna. ſic religioſius apparet ſubuertiſſe Ieſum vrbes ſingulas, vt nihil in eis relinquereī q ſpiraret, neq; q ſalu⁹ fieret, neq; q effugeret, vt nullus. ſ. malitiæ ſenſus in anima vltrà reſpiret; vel iræ, vel cōcupiſcentiæ ſaluetur affectus; nullus ſit qui effugiat de ore ſermo malus. Sic ædificantur ciuitates Iudæ. Etenim nunc cuiuſq; aīam deſtruit Ieſus & ædificat. Pri-

Opera dei duplicia. d. mū eñ opus dei eſt eradicare mala, ſpinas & tribulos vitiorum. dū eñ occupant terram hęc, nō poteſt ſemina ſancta ſuſcipere. Neceſſe eſt ergo primū plantā eradicare peccati quā

Matt. 15. b. nō plantauit pater cæleſtis, igniq; cōſumi. Secundum opus eſt plantare. Moyſes dicit: quia plantauit deus pa-

Gene. 2. b. radiſum. Sed & nūc plantat in ani-

†Deu. 21. d. mabus credentiū. In aīa eñ de qua excidit irā, plantat manſuetudinē: de qua excidit ſuperbiā, plantat humilitatē: de qua eradicat laſciuiā, plantat H pudicitiam: extirpata ignorātia, inſerit ſcientiam. Talis diciī eſſe plantatio dei magis q̄ inſenſibiliū lignorū. Eſt eñ in primis opus verbi dei deſtruere ædificia Zabolica. Ille eñ turres ſuperbiæ, & muros elationis in vnoquoq; extruit, q̄ ſermo dei deſtruit, vt efficiamur dei cultura, & dei ædificatio ſupra fundamenta apoſtolorum & prophetarum poſiti, & effici mereamur in hæredita-

Eph. 2. d. tem terræ ſanctæ in parte Iſraëlitica, extinctis hoſtibus noſtris.

## *Nicolaus de Lyra.*

sarij qui nondum erant debellati, pedibus eorū ſubijcereī. Et patet litera vſq; ibi: b ¶Cumq; occumberet ſol, præcepit ſocijs ſuis vt deponerēt eos de patibulis. Quia hoc erat pceptū in lege, Deut. xxj. c ¶Eodem die Macedam quoq; &c. Poſtq; deſcripta eſt debellatio hoſtium, hîc cōſequenter deſcribitur captio ciuitatum. Et patet litera vſq; ibi: d ¶Aſcendit quoq; cum omni Iſraël de Eglon in Hebron & pugnauit contra eā cepitq; eā & pcuſſit in ore gladij. Hoc eſt intelligēdū de parte ciuitatis Hebrō: q̄ erat ī valle, reliq; v'ò partem q̄ erat fortior, cepit Caleb poſtea:

Moraliter ✱ a ¶Ite & ponite pedes veſtros ſuper colla regum iſtorū. Qui cū prexiſſent & ſub. &c. Per hoc autē q Ioſue pręcepit principibus Iſraël ponere pedes ſuos ſuper colla quinq; regū, ſignificatum fuit, quod quinq; ſenſus carnis ſubijci debent imperio ratiōis.

a ❡Coniunctio coniugum.

cum omni Iſraël de Eglon in Hē bron, & pugnauit cōtra eam, ce-

❡Deſtruxit mala, vt ædificaret bona.

❡Verbi dei.

a pitq; & percuſſit in ore gladij, regem quoque eius & omnia oppida regionis illius, vniuerſaſq; animas quæ in ea fuerant commoratæ. Non reliquit in ea ullas reliquias. Sicut fecerat Eglon, ſic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit conſumens gladio. Inde reuerſus in Dabir, cepit eā atque uaſtauit, regem quoque eius atque omnia per cicuitum oppida percuſſit in ore gladij: Non dimiſit in ea ullas reliquias. Sicut fecerat Hebron & Lebna & regibus earum, ſic fecit Dabir & regi illius. Percuſſit itaq; Ioſue omnem terram montanam & meridianam atq; campeſtrem, & † Aſedoth cum regibus ſuis. Non dimiſit in ea ullas reli-

b quias, ſed omne quod ſpirare poterat, interfecit: ſicut præcepe-

c rat ei dominus deus Iſraël. A Cadeſbarne uſque Gazam. Omnem terram Goſen uſq; Gabaon, uniuerſoſq; reges & regio-

d nes eorū uno impetu cepit atq; uaſtauit. Dominus enim deus Iſraël pugnabat pro eo. Reuerſuſq; eſt cum omni Iſraël ad locum caſtrorum in Galgala.

† Aſedech

A …poſtea, vt habetur infrà .xv. c. & Iud. j. Vel poteſt dici ꝙ hîc dicitur per anticipationem, & ei attribuitur quod poſtea fecit Caleb qui ex conceſſione Ioſue habuit Hebron, vt habet̃ infrà .xiiij. capi. a ❡Regem quoq;. Hoc poteſt exponi dupliciter. Vno modo de rege Hebron quē ſuſpēderat, vt dictum eſt. Alio modo de alio rege nouo, vtpote quia filius mortuo p̄re regnū ſuſceperat, ſi rex erat per hæreditatē, vel quia populus regē nouum ſibi elegerat ſi erat per electionē: Inter ſuſpenſionē enim p̄dicti regis & factū iſtud Ioſue plures ciuitates ceperat, vt patet in textu: & iō tp̄e intermedio potuerat fieri inſtitutio noui regis p̄dictis modis. Cætera patent vſq; ibi. b ❡Omne quod ſpira. quod intelligitur de ſpecie humana, bruta em̄ animalia ceſſerunt in p̄dam bellātiū. c ❡ A Cadesbarne vſ. Hæc eſt lōgitudo terræ ab oriente in occidentem. d ❡Vno impe. quantū ad primū bellum, quia multo tempore pugnauit Ioſue vt habetur .c. ſeq. Circa p̄dicta de ſtatione ſolis pōt quęri: Quæ fuit longior dies ſub Ioſue vel ſub Ezechia? Et dicunt aliqui, ꝙ illa fuit lōgior q̄ fuit ſub Ioſue eò quod dicit̃ in textu: Non fuit antè & poſtea tam lōga dies, vt dictū eſt. Sed occurrit difficultas, quia de die ſub Ezechia ſcribitur .iiij. Reg. xx. & Eſa. xxviij. ꝙ ſol retroceſſit decē lineis vel gradibus, quibus deſignantur decē horę ſecūdū cōmuniorē opinionē. Ad cuius ſolutionē dicūt aliqui, ꝙ ſol retroceſſit ſubitò: & ideo dies non fuit angmentata, niſi tm̄ decem horis, quib9 ſucceſſiuè redijt ad locū vnde retroceſſerat, & vlterius vſq; ad occaſum deſcendit ꝑ duas horas: quia decē horæ diei trāſierant qn̄ ſol retroceſſit: & ſcd'm hoc illa dies artificialis de qua eſt ſermo, fuit tm̄ .xxij. horarum: dies aūt ſub Ioſue fuit .xxiiij. horarū. quia ſol ſtetit immobilis ſpatio vnius diei artificialis, & poſtea curſu ſuo naturali iuit ad occaſū: & ſic illa dies fuit duplicata. Sed quia Ezechias q̄ſiuit ſignū notabile ab omnibus, vt videtur .iiij. Regū. xx. ca. & Eſaię. xxxviij. Et magis fuit notabile ſignum ſolis retrocedēdo ſucceſſiuè & magis notū pluribus q̄ ſi retroceſſiſſet ſubitò. Ideo dicunt aliqui, ꝙ

B duę lineę in horologio Achā faciebant tantū vnā horā, & ideo ſol retrocedendo .x. lineæ ſucceſſiuè, & redeūdo ad locū vnde retroceſſerat fecit tm̄ decem horas, & ſic idem habet̃ qđ prius ſcilicet ꝙ dies ſub Ioſue fuit longior duabus horis. Alij verò initentes dictis Dionyſij dicunt, ꝙ dies ſub Ezechia fuit longior. Dicit em̄ Dionyſius in epiſtola ad Pollicarpum ꝙ dies ſub Ezechia fuit ferè triplicata, quoniam defecerunt tantùm horæ quatuor, quia ſecundum ipſum ſol proceſſerat de oriente in occidentem per decem horas: & retroceſſit ſucceſſiuè per decem horas: & per decem alias redijt ad locum vnde retroceſſerat, & vltrà proceſſit ad occidentem per duas horas: & ſic dies artificialis fuit augmentata viginti horis: & ſic fuit .xxxij. horarum. Illa autem quæ fuit ſub Ioſue, viginti quatuor tantùm, quia illa dies non fuit niſi duplicata. Ad illud autem quod dicitur in hoc loco. Non fuit antè & pòſt tam longa dies &c. Dicunt ꝙ hoc refertur ad tempus in quo Ioſue ſcripſit librum iſtum, quia poſt victoriam prædictam vixit longo tempore & librum iſtum ſcripſit circa finem vitæ ſuæ: & vſq; ad tempus illud non fuit tam longa dies ante victoriam dictam neque pòſt. per hoc tamen non excluditur quin dies ſub Ezechia quæ fuit, poſtea fuerit longior: Sed quia bonum eſt ſuſtinere dicta ſacræ ſcripturæ quantùm eſt poſſibile, quæ abſolutè dicit hîc ꝙ non fuit tam longa dies antè neque pòſt. Ideo non obſtantibus prædictis poteſt dici, ꝙ dies ſub Ioſue fuit longior, quia vt dictū eſt ſuprà .iiij. ca. Filij Iſrael tranſierunt Iordanem decima die menſis primi, qui apud Hebræos incipit â prima lunatione ꝓpinquiori equinoctio vernali: & quartadecima die eiuſdem menſis celebrauerunt paſcha, & poſtea ſeptem diebus obſederunt Iericho, & poſtea miſerunt exploratores ad ciuitatem Hai, poſtea bellatores contra eum, qui deuicti fuerunt propter peccatū Achan, quo deprehenſo & punito poſtea ceperunt Hai

Queſtio de ſolis ſtatiōe tēpore Ioſue & Ezechię

C ceperunt Hai & Bethauē, quibus pactis venerūt Gabaonitæ & cōfœderati fuerunt filijs Iſrael: ꝓpter quā cōfœderationē qnq; reges obſederunt eos, & Ioſue ab eis rogatus venit ad liberādum eos pugnando cōtra reges prędictos, in qua pugna fuit ſtatio ſolis vt patet ex prędictis. In tot autem & tantis agēdis bene & probabiliter pōt dici ꝙ fluxit tp̄s ab equinoctio vernali vſq; ad medietatem Iunij vel circiter. tunc vero dies artificialis habet .xviij. horas, & tunc fuit duplicata vt dictū eſt, & per conſequens fuit .xxxvj. horarū: dies aūt ſub Ezechia fuit .xxxij. horarum ad plus, vt patet ex ſupradictis: & ſic videt̃ ꝙ ſub Ioſue fuerit maior dies. Ad cuius intellectū eſt ſciendū, ꝙ quæſtio eſt de quantitate diei artificialis, & de eius augmento, quia dies augmentati ſub Ioſue & Ezechia fuerūt artificiales. Quātitas verò diei artificialis variat̃, ſecūdum diuerſitatem climatum & ſecūdū oppropinquationem maiorē & ad ſolſtitium ęſtiuale & hyemale. & ideo licet in omni climate & quolibet tempore anni quælibet dies artificialis habeat .xij. horas artificiales tamē horas naturales habet aliquando plures aliqn̄ pauciores. In tertio v'ò climate dies breuiſſima, ſcilicet qn̄ ſol eſt in ſolſtitio hyemali habet .x. horas. Longiſſima verò ſcilicet qn̄ ſol eſt in ſolſtitio ęſtiuali habet .xiiij. horas: quæſtio aūt noſtra debet applicari ad tertiū clima, quia in eo eſt Ieruſalem vbi erat Ezechias, qn̄ dies fuit ſibi ꝓlōgata: & ſimiliter Ioſue erat ſatis ꝓpe Ieruſalē qn̄ prolongauit deus diē ad eius petitionē. Si aūt dicat̃, ꝙ dies ꝓlongata ſub Ioſue fuit in ſolſtitio ęſtiuali, qđ ſatis ꝓbabiliter pōt dici, eò ꝙ eodē anno Ioſue aliqua alia bella ꝑegerat, ſequit̃ ꝙ illa duplicata habuit .xxviij. horas. Et ſi ꝓpter oppoſitionē dicat̃ ꝙ dies prolongata ſub Ezechia fuerit in ſolſtitio hyemali, quod ſatis ꝓbabiliter pōt dici: vt videbit̃ poſtea, ſic dies ille habuit tm̄ .xxvj. horas naturales & duas partes vnius horę naturalis, quia q̃tuor horę artificiales, q̃ deficiunt â perfecta triplicatione illius diei, vt patet ex p̄dictis, non valerent niſi tres horas & tertiam partem vnius horę, & ſic habetur ꝙ dies ſub Ioſue fuerit longior in vna hora naturali, & & tertia ꝑte vnius horę naturalis. Probatio aſſumpti, ſcilicet ꝙ ꝓbabiliter pōt dici diē ſub Ezechia ꝓlongatam fuiſſe in ſolſtitio hyemali, & hoc rōne climatis: quia in tertio climate ſol eleuat̃ in meridie minoris diei ꝑ .xxxvj. gradus ferè: & ideo tale tp̄s eſt ibi tūc q̃le eſt apud nos in ſeptimo climate circa finē Februarij ꝑ .xij. dies ante equinoctiū vernale qđ eſt tp̄s ſatis aptū ad ꝓcedendū ad bellū: cū non ſit nimis calidum, nec nimis frigidū. Dies aūt prolongata fuit Ezechiæ ante ꝑcuſſionem exercitus Sennacherib, vt oſtendit̃ .iiij. Reg. xx. percuſſio autē illa fuit qn̄ Sennacherib veniebat cū exercitu magno contra Ieruſalē, & ſic patet ꝓpoſitum, ſcilicet ꝙ probabiliter pōt dici illam diem in ſolſtitio hyemali fuiſſe. Ad dictū autem Dionyſij dicentis, ꝙ illa dies ſub Ezechia fuit .xxxij. horarū: Dicendum, ꝙ loquitur de horis artificialibus, & ille valerent tm̄ .xxvj. horas naturales, & duas partes vnius horę vt dictum eſt.

D

❡In capitulo .x. vbi dicit̃ in poſtilla: Non fuit antea & poſtea tā longa dies

ADDITIO. Iuxta ſententiā literalē ꝓpter intellectum tā illius hiſtorię q̃ Ezechię in .iiij. Regū. xx. & Eſa. xxxviij. poteſt ꝓbabiliter dici, ſalua tn̄ ſctōrū autoritate, ꝙ dies illa in q̃ illud miraculū in horologio Achā diuinitus Ezechię fuit factū, non longior nec breuior fuit ſolito, & ſic ceſſat tota altercatio poſtillatoris in hoc ca. circa iſtam materiā cōtēta: qualiter em̄ hoc intelligat̃ dn̄o dirigente videbit̃ infrâ .iiij. Reg. xx.

REPLICA. In capitulo .x. vbi poſtillator diſputat de ſtatione ſolis contra Ioſue. Burgen. allegat digreſſionē quā facturus eſt de hac ſtatione & retrogradatione tēpore Ezechię circa .iiij. reg. xx. Vbi mira contra ſanctorum autoritatem ſine ratione imaginatur, & ibi vide correctorium ſatis rationabile.

Cap. XI.

a Væ cùm audiſ[a]

a ❡Senſus vel prudentia. ❡Princeps mundi. ❡Aulæ.

ſet Iâbin rex Aſor, miſit ad Iobab regẽ Madon: & ad regem Simrõ, atq; ad regẽ Achſaph, ad reges quoq; aquilonis, qui habitabãt in mon

❡Hic eſt omnis ſenſus qui extollit ſe contra ſcientiam dei. ❡Latam viam ſequẽtes.

tanis, & in planicie contra meri-

a ❡Qui humana & terrena ſapiunt.

diem Ceneroth, in campẽſtribus

a ❡Qui ſunt in fluxu huius ſeculi.

quoq; & in regionibus Dôr iu-

❡Velut commotum. ſ. qui iouncta commouet.

xta mare: Chananæumq; ab o-

❡Amareſcentem quo

riente & occidẽte, & Amorrhæ-

ſcilicet autore amaritudines immittuntur.

um, atq; Hethæum ac Pherezæum, & Iebuzæum in montanis, Heuæum quoq; qui habitabat ad radices Hermon in terra Maſpha. Egreſſiq; ſunt omnes cũ tur- b
mis ſuis, populus multus nimis, ſicut arena quæ eſt in littore maris, equi quoque & currus immenſæ multitudinis. Conuene- c
rúntque omnes reges iſti in unum ad aquas Merõ, ut pugnarent cõtra Iſraël, Dixitq; dñs ad[d]

CAP. XI.

E Ve cum audiſſet. Adam. Has ſcripturas ante aduen-
tum Chriſti cũ legeret Iſrael ſecũdũ carnẽ nõ in eis intelli
gẽs niſi bella & ſanguis effuſionẽ, ad ferocitatẽ acueba-
tur, & bellis ac ſeditionib⁹ paſcebat. Sed poſtq; pſentia Ieſu
Chriſti, ſciẽtię lumen infudit, cũ ipſe ſit pax
nr̃a, pacẽ docet & deiectionẽ bellorũ. Pax
enim redditur aiæ ſi ab ea hoſtes, pctã. ſ. & vi
tia ppellant: iõ ſecũdũ traditionẽ Ieſu Chri
ſti legẽtes iſta armamur & concitamur ad p
liũ: ſed contra hoſtes q de corde nr̃o proce
Mar. 7. dũt cogitationes . ſ. malas, furta, falſa teſti-
monia & hmõi, vt nullũ relinquamus q ſal
uus fiat, vel q reſpiret. his em̃ victis vincem⁹
etiam aëreas ptãtes & regno ſuo (quod in-
tra nos eſt) ſuprà vitiorũ ſedes locauerant
depellemus. Supi⁹ rex Ieruſalẽ cõgregauit ſe
cũ quatuor reges cõtra Ieſũ alias Ioſue, & cõtra
filios Iſrael. Nũc aũt nõ vn⁹ cõgregat quatuor
aut quinq;: ſed multitudinẽ nimiã. vñ: Vt aũt
audiuit Iabin rex Aſor, miſit ad Ioab regẽ
Amorrhęorũ &c. Vides quanta aduerſus Ie
ſum & dei populũ cõtrariarũ virtutũ cõci-
tantur examina: hi enim dæmones an̄ aduẽ
tũ Chriſti quieti & ſecuri aĩas poſſidentes re
gnabant. Sed vbi gr̃a & miſericordia ſalua
toris apparuit, & piè & ſãctè viuere docuit
F vt libertatẽ ſuã & imaginẽ dei aĩa quoq; ſuſci-
piat. Hac de cauſa antiq poſſeſſores ad pu-
gnam puocant, & ſi opprimãt primi, mul
tò plures conſurgunt & in malũ cõſpirant:
& ſi ſecundi victi fuerint, alij nequiores exur
gent, & fortè quantò magis auget popul⁹
dei & multiplicat: tantò illi plures ad oppu
gnandũ cõſpirãt. Ptim⁹ oĩm & autor belli,
q cæteros ad cõiurationẽ inuitat, ipſe eſt Ia
bin rex Aſor. Iabin aũt interptat ſenſus vel
Eſaię. 36. & prudentia. De hoc ſenſu Eſaias: Et inducam
& 30. ſuper te ſenſum magnũ principẽ Aſſyriorũ
q dixit, Mea virtute faciam, & ſapientia ſen-
Gene. 3. a. ſus mei auferã fines gẽtium &c. Serpẽs quo
Lucę. 16. b. que in paradiſo fuiſſe ſcribit prudẽtior o-
mniũ beſtiarũ. Et vilic⁹ iniquitatis prudẽtior
feciſſe dr̃. Aſor vero iterptat aula. Eſt ergo oĩs
Matth. 12. terra aula hui⁹ regis, qui eſt Zabol⁹. Vñ in
euãgelio ſcriptũ eſt: Quia eſt fortis ĩ aula ſua
ſecurus dormiens, vſquequo veniat fortior
qui ipſum alliget & auferat quæ poſſidet.
Iſte mittit ad Iobab regẽ Madon, & conueniũt in Merõ. Mittit Za-
bolus ad aliam virtutẽ inimicam quę amaritudinum rex eſt, quo
autore ſcilicet omnes amaritudines miſeris mortalibus infligunt,
diuerſa ſcilicet genera peccati. Nihil enim amarius peccato, & ſi quę
Prou. 5. a. dam dulcia videantur in primis. Vñ: Salomon, in nouiſſimis felle a
marius inuenies &c. Iuſtitia verò in primis amara videtur in fine mel
le dulcior, cũ virtutis fructũ attulerit. Miſit ergo Zabolus ad Iobat
inimicũ amaritudinis regẽ. ❡Miſit etiã ad regẽ Simron שמרון
q aliàs dr̃ rex Simeon, & interptat exauditio: exauditio verò duplex
eſt, vel cũ exaudit de⁹ hominẽ: vñ & Simeõ patriarcha nomẽ acce-
pit: quia de⁹ pcẽ mr̃is ei⁹ exaudiuit, vel quũ pceptũ Zaboli hõ exau
Matt. 4. b. dit dicẽtis: Si pcidens adoraueris me, tibi dabo hæc oĩa. Sed q Ieſũ
Ibidem. ſequitur dicit ei, Dñm deum adorabo, & illi ſoli ſeruiam. Audiunt il
lum q ſunt ex parte ei⁹: Sicut iſte Simeon q illũ audiẽs venit ad pu
gnam cõtra Ieſum. Mittit & ad regẽ Ziph, q interptat quõ fluit ad
miratiuè . ſ. Mirãdũ em̃ eſt quõ fluãt oĩa q ſunt huius mũdi, q apud
infideles manẽtia putant. Qui aũt cõſiderat rerum rationem & oĩm
mundanorũ tranſitũ dicit: Quomõ fluit? ❡Vocat autem cõtra fi-
lios Iſrael zabolus etiam eos qui contra Sidonem magnam ſunt.
Ego quidem in locis Sidonis aliquoties moratus, non comperi
duas eſſe Sidones vnam paruã & aliã magnã, quantũ ad terrenũ p-
tinet locũ. Sed Sidon Hebraicè צידון Sidon iterptat venatrix
vel venatores. Et dęmonũ quorũ multę differẽtiæ ſunt, quidã ſunt ve
natores in magnis peccatis, alij in puis. Cũ in delitijs carnis aĩa deci
pitur, in pua capta dr̃. Cũ vero dei puidentiã negat, aut dęmones quaſi
ſi deũ colit, in magno decepta eſt. ❡Mittit etiam ad mõtana: hic eſt
omnis ſenſus, qui extollit ſe & erigit cõtra ſcientiam dei. Mittit etiã
ad Araban, id eſt inſidias. Innuit em̃ virtutes inſidiatrices, quæ
humanas animas, non vi nec apertè, ſed improuiſis inſidijs deci-
Pſalm̃. 9. f. piunt: Vnde: Inſidiatur in abſcondito quaſi leo in ſpelunca ſua,
inſidiatur
inſidiatur vt rapiat pauperẽ &c. De qualibet Paulus dicit: Non G
ignoram⁹ aſtutias ei⁹. Mittit etiã in Ceneroth, quod interpretat qua 2. Cor. 2. c.
ſi lucernæ, nõ lucernæ. Aliud enim eſt lucerna, aliud quaſi lucerna.
Iohannes erat lucerna ardẽs, quia erat angel⁹ lucis. Quaſi lucerna eſt Iohan. 5. f.
ille qui transfigurat ſe in angelũ lucis. Sunt etiam qui in eccleſia fidẽ 2. Cor. 11. c.
catholicam docẽt, & plebẽ dei verbo veri-
tatis illuminãt lucernę ardentes. Qui verò
ad hæretica dogmata ſcripturæ ſanctæ te-
ſtimonijs & aſſertionibus falſis vtuntur, vi
dentur accẽdere lucernas, quia ſcripturas le
gunt. Sed quia falſis aſſertionibus vtuntur,
non ſunt lucernæ, ſed quaſi lucernæ. Miſit
etiam ad campos, eos . ſ. qui in cãpis ſunt, &
humilia & terrena ſapiunt. Miſit etiã in na-
uem dor דור . dor verò quod interptatur
cõuerſio. Cõuerſio aũt duplex intelligitur,
quando . ſ. quis ad deũ cõuertit, vel à deo ad bona, vel
q rex Iabin . i. Zabolus ad ſe conuertit aĩas.
Mittit etiã ad eos q erant in maritimis lo-
cis ad vicinos fluctuũ Chananæos: q interp
tant velut cõmoti . i. q cõmotionib⁹ & flucti
b⁹ pmanẽt cuncta. Et ad maritimos Amor
rhæos . i. amareſcẽtes, q ſcilicet amaritudi
nes infligunt. Talis eſt catalogus militiæ ho
ſtiũ inuiſibilũ, qui cõgregantur per regem
Iabin, vt expugnent nos qui ſequi-
mur Ieſum ſaluatorem noſtrum ſed do-
minus ait: Ne verearis à facie eorum &c.

## *NIC. DE LY.*

Cap. XI.

H Væ cum au. &c. hic deſcribitur debellatio xxiiij. regum. Et primò ponit dicta debellatio. ſecũdò quãdam epilogatio. xij. ca. Circa primũ primò deſcribitur belli apparatus, ſecũdò conflictus, ibi: Venitq; Ioſue. tertiò victorię obtentus ibi: Cepit itaq; Ioſue. Circa primũ pmittit apparatus regũ cõtra Ioſue, cũ dr̃: ❡Quæ cũ audiſſet. quia tenebat principatũ ſup iſta alia regna vt dicit infrà eo. c. b ❡Egreſſiq; ſunt omnes. hyperbolica locutio eſt ad deſignandũ multitudinem magnam exercitus. c ❡Conueneruntq; &c. ad aquas. lacus quidã eſt p quem tranſit Iordanis fluuius ſitus inter mare Ceneroth & ortũ Iordanis. Cõſequẽter deſcribit apparatus belli ex pte Ioſue, cũ dr̃: d ❡Dixit. Apparat⁹ em̃ belli ex pte Ioſue magis erat ĩ cõfidẽtia dei q in cõfidẽtia armorũ. vñ ſubditur:

Tradam

Moral. a ❡Quę. Debellatis quinq; ſenſibus corporalib⁹, ex qb⁹ cõ Moraliter
CEcidit &c. Sequit̃: a ¶ Hitauitqꝫ Chananęꝰ. Et habitabat Chananęus in Ephrē vſqꝫ in diē iſtū, donec aſcēdit Pharao rex AEgypti & cepit ciuitatē & ſuccēdit eā igni, & Chananęos & Pherezęos q habitabāt in Gazer trucidauit, & dedit eā filię ſuę in dotem. Quod de Pharaone dictū eſt, miror ſi ꝓphetia ſit, cū hęc hiſtoria illis tpibꝰ ſcripta credat̃, qbꝰ erāt illa geſta recētia. qd aūt magnū eligi potuit qđ ꝓphetice diceret̃, cū ꝑterita narrent̃ & taceant̃ futura maiora & magis neceſſaria. Magis ergo putādū eſt LXX. interp̄tes q autoritate ꝓphetica ex ipā mirabili cōſenſiōe interp̄tādi phibent̃ hęc addidiſſe, nō tāqꝫ futura p̄nūtiātes, ſed qa illo tp̄e erāt q̄ hęc facta meminerant, & in libris regnorū legerāt. regū em̄ tpibus factū eſt. Qđ iō nobis credibiliꝰ viſum eſt, qa ex hac iterp̄tatiōe q̄ eſt ex Hebręo, nō iuenimꝰ, ſicut nec illud de Iericho, ꝙ q eā ſuſcitaret icurreret maledictū qđ dixerat Ieſꝰ. Sic em̄ ſcriptū eſt: Et adiurauit Ieſus in die illa: Maledictꝰ hō q reſuſcitabit & ędificabit ciuitatē illā, in primogenito ſuo fundabit eā, & i nouiſſimo ſuo imponet portas eius. Qđ aūt ſequit̃, nō in nr̃a litera eſt. Et ita fecit Oza q ex Bethel, i Abirō primogenito fundauit eā, & † iure ſaluato nouiſſimo īpoſuit portas eiꝰ, hoc ibi nō legit̃. Vn̄ apparet à LXX. interpoſitū q factū eſſe nouerāt. b ¶ Vſqꝫ, i. ſeculi ęternitatē, more ſcripturę. Sed hoc ad lr̃am ſtare nō pōt, quō em̄ Iebuſęꝰ habitat cum filijs Iuda in Ieruſalē, qꝫdiu durat hoc ſeculū, cū nec filij Iuda habitēt ibi in ſeculū? ¶ Grego. Chananęus Gētilis populus, ſ. vitiū ſignificat. Sępe in magnis virtutibꝰ terrā ꝓmiſſiōis igredimur, qa ſpe intima de ęternitate roboramus, ſed dū iter alta & ſublimia q̄dā ꝑua vitia retinemꝰ, q̄ſi Chananęū viuere in terra nr̃a cōcedimus. Qui tn̄ tributariꝰ efficit̃, qa hoc ipm̄ vitium ꝙ ſubigere nō poſſumꝰ ad vſū vtilitatis nr̃ę hūiliter retorq̄mꝰ, vt de ſe mēs in ſummis vilia ſentiat, q̄ ſuis viribꝰ cōtra ꝑua q̄ appetit nō expugnat. Vn̄ bn̄ rurſus ſcriptū eſt: Hę ſunt gētes quas dn̄s dereliquit, vt erudiret in eis Ieruſalē. Ad hoc enim quędā vitia minima retinent̃, vt ſe nr̃a intentio ſollicitā ſemꝑ in certamine exerceat, ne de victoria ſuꝑbiat; cùm in ſe hoſtes viuere ſentiat, à qbus adhuc vinci formidat. Iſraël ergo reſeruatis gentibꝰ erudit̃, cū in qbuſdā minimis vitijs elatio virtutis nr̃ę cōprimit̃, & in paruis ſibi reſiſtētibꝰ diſcit, ꝙ ex ſe maiora nō ſubigit. ¶ Adamā. Ephrē interpretat̃ fructificatio. Qui enim fructificat & creſcit in fide, nō pōt exterminare Chananęū ſemen peſſimū, maledictū, mobile, incertū, hęc em̄ interp̄tat̃ Chananęus. Et certū eſt, qa cū eo q fructificat & creſcit ſemꝑ habitat Chananęꝰ, nunqꝫ em̄ tentationū motꝰ ceſſant ab eo. Sed tu ſi verè fructificas in deo, & vides aliquē talē inquietū, turbidū, & mobilē: ſcito quia Chananęꝰ eſt. & ſi nō potes eū eijcere de eccl̃ia, ſcito qa nō potuerūt filij Ephrē † expellere Chananęos. ¶ Idē etiā in his qui fructificant ſentiendum eſt, qua filij Ephrem nominantur Chananęos enim vagas, ſ. & lubricas cogitatiōes ſemper debent eijcere de animabus ſuis. potens eſt autem deus Iebuſęos, & Chananęos ſubijcere nobis, ſicut ſcriptū eſt: Subiecit Chananęos filijs Ephrem. ¶ Nec potuerunt

* aſcēdit ad mare vſqꝫ ad
3.Reg.16.g.
† in ſe
Moraliter.
F
† ipſum ab oriente
Num.26.d
† diſꝑdere

## Cap. XVI.

CEcidit quoque[a] ſors filiorum Ioſeph ab Iordane cōtra Iericho, & ad aquas eiꝰ ab oriente, ſolitudo quę aſcendit de Iericho ad montem Bethel, & egreditur de Bethel[b] Luxam tranſitqꝫ terminum Archiatharoth, & deſcendit ad occidentem iuxta terminum Iephleti, uſqꝫ ad terminos Bethorō inferioris, & * Gazer, finiunturqꝫ regiones eius mari magno, poſſederuntqꝫ filij Ioſeph Manaſſes & Ephraim. Et factus eſt terminus filiorum Ephraim per cognationes ſuas & poſſeſſio eorū cōtra orientē Ataroth Addar uſqꝫ Bethorō ſuꝑiorē, egrediūturqꝫ cōfinia ī mare. Machmethath uerò aquilonē reſpicit, & circuit terminos cōtra orientē in Tanathſelo & ꝑtrāſit † à torrēte Ianoe, deſcēditqꝫ de Ianoe in Ataroth & Noaratha, & ꝑuenit ī Iericho, egrediturqꝫ ad Iordanē de Taphua, ꝑtrāſitqꝫ[c] cōtra mare in † uallē arundineti, ſuntqꝫ egreſſus eius in mare ſalſiſſimū.[d] Hęc eſt poſſeſſio tribus filiorū Ephraim ꝑ familias ſuas, urbeſqꝫ ſeparatæ ſunt filijs Ephraim[e] in medio poſſeſſionis filiorū Manaſſe & uillæ earū. Et

a ¶ Qui in deo creſcunt, & fructificant.
b ¶ Tentationum motum.

nō interfecerūt filij Ephraim Chananæum,[f] qui habitat in Gazer,

a ¶ In conſtructione,

a ¶ Sæpe vitia minima reſeruātur vt virtutes maxime in humilitate habeantur, & vitia maxime ꝑmātur.

habitauitqꝫ Chananæꝰ in medio Ephraim uſqꝫ in diem hāc tributarius.

## Cap. XVII.

CEcidit autē ſors[g] tribui Manaſſe (ipſe enim eſt primogenitus Ioſeph)[h] Machir primogenito Manaſſe,[i] patri Galaad, q fuit uir pugnator, habuitqꝫ poſſeſſionē Galaad & Baſan; & reliquis filiorum Manaſſe iuxta familias ſuas, filijs Abiezer, & filijs Helec,

## NIC. DE LY.

Cap. XVI.

CEciditqꝫ ſors filiorū &c. Hîc cōſequenter deſcribit̃ aſſignatio terrę filijs Ioſeph. Et primò deſcribitur

mô deſcribit̃ dicta aſſignatio. Scđò aſſignatiōis dilatatio verſus finē xvij. ca. ibi: Locutiqꝫ ſunt filij Ioſeph. Prima in duas, quia primò aſſignat̃ ſors tribui Ephraim. Scđò dimidię tribui Manaſſe, in princi. xvij. ca. Prima adhuc in duas, quia primò ponit̃ ſortis Ephraim deſcriptio. Secundò p̄cepti dn̄i trāſgreſſio, ibi: Et nō interfecerūt. Circa primū ſciēdū qđ deſcriptio iſtarū ſortiū ꝑ determinata loca & ciuitates nō eſt bn̄ itelligibilis illis q nō viderūt terrā promiſſiōis, vel ſaltē eius deſcriptionē depictā, verūtamen tales deſcriptiōes in pluribꝰ deficiunt apud Hebręos & Latinos, & ideo in deſcriptiōe iſtarū ſortiū intēdo breuiꝰ ꝑtrāſire exponendo aliqua vocabula. Legat̃ ergo litera vt iacet vſqꝫ ibi: b ¶ Et egreditur. Eadē eſt ciuitas Luza & Bethel, vt dicit̃. ī. xviij. ca, quō ergo ſit egreſſus de vna in aliā? Dicēdū ꝙ primò fuerūt duæ, poſtea verò ſimul cōiūctę, qa ꝓpinquę & paruę erāt, ita ꝙ in particulari retinebāt ſibi noīa ꝓpria, & ſic erat egreſſus de vna in aliā ſcđm partes. Sicut tota Pariſius dicit̃ ciuitas Pariſienſis, & tamen ſpeciali noīe illud qđ eſt intra duos pōtes dicit̃ ciuitas reſpectu aliarū partiū, qa antiqtus extrà pōtes nihil erat, & ideo illi q adhuc ſunt extra, quādo vadūt intra pōtes dicūt, eamus in ciuitatē. Et eodē mō illi qui exeunt locū cōtētū intra pōtes dicunt̃ egredi ciuitatē. c ¶ Pertranſitqꝫ. Sic aūt nominat̃ vallis illa, qa ibi creſcūt arundines in copia. d ¶ Suntque. i. verſus locū illū, vbi Iordanis cadit in mare mortuū, qđ etiā vocatur ſalſiſſimū, vt dictū eſt ſuprà. Sors tamē Ephraim non attingit vſqꝫ ad locum illum, imò ſunt aliquæ ſortes intermediæ, vt videbit̃ infrà. e ¶ Vrbeſque ſeparatæ ſunt. Hoc nō eſt itelligēdū ꝙ aliquę ciuitates Ephraim eſſent extra ſortem ſuā quæ eſſent ſitę in ſorte Manaſſe. ſed ſicut ſupradictū eſt ca. xv. linea diuidēs inter duas ſortes nō ſemꝑ ꝓcedebat ſcđm rectitudinē, ſed aliqñ flectebat̃ ad vnā partē, vel aliā ꝓpter cauſas p̄dictas, caplo. xv. Et iō aliqñ cōtingebat, ꝙ vna ſors ſcđm aliquē ſui angulū ſubintrabat ſortē ſibi cōiunctā, ita ꝙ in illo angulo erant aliquę ciuitates illius ſortis, & ciuitates alterius ſortis erāt hinc & inde, & angulus dictus erat intermedius, ſicut accidit frequēter in ripa maris, ꝙ mare ꝑ modū cuiuſdā ſinus ſubintrat terrā, ita ꝙ aliq̄ villulæ ſunt intrà hinc & inde, & mare ſubintrās terrā eſt in medio, & hoc mō aliquæ ciuitates Ephraim erant in medio Manaſſe. f ¶ Et non inter. Hîc conſequēter ponitur trāſgreſſio pręcepti, quia dominus pręceperat illū populum interfici à filijs Iſraël ꝓpter peccata ſua, vt habet̃ Numeri. xxxiij. & in pluribus alijs locis, propter quod filij Ephraim peccauerūt dimittēdo aliquos de illo populo habitare ī ſorte ſua ſub tributo cupiditate ducti: ad quā Iudęi erant proni. Moraliter. a ¶ Ceciditqꝫ ſors. In hoc capitulo nō occurrit mihi aliqua myſticatio notabilis: propter quod pertranſeo.

G
Diuiſio
H
† torrētem
Moraliter

## NIC. DE LY.

Cap. XVII.

CEcidit autem. Hîc conſequēter deſcribit̃ ſors dimidię tribut̃ Manaſſe. Et primò repetit̃ ſors iſ aſſignata priꝰ vni medietati. Secūdò deſcribit̃ ſors q̄ aſſignabat̃ alteri, ibi: Salphaad vò. Circa primū dicit̃: Cecidit au. h ¶ Ipſe enim. ſ. ſecūdum ętatem, ſed Ephraim fuit primogenitꝰ ſcđm dignitatē, qa Iacob benedicēs eis prępoſuit Ephraim iuniorē ipſi Manaſſe, vt habet̃ Gene. xviij. i ¶ Machir primoge. Ideo elegit ſibi partem in terra primò acquiſita ꝑ Moyſen. ¶ Salphaad

Cap. XVII.

A a ℂ Nec po. Adam. Chananæi tertiò di
cunť eſſe in filijs Ephrē,ſed obſeruād⁹ eſt or
do dictorũ in ſingulis . Primò ergo dictũ
eſt,q̃a nõ perdiderũt filij Ephrē Chananæũ
q̃ habitabat in Gazer,ſed habitauit Chana
næus in Ephrē vſq; in hodiernũ diē,& fact⁹
eſt ſub tributo ſeru⁹ vſquequo aſcēdit Pha
rao rex AEgypti,& accepit ciuitatē & incē
dit eã igni & Chananæos & Pherezæos & q̃
3.Reg.9.c. habitabãt in Gazer trucidauit,& dedit eam
Pharao in dotē filiæ ſuæ.Scd'ò.Et factũ eſt
inq̃t, qñ inualuerũt filij Iſrael ſubuertentes
Chananæos,& fecerunt Chananæos ſubie-
ctos,exterminatiõe aũt nõ exterminauerũt
eos.Tertiò qñ contradixerunt viri de tri-
bu Ephrem Ieſu,volentes ſcd'm numeroſi-
tatē ſuã,q̃a plures erãt,& validiores,maio-
rē accipere ſortē.Et iubenť aſcendere ad ſal
tũ,& facere ſibi ampliorem locũ,& vt poſ-
ſint ampliora ſpatia occupare,iubenť exter
minare Chananæũ.Videam⁹ ergo quid ſi-
bi velit hæc tripertita narratio .Primò Cha
nanæ⁹ nobiſcũ eſt,& ſub tributo,nõ tñ obe
diẽs,neq; ſeruus efficitur & obediẽs.Chana
næũ hîc carnē accipim⁹,vł ea q̃ carnis ſunt.
†vel hæredi tates Hæc primò nobiſcũ eſt.i.animæ iuncta,ſed
obediẽs nõ eſt,niſi tñ q̃ tributa ſoluit.i.mi
niſteriũ agendi aliq̃d vel mouẽdi.Cõcupi-
ſcit tñ aduerſus ſpiritũ,& nõ eſt obediẽs ani
mæ.Si verò aliquantum profecerimus,effi
ciť ſeruus & obediens animæ voluntati.Et
hic eſt animæ pfect⁹ ſcd's,cũ carnē ſibi obe
dire fecerit & ſeruire.Tertium verò eſt qđ
pfectũ eſt.Si eñ veniamus ad pfectũ,etiã ex
terminandus nobis diciť Chananæus,vnde:
Colo.3.a. Gal.5.d. Mortificate mẽbra veſtra q̃ ſunt ſup terrã:
Fornicationē,immũditiã &c.Et alibi:Qui
aũt ſunt Chriſti,carnē ſuã crucifixerunt cũ
B vitijs & cõcupiſcẽtijs &c.Sic ergo tertiò .i.
cũ ad pfectionē venerimus & membra nr̃a
mortificauerim⁹,mortē Chriſti in corpore
noſtro circũferẽtes,exterminari à nobis di-
ciť Chananæ⁹.ℂ Orig.Illud quoq; p̃tereun
dũ nõ eſt,qđ diciť Pharao veniſſe & cepiſ-
ſe Gazer,in qua Chananæ⁹ habitabat cum
Ephrem,& dediſſe eã in dotē filiæ ſuæ.Ga-
†ad torren tē arũdinis zer eñ interpretatur conſtrictio.Si corpus
& anima in vna conſtrictione habitent cõ
iũcta ſibi & ſocia,vt & anima carnaliter vi
uat,nec ſibi carnē obedire faciat ,verẽdum
eſt ne veniat Pharao ex AEgypto & capti
uet animam,& in dotem filiæ ſuæ tradat eã
exurgit enim alia lex in membris noſtris,&
captiuat nos in lege peccati,cui Pharao.i.
rex peccati animam quæ carnaliter viuit,
in dotem tranſcribit. ℂ Poſt hæc videndũ
eſt,q̃ filij Ioſeph maiorem ſortem requirũt
dicentes:Quare dediſti nobis ſortem,& præ
daturam vnam?Ego autem populus mul-
tus ſum,& dominus benedixit me.Si ergo
nos populus multus ſumus,& benedictus
audiamus à dño Ieſu :Populus multus es,
aſcende in ſaltum & manda tibi ipſi,& para
locum in terra & expugna Pherezæos &
Raphaim.Eijciamus ergo Pherezæos qui in
terpretantur fructificatio. Fructificatio au
Matth.7.c. tē alia bona,alia mala,quia arbor bona fru
ct⁹ bonos facit vel adfert,& mala malos.Ex
pellamus ergo q̃cquid non bene fructificat
fructum peccati,& purgemus fructum iu-
ſtitiæ. ℂ Raphaim,inquit,expelle,vel po-
tius expurga de te.Raphaim interpretatur
reſolutæ matres.Eſt in anima nr̃a virtus q̃dã
q̃ parit ſenſus velut mater,q̃ procedit ex no
bis.Vnde

*Nicolaus.de Lyra.*

ℂ Salphaad vero.Hîc deſcribitur
ſors

& filijs Hezriel,& filijs Sichem
& filijs Hepher,& filijs Semida.
Iſti ſunt filij Manaſſe filij Ioſeph,
mares per cognationes ſuas.Sal- a
phaad uerò filio Hepher filij Ga
laad, filij Machir , filij Manaſſe
non erant filij,ſed ſolæ filiæ:qua
rum iſta ſunt nomina,Maala,&
Noa & Hegla & Melcha &
Therſa . Veneruntq; in conſpe-
ctu Eleazari ſacerdotis & Ioſue
filij Nun & principum dicentes:
Dominus præcepit per manum
Moyſi,ut daretur nobis poſſeſ-
ſio in medio fratrum noſtro-
rum . Deditq; iuxta imperium b
domini poſſeſſionem in me-
dio fratrum patris earum , & ce- c
ciderunt †funiculi Manaſſe de- d
cem, abſq; terra Galaad & Ba-
ſan trans Iordanem. Filiæ enim e
Manaſſe poſſederunt hæredita
tem in medio filiorũ eius. Ter-
ra autem Galaad cecidit in ſor-
tem filiorum Manaſſe qui reli-
qui erãt. Fuitq; terminus Manaſ
ſe ab Aſer Machmathath , quæ
reſpicit Sichem , & egreditur ad
dexteram iuxta habitatores fon-
tis Taphuæ. Etenim in ſortem f
Manaſſe ceciderat terra Taphuæ
quæ eſt iuxta terminos Manaſſe
filiorum Ephraim. Deſcenditq;
terminus †uallis arundineti in
meridiem torrentis ciuitatum
Ephraim,quæ in medio ſunt ur- g
bium Manaſſe. Terminus Ma-
naſſe ab aquilone torrentis , &
exitus eius pergit ad mare,ita ut h
poſſeſſio Ephraim ſit ab auſtro,
& ab aq̃lone Manaſſe, & utrãq; i k
claudat mare,& cõiungãtur ſibi
in tribu Azer ab aquilone,& in
tribu Iſſachar ab oriente. Fuitq; l
hæreditas Manaſſe in Iſſachar
& in Aſer: Bethſan & uiculi ei⁹,&
Ieblaã cũ uiculis ſuis,& habitato
res Dor cũ oppidis ſuis,habita-
tores quoq; Endor cũ uiculis ſuis,
ſimiliterq; habitatores Tenac cũ
uiculis ſuis, & habitatores Ma-
geddo cũ uiculis ſuis , †& tertia
a pars urbis Nopheth. Nec potue
runt filij Manaſſe †has ciuitates
ſubuertere,ſed cœpit Chananæ-
us habitare in terra ſua. Poſtquã m
autẽ conualuerũt filij Iſraël,ſub-
iecerunt Chananæos , & fece-
rũt ſibi tributarios,nec interfece-

ſors dimidiæ trib⁹ Manaſſe. & priò quãtũ C
ad mulieres.ſecũdò quãtũ ad viros, ibi :Et
ceciderunt funiculi Manaſſe.Circa primũ
ſciendũ,q̃ terra fuit diuiſa ſecundum capi-
ta virorum,qui egreſſi ſunt de AEgypto,
inter quos fuit iſte Salphaad,qui non habe
bat filios:& ideo pars ſua fuit aſſignata filia
bus ſuis de mandato domini ,vt habetur
Nu.xxviij. Et hîc repetiť idē præceptum,
vt eis debita portio aſſignetur.Deditq; eis
iuxta imperium domini poſſeſſionem. Ex
quo patet,q̃ iſtæ filiæ Salphaad habuerunt
hæreditatē in tera promiſſionis,quia terrã
aliam quæ fuit acquiſita ante tranſitũ Ior-
danis dedit eis Moyſes in vita ſua,vt habe-
tur Num.xxij. c ℂ Et ceci.hîc deſcribiť aſ
ſignatio terræ tribui Manaſſe q̃tũ ad viros.
d ℂ Funiculi.ſ.in terra pmiſſionis .& ac
cipiť hîc menſurãs pro menſurato. Funicu
lus eñ eſt inſtrumentũ mẽſurandi terram.
Decẽ ergo funiculi terræ eſt terra menſurata
funiculo decies pіecto vel pĩeſo. e ℂ Fi-
liæ enim.i.filiæ Salphaad,qui fuit de tribu
Manaſſe. f ℂ Etenim in ſortē Manaſ-
ſe ceciderat terra Taphuæ quæ eſt iu
xta terminos Manaſſe filiorũ Ephra
im.hoc diciť q̃a ſuprà.xv. ca.dictũ eſt,q̃ ci
uitas Taphua fuit in ſorte Iudæ,& p conſe-
quẽs terra q̃ erat ĩtra ciuitatē illã verſus ſor
tē Iudæ,ſed alia pars terræ ppinquæ eidē ciui
tati ex parte oppoſita fuit de ſortè Manaſſe.
g ℂ Ciuitatum Ephraim , quæ in
medio ſunt vrbium . Manaſſe termi.
&c.hoc expoſitum eſt ca.præce. h ℂ Ita
vt poſſeſſio.i.in auſtrali parte torrentis .
i ℂ Et ab aquilone.i illud qđ eſt in aqui
lonari parte torrentis ptinet ad poſſeſſionē
Manaſſe,quia poſſeſſio Ephraim fuit pro- D
pinquior poſſeſſioni Iudæ,vt ſuprà dictũ
eſt,& ſors Iudæ fuit in parte auſtrali terræ
pmiſſiõis,vt patet ex ſupradictis. k ℂ Et
vtranq; . ſcilicet mediterraneũ,quia clau-
dit totam terram promiſſionis à parte oc-
cidentis,vt ſuprà dictũ eſt. l ℂ Fuitq; hæ
reditas Manaſſe i Iſſachar & in Aſer
Bethſan & viculi eius:& Ieblaan cũ.
quia coniũgebatur ſortibus eorũ.& ſcd'm
aliquos angulos ſubintrabat ſortes illas,ſi-
cut dictum eſt capitulo p̃cedenti de ſorti-
bus Ephraim & Manaſſe. m ℂ Poſtq; au
tem conualuerunt filij. in hoc pecca-
uerunt filij Manaſſe ſicut dictum eſt de fi-
lijs Ephraim in fine præcedentis capituli .
Locutiq;

Moraliter. a ℂ Salphaad.Iſte mor- Moraliter
tuus fuit in deſerto ſine filijs: ideo hæreditas
eius tranſijt ad eius filias de mandato do-
mini,vt habetur Nume.xxij.& hîc repeti-
tur cùm dicitur: b ℂ Deditque iuxta
imperium domini poſſeſſionem. Per
poſſeſſionem in terra promiſſionis ſignifica
tur adeptio beatitudinis in terra viuentiũ.
Per Ioſue verò figuratus fuit ipſe Chriſtus
vt ſæpius eſt dictũ.Per hoc ergo q̃ Ioſue fi-
liab⁹ Salphaad,q̃ mortu⁹ fuit ĩ peccato ſuo
vt habeť Nu.xxvij.dedit poſſeſſionē in ter
ra promiſſiõis ſignificať q̃ pueri malorum
parẽtũ nõ priuanť hæreditate cæleſti ppter †tres regiones
malitiã ipſorũ,niſi fuerint imitatores ſcele-
rũ pĩnorũ,licet aliq̃n priuenť hĩditate terre
na ſcd'm iudiciũ humanũ.Itē p hoc q̃ hære † expellere habitatores vrbiũ iſtarum
ditas filiab⁹ fuit data,ſignificať q̃ in adeptio
ne beatitudinis differẽtiam non facit diſtin
ctio ſexuum,ſed meritorũ. Coloſ.iij.b. Ex-
poliãtes vos veterē hoĩem cũ actibus ſuis,
& iduẽtes nouũ,q̃ renouat⁹ eſt ĩ agnitionē
dei ſcd'm imaginē eĩ q̃ creauit eũ,vbi nõ ē ma
ſculus

1.Tim.2.c. bis.vnde: Saluabitur autẽ mulier per filiorũ generationẽ ſi pmanſerit in fide. iſtæ ergo matres. i.iſta virtus animæ,illis in quib⁹ fortis eſt,fortes generat ſenſus,& qui ſuperari à cõtradicẽte non poſſunt. In alijs autem reſoluta eſt & remiſſa,quod indicant ſenſus quos profert languidos & ineptos. Has matres de nobis expurgemus, id eſt ſordes & immunditias, quę naturalibus aię motibus ex nr̃a negligentia adueniunt purgemus,vt naturalis vigor ingenitę virtutis effulgeat. a ¶ Non poterimus ad monta. Adam. Non ſufficit nobis mons, & equus electus & ferrum Chananęo eſt,q habitat in mõ.&c. Nuſq; inuenies ꝙ equũ

Iſraelitę nõ habent equos

habeat Iſraelita,ſed Chananę⁹ habet equũ,q falſus eſt ad ſalutem,& ferrũ bellicũ. Sed rñdit Ieſus: Si populus multus es,& virtutem habes,nõ erit tibi ſors vna,qa ſaltus eſt tibi & emũdabis eũ &c. Emundem⁹ ergo ſyluã q̃ in nobis eſt,inutiles ſcilicet & infructuoſas arbores,& faciamus ibi noualia,q̃ ſemp innouemus & fructũ capiamus triceſimũ

Matt.13.c. ſexageſimũ & cẽteſimũ. vnde: Securis ad ra

Ibidem.3.c. dicem arboris poſita eſt. Oĩs ergo arbor,q̃

Ibidem non facit fructũ bonũ excidet,& in ignem mittetur. Si emũdaueris, inquit,ſyluam, & erit tibi,cũ inde exterminaueris Chananęũ. Conemur ergo Chananęũ qui nobiſcũ eſt citius ſubijcere & obedĩẽtẽ facere. Poſt hęc etiam exterminare. Si autem dimittimus eũ & negligimus,veniet Pharao rex AEgypti,& incipiet locum noſtrum dare in dotem filiæ ſuæ,& captiuos nos tradere lege peccati. Obſeruemus ergo vt præualeamus contra Chananæos, ne ſi inualuerint contra nos de Iſraelitis faciant Chananęos.

†ad Ephraim

☞Mittam

## Nico. de Lyra.

a ¶ Locutiq; ſunt. Hĩc cõſequenter deſcribit̃ poſſeſſionis filiorum,Ioſeph dilatatio: qđ nõ eſt ſic intelligẽdũ ꝙ intrarẽt ſorte alteri⁹ tribus,ſed qa terrã cõtẽtã intra ſortẽ ſuam ab eis non habitatam propter ſyluas,vel propter Gentiles adhuc ibidem habitantes ad exhortationẽ Ioſue acquiſierũt. & patet litera,paucis exceptis. præmittitur tamen eorũ q̃rimonia cùm dicit̃: b ¶ Quare de. i. modicã reſpectu multitudinis meę. Et eſt modus loquendi qñ notatur paruitas alicuius rei: non em̃ põt dici ꝙ filij Ioſeph haberent tm̃ vnũ funiculum: ad literam, cũ ſola dimidia tribus Manaſſe habuerit decẽ funiculos,vt dictum eſt. c ¶ Et bene. multiplicãdo in prole. d ¶ Ad quos. ex dictis eorum exhortando eos ad dilatationem habitationis ſuæ. e ¶ Si populus. q.d. ſi tu habes magnam multitudinem populi, conſequenter debes habere magnam fortitudinem ad dilatãdum poſſeſſionem tuam. g ¶ Cui reſponderunt. allegantes difficultatem. h ¶ Non poterimus. Iudi.1. vocãtur currus falcati,quia in lateribus vncinis ferreis factis ad modum falcis armabãtur,talibus em̃ antiquit⁹ vtebant̃ in prælijs. i ¶ Dixitq;. remouens eorum allegationem. k ¶ Populus multus es. filij enim Ephraim fuerunt homines bellicoſi. l ¶ Non habebis ſortem vnam. Nõ eſt intelligẽdum, quòd vna tribus habuerit proles ſortes,ſed quod dicitur hĩc: Nõ habebis. ſic eſt intelligendum,non eris contentus terra acquiſita in ſorte tua,ſed acquires reſiduum aduerſarios expugnando cum dei adiutorio,quibus debellatis poteris ſuccidere nemora & dilatare ſpatia ad habitandum. Sciendum tñ,ꝙ occaſiõe huius dicti dixerunt aliqui,ꝙ Ioſue non diuiſit totam terram ſed aliquã retinuit diuidendã illis qui haberent maiorem multitudinẽ: ſed hoc non eſt bene conſonum pręcedentibus,quia dictũ eſt ꝙ etiam terra Philiſtinorum & plures aliæ ceciderunt ſub diuiſione,cùm tñ non eſſent acquiſitæ. Præterea ſecundum hoc dictum, ſortes non eſſent ab inuicem diſtinctæ, ſed eſſent commiſtæ per iſtam additionem.

Falcati curtus

Locutiq; ſunt

runt eos. Locutiq; ſunt filiæ Io[a]ſeph ad Ioſue,& dixerunt: Qua[b]re dediſti mihi poſſeſſionem ſortis & funiculi unius,cùm ſim tantæ multitudinis, & bene[c]dixerit mihi * dominus? Ad[d] quos Ioſue ait: Si populus mul[e]tus es,aſcende in ſyluam,& ſuc[f]cide tibi ſpatia in terra Pherezæi & Raphaim, †quia anguſta eſt tibi poſſeſſio montis Ephraim. Cui reſponderunt filij Ioſeph:[g] [a] Non poterimus ad mõtana con[h]ſcendere,cùm ferreis curribus utantur Chananæi,qui habitant in terra campeſtri,in qua ſitæ ſunt Bethſan cum uinculis ſuis, & Iezraël mediam poſſidens uallem. Dixitq; Ioſue ad domum Ioſeph[i] † & Ephraim & Manaſſe. Po[k]pulus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis ſortem[l] unam,ſed tranſibis ad montem, & ſuccides tibi,atq; purgabis ad habitandum ſpatia,& poteris ultrà procedere cùm ſubuerteris Chananæum,quem dicis ferreos habere currus, & eſſe fortiſſimum.

## Cap. XVIII.

CONGREgati ſunt o[m]mnes filij Iſraël in Silo,ibiq;[n] fixerunt tabernaculum † teſtimonij,& fuit eis terra ſubiecta.[o] Remanſerunt autem filiorum Iſ[p]raël ſeptem tribus quæ necdum acceperant poſſeſſiones ſuas. Ad quos Ioſue ait: Vſq; quo †marce[q]tis ignauia,& nõ intratis ad poſſidendã terrã quã dñs deus patrũ ueſtrorum dedit uobis? †Eligite[r] de ſingulis tribubus ternos uiros, ut mittam eos, & pergant, atque circumeant terram, & de-

* a ¶ Locutiq; ſunt. ſ. tribus Ephraim & dimidia tribus Manaſſe,p quas ſignificat̃ ſtatus religioſorũ & maximè mẽdicantiũ. Manaſſes em̃ interp̃tat̃ obliuio. Religioſi verò mendicãtes inter alios magis obliuiſci debẽt tpaliũ. Ephraim aũt fructifer vel fructificatio interp̃tat̃,in regionibus aũt mẽdicantiũ diebus iſtis plures inueniunt̃ apti ad faciendũ fructũ animarũ. Per filios igit̃ Ephraim & Manaſſe petẽtes ampliationem poſſeſſionis ſuæ,ſignificantur religioſi mẽdicãtes,petentes per ſe vel per alios expreſſe vel interpretatiuè ampliationẽ pmotiõis in officijs p̃dicãdi,legẽdi & hmõi,plus q̃ ſunt apti,propter quod exẽplo Ioſue debent eis pręlati dicere. f ¶ Aſcende. id eſt applica te ad ſtudiũ ſacrę ſcripturę & bonę vitę vt p hęc merearis in dictis officijs dilatari: nec ꝓpter difficultatẽ debẽt ſe excuſare qa ſcđm poetã: Labor improb⁹ oĩa vincit

Moraliter

*hucuſq;

## GLOS. ORDI.

Cap. XVIII.

†ſi

CONgregatiq; ſunt. Hĩc cõſequẽter deſcribit̃ aſſignatio ſortiũ ſeptẽ tribubus reſiduis. Circa qđ primò deſcribit̃ tabernaculi trãſlatio,ſecundò ſortiũ deſcriptio,ibi: Remãſerãt. tertiò ducis diuidẽtis poſſeſſio circa finẽ. xix. ca. ibi. Cũq; compleſſet. Circa primum dicit̃: Congregatiq; ſunt. vt ibi cũ ſolẽnitate debita tranſferrẽt tabernaculũ dñi de Galgalis. n ¶ Ibiq; fixe. Silo enim erat in ſorte Ephraim,de qua tribu erat Ioſue,q præ cęteris magis zelabat de cultu diuino,& ideo ibi fuit poſitũ tabernaculũ ad manendũ,& ibi manſit,quouſq; deſtructa Silo trãſlatũ fuit in Nobe. o ¶ Et fuit. nõ ꝙ tũc eſſet adhuc acquiſita tota,vt patet ex p̃dictis,ſed qa aduerſarij q remãſerãt nõ audebãt cõtra eos mouere bellũ. Et qa aliq eorũ redacti erãt ſub tributo,vt patet ex p̃dictis. p ¶ Remanſe. Hĩc cõſequẽter ponit̃ ſortiũ deſcriptio. & ſcđò earum aſſignatio, ibi: Et aſcẽdit ſors prima. Circa primũ ſciendũ,ꝙ iſta deſcriptio facta eſt ad inſtinctũ Ioſue p viros ad hoc miſſos,& ideo primò iſti viri eligunt̃,& ſcđò legationẽ exequũt̃, ibi: Cumq; ſurrexiſſent viri. Circa primũ dicit̃: Remanſerant. quia quinq; aliæ iam acceperãt Rubẽ,& Gad vltra Iordanẽ,Iudas & Ephraim citrà,Manaſſe verò ptim hinc ptim inde,vt patet ex ſupradictis. q ¶ Vſquequo. quia non erant bñ diligẽtes ad habẽdũ portiões determinatas, & p cõſequẽs min⁹ ſolliciti ad extirpandũ Gẽtiles,q remãſerãt in terra: quia quilibet eſt magis ſollicitus circa rem propriam q̃ circa cõmunem. r ¶ Eligite de ſingulis tri. vt nulla tribus poſſet conqueri de illa deſcriptione.

Diuiſio

Diuiſio H

† eccleſiæ, congregationis

†vacatis vł otioſi eſtis

Diuidete

Moraliter. ¶ Hĩc ſimul ponitur ſenſus myſtic⁹ duorũ capitulorũ,ꝓpter cõnexionẽ eorũ cũ dicit̃: m ¶ Congre. per Silo q interpretat̃ miſſus,ſignificat̃ dñs noſter Ieſus Chriſt⁹ de quo dicit̃ Gal. iiij. a. At vbi venit plenitudo tp̃is,miſit de⁹ filiũ ſuum factũ ex muliere factũ ſub legę,vt eos q ſub lege erãt redi. &c. p hoc ergo ꝙ dicit̃: Congre. ſignificat̃ cõgregatio fideliũ i Chriſto. Mat. xviij. c. Vbi ſunt duo vł tres cõgre. in noĩe meo in me. eorũ ſum. n ¶ Ibiq; fixe. per qđ intelligit̃ eccleſia. Apoc. xxj. a. Ecce tabernaculũ dei cũ homi. Et hoc tabernaculũ in Chriſto fixũ eſt, Mat. xvj. c. Sup hãc petrã ędi. eccl. meã. Ipſe nãq; Chriſt⁹ fixit hoc tabernaculũ in ſeipſo. Per hoc aũt qđ dicit̃: Quod. intelligunt̃ apoſtoli q poſt Chriſtũ fuerunt fundatores eccleſię. Vñ Apoc. xxj. d. dicit̃,ꝙ noĩa duodecim apoſtolorũ & agni ſcripta ſunt in portis ciuitatis,p quã eccleſia deſignat̃. p ¶ Remanſe. per quas ſignificat̃ vniuerſitas electorũ q nõdum habẽt poſſeſſionẽ in terra viuentiũ. Et diuidunt̃ in ſeptẽ trib⁹. i. ſtatus,ſcilicet prælatorũ,curatorum, clericorum, principum, militum, vulgarium; de quolibet enim

Moraliter

† Traditæ

*ſtatu ſunt

A a ℭ Mittam vobis. Adaman. In conſuetudine hoĩm eſt, cũ aliqd ſorte diuiditur, fortuitò videt̃ ſors illa ad illum, vel alia ad alium cadere. In ſcriptura autem ſancta non eſt ita: Si enim de tanta re patres ſortibus ſumerẽt iudiciũ, vel emiſiſſent, nihil mirum eſſet ſi Gẽtiles hoc facerẽt. Sed videamus ſi in ſcri-
Sors an ꝓbet i ſcriptura pturis aliqd ſit ꝓpoſitũ, qđ nobis qd virtutis ſit in ſortibꝰ manifeſtet. In Leuitico
Leui.16.b. ſcriptũ eſt: Accipiãt duas ſortes, ſors vna in domino, & ſors vna i capro emiſſario.
Nu.32.f. Itẽ ibi, Moyſes ſorte diuiſit terram tribui Rubẽ, & Gad. & dimidię tribui Manaſſe. Dedit etiã Ieſus ſcđm p̃ceptum dñi Caleb
Nu.33.g. ſortẽ & tribui Ephrẽ, & dimidię tribui Ma-
Ioſue.14.c. naſſe. Et poſt hęc, inquit, cõgregauit eccleſiã de filijs Iſrael & dixit: Mittã ſortem & proferã in cõſpectu domini ſortẽ & cæ. & poſt hęc ſortibus miſſis ſic hęreditas pplo diſtribuit̃: et agitat̃ ſors iſta nõ fortuitò, ſed ſcđm qđ p̃deſtiatũ ẽ à deo. deniq; tribꝰ Bẽiamin pria ibi accepit ſortẽ, vbi erat Ieruſalem; poſt hanc tribus Simeon, ſecunda poſt Iſſachar, deinde Zabulõ, deinde Aſer, poſt Nephthali, deinde Dan, in quibus nouiſſimè veniũt tres illę tribꝰ q ex cõcubinis ſunt. Ieiunio in ſcripturis etiã Gentiles
[I]onæ.1.b. ſortẽ miſiſſe, cũ Ionas nauigaret, & tempeſtas vrgeret, q̃li ſors ꝓdere deberet vl' poſſet cuiꝰ cauſa periculũ immineret. & q̃uis Gentiles eſſent à cognitione dei alieni, nõ hac opinione falluntur. ſors enim verũ ꝓ-
Prou.18.c. dit. Salomon quoq; ait: Contradictiones quoq; cohibet ſors &c. veluti ceſſare oſtendens cõtradictiones, vbi ſors mittit̃. In nouo quoq; teſtamento cõuenientes apoſtoli
Act.1.d. multò ſapientiores, q̃ qui nũc epiſcopos, vel presbyteros, vel diaconos ordinant, elegerũt duos, nec tñ de eis iudicauerũt, vt illũ facerent aplm quẽ voluiſſent; ſed oran-
B tes miſerunt ſortẽ, & cecidit ſors ſup Matthiam, & annumeratus eſt cũ .xj. aplis & factus eſt duodenarius. pręcedente enim oratione, nõ caſu, ſed diuina prouidẽtia ſors
Ephe.1.c. diuinũ iudicium ꝓferebat. Paulus quoq; de Chriſto dicit: In qua ſorte vocati ſumꝰ
Col.1.b. p̃deſtinati ſcđm ꝓpoſitũ eius, q oĩa operatur &c. Et ad Coloſſenſes: Grãs agens deo
Sortiũ vſus quõ licitus patri qui idoneos nos fecit in parte ſortis ſanctorũ in lumine. Ex his oĩbus hoc dixiſſe ſufficiat, qđ nobis ab aplis ſors ducta deſignat, quia vbi ex fide integra & ora-
Ibidem tione præmiſſa ſors ducitur, ea quę dei voluntas continet in occulto, ſors hominibꝰ declarat in manifeſto. Scđm v̾ò interiorẽ intellectũ, ſicut Paulus videtur indicare dicẽs, in partem ſortis ſanctorũ, & in ſorte vocati in Chriſto. Videndum eſt, ne fortè non ſolũ in hoĩbus, ſed in ſupnis virtutibꝰ ſors agatur, & pręſideat aliqua virtus huic officio: quę verbi cauſa Ieſu filio Naue nũc ſorte hęreditatem diſtribuenti, non ad aliquam gratiam, ſed ſecundum hoc qđ ſcit deo placere ductum prębeat ſortis; & illi faciat euenire q̃ prima ſunt, quẽ ſcit apud deum primũ tenere locum: vt quod latet apud deũ, ſortis gubernatione etiã hoĩbꝰ demonſtretur: alium verò facere ſecũdi loci, & alium tertij. Qđ ita geſtum non ſolũ in terris arbitror, ſed etiam in cæleſtibus: & huiuſmodi ſortem quę apud deum etiam meritorũ contemplatione diſtinguitur, etiam illo tempore habitam, cùm diuideret excelſus gentes ſecundum numerum angelorum dei; & facta
Deu.32.a. eſt portio domui Iacob, funiculus hęreditatis eius Iſrael. hîc enĩ partem per ſortem & funiculum Iſrael deum dicit eſſe ſortitum. Nõ ergo fortuitò putandum eſt per ſortem eueniſſe illi angelo AEgyptiorum gentem, alij Idumæorum, alij Moabitarum & ſimilia. Sed ibi etiam ſi ſecundum numerum angelorum dei diuiduntur gentes ſorte, ſicut in hoĩbus diximus, quia dei iudiciũ occultũ ſors p̃dit in publicũ; talis ſors fuiſſe credẽda ẽ, q̃ ꝓ merito ſuo q̃ſq; illã vl' illã gẽtẽ ſuſceperit. Nec ꝑ ſingulos qdẽ, ꝙ ſine ſorte, q̃ dei iudicio diſpẽditur, euenire: dicendũ eſt, vt alius talem vel talem vitam à natiuitate C ſortiatur: vel quòd boni angeli adſint hoĩbus & cõtrarij. vt ille angelus animæ Petri cuſtodiã ſortitus ſit, alius Pauli, alius cuiuslibet infantis de eccleſia. Non eſt enim dubitandũ de dei iudicio, qui vl' illorũ dignitatẽ, vel animæ noſtrę ad liquidũ reſpicit q̃litatẽ, cuiq; nřm cuſtodia dari quadã ſorte myſtica Chriſti diſpẽſatione directa. Puto etiam de his v̾tutibꝰ q mũdi miniſteria ſuſceperũt, ꝙ nõ fortuito illa virtus terrę vel arborum germinationibus

ſcribant eam iuxta numerum uniuſcuiuſq; multitudinis, referantq; ad me quod deſcripſerint. a Diuidite uobis terram in ſeptem partes. b Iudas ſit in terminis ſuis ab auſtrali plaga, & domus Ioſeph ab aquilone, mediam inter hos terram in ſeptem partes deſcribite, & huc uenietis ad me, ut corã domino deo a ueſtro mittam uobis hîc ſortem, quia non eſt inter uos pars Leuitarum, ſed ſacerdotium domini eſt eorum hæreditas. Gad autem & Ruben & dimidia tribus Manaſſe iam acceperant poſſeſſiones ſuas trans Iordanem ad orientalem plagam, quas dedit eis Moyſes famulus domini. c Cumq; ſurrexiſſent uiri, ut pergerent ad deſcribendam terram, præcepit eis Ioſue dicens: Circumite terram & deſcribite eam, ac reuertimini ad me, ut hîc coram domino in Silo mittam uobis ſortem. Itaque perrexerunt & luſtrantes eam in ſeptem partes diuiſerunt, ſcribentes in uolumine, reuerſiq; ſunt ad Ioſue in caſtra Silo. Qui miſit ſortes coram domino in Silo. Diuiſitq; terram filiis Iſraël in ſeptem partes. d Et aſcendit ſors prima filiorum Beniamin per familias ſuas ut poſſiderent terram inter filios Iuda & filios Ioſeph. Fuitq; terminus eorum contra aquilonem à Iordane, pergens iuxta latus Iericho ſeptentrionalis plagæ, & inde contra occidentem ad montana conſcendens; & perueniens ad ſolitudinem Bethauen, e atq; pertranſiens iuxta Luzam ad meridiem (ipſa eſt Bethel) deſcenditque in Ataroth Addar in montem qui eſt ad meridiẽ Bethoron inferioris, & inclinatur circumiens

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Diuidite. ſcđm nũerũ tribuũ, quæ non acceperant hęreditatem. Dicunt etiã aliqui, ꝙ illę partes non fuerunt ęquales, qà tribꝰ nõ erãt æq̃les i multitudine. Et hoc conſonat ei qđ immediatè pręmittit̃: Deſcribant autem iuxta numerũ vniuſcuiuſq; multitudinis. conſonat etiam ei quod ſcribitur Nu.xxvj.f. Pluribus maiorem ꝑtem dabis. Sed cõtra hoc videtur illud qđ poſtea ſubditur hîc: Circũite terrã & deſcribite eam, ac reuertimini ad me vt hîc corã dño deo vřo in Silo mittã vobis ſortẽ. ſ. ad hoc, qđ ſciatur quæ tribꝰ quã ptẽ hře debeat. ſi autẽ fuiſſet facta diuiſio ꝑ ptes maiores & minores ſecũdũ maiorẽ vel minorẽ multitudinẽ cuiuslibet tribus, per hoc fuiſſet ſcitum quã partem q̃libet tribus deberet hře, & miſſio ſortium ꝑ Ioſue eſſet inutil̃: imò poſſet eſſe nociua. ſ. ſi ſors tribꝰ ha- D bẽtis maiorẽ multitudinẽ caderet ſup minorẽ ptẽ. Iõ ſcđm iſtã viã oꝑtet dicere ꝙ ſors ex diuina ordinatiõe ſẽp cadebat ſup ptẽ ꝓportionatã illi tribui, & ſic nõ poterat eſſe nociua. nec etiã erat inutilis, imò vtilis. ſ. ad reprimẽdũ cõtẽtiones q̃ poſſent oriri ſi illa diuiſio eſſe facta ſimplr̃ ex ordinatione humana. Alij v̾ò dicũt, ꝙ partes p̃dictæ fuerũt æq̃les, & q̃libet pars fuit diſtributa ꝑ familias vniꝰ tribꝰ. verũtñ vna familia accipiebat maiorẽ partẽ q̃ alia, ſcđm qđ cõtinebat pl'es domos: & vna domꝰ maiorẽ ptẽ q̃ alia, ſcđm qđ cõtinebat plura capita. & q̃tũ ad hoc itelligit̃ qđ allegatũ ẽ de libro Numerorũ: Pluribꝰ dabis maiorẽ, & pau- Nu.26.f. cioribꝰ minorẽ. nõ aũt q̃tũ ad inęqualitatẽ ſortiũ ſeu ptiũ q̃ aſſignabãt̃ ſingl'is tribubus. b ℭ Iudas. Erat eñ in termino auſtrali, & tribus Ephraim in aquilonari, qa erãt tribꝰ bellicoſiores ad ſuſtinendũ ĩpetũ inimicorũ aduenientiũ contra filios Iſrl' ab extra: qa nõ poterant ſic ex alijs ptibꝰ intrare, eò qđ mare mediterraneũ claudit totũ latus occidẽtale terrę ꝓmiſſiõis, & Iordanis fluuiꝰ latꝰ oriẽtale. c ℭ Cũq;. Hîc ponit̃ executio deſcriptionis, & patet lr̃a ex p̃dictis. q̃liter autẽ licitũ ſit vti ſortibꝰ dictũ fuit ſuprà .vij. cap. & etiam Nume. xxxiij. Diuiſio
d ℭ Et aſcẽ. Hîc ponit̃ terræ deſcriptæ aſſignatio: & primò tribui Bẽiamin. ſcđ'ò alijs ſex tribꝰ. xix. c. Circa primũ primò tribui Beniamin termini aſſignantur. ſcđ'ò ciuitates nomiantur, ibi: Fuerũtq;. Circa primum dicit̃: Et aſcen. Hoc dicitur quia Ieruſalem pro parte cecidit in tribu Beniamin, vt dictum fuit. ſ. quæ eſt in altiori loco q̃ loca circumadiacentia. ſequitur: e ℭ Atq;. Dicunt aliqui quod ipſa eſt Ieruſalem, quę vocata eſt Luza & Bethel, vt dictum fuit Gene. xxviij. ſed hoc non videtur verum, quia infrà eo. cap. vbi nominantur ciuitates ſortis Beniamin, Bethel, & Ieruſalem diſtinctè nominantur in medio alijs interpoſitis. Item hîc immediatè antè fit mentio de Bethauen, q̃

* ſtatu ſunt aliqui accepturi poſſeſſionem in terra viuentium.
d ℭ Et aſcen. qui interpretatur filius dexterę, & cõuenit ſtatui p̃- Moraliter latorum, qui debent eſſe in dextera Chriſti. Apoc. j. d. Et habebat in dextera ſua ſeptem ſtellas. Et ſubditur ibidem: Septem ſtellę angeli ſunt ſeptem eccleſiarum, id eſt epiſcopi earum.

E ☞ minationib⁹ præſit, illa fontiũ vel fluminũ flueta exhibeat, alia ibriũ, alia vẽtorũ, alia marinis, alia terrenis aĩalib⁹ vł ſingłis qbuſq; è terra gignẽtib⁹ pſit, & eſſe ĩ ſingulꝰ ſacra ineffabilia diuiæ diſpenſatiõis, vt ĩ ordie ſuo cũcta p vnã quãq; ꝟtutẽ dirimãt, & cõpetẽti officio. vñ: Nõne oẽs ſũt adminiſtratorij ſpũs, & ĩ miniſteriũ miſſi, ꝓpꝰ eos q hereditatẽ capiũt ſalutis? Ad horũ imitationẽ dicũt ſortes duci p Ieſũ, & hereditas p trib⁹ diuia diſpẽſatiõe decerni, & p ieffabilẽ dei ꝓuidẽtiã ac pſciẽtiã ĩ his ſortib⁹ adũbrari futurę ĩ cælis hęreditatis exẽplar, qa lex vmbrã dicit futurorũ bonorum hñs. Hinc Paul⁹ ait: Acceſſiſtis ad Sion mõtẽ, & ad ciuitatẽ dei viuẽtis Ieruſalẽ cæleſtẽ. Eſt ergo ciuitas ĩ cælis q̃ dr̃ Ierl'm & mõs Sion. Nõ ſine cã Bẽiamĩ accepit ĩ ſorte ſua Ieruſalẽ & mõtẽ Sion, ſed qa cęleſtis Ieruſalẽ rõ exigebat, vt nõ alij daret terreſtris quæ eſt figura cæleſtis. ¶ Adam, Bethlehẽ q̃q; nõ ſine certa rõne ĩ ſortẽ Iudæ decernit vel Hebrõ, vł ſingulę ciuitates ſinglis tribub⁹ cõſcribũt. Sed cæleſtia loca ĩ qb⁹ Ierl'm & Siõ noĩant &c. q̃ his vicina ſũt hoc ĩ ſe rõnis cõtinebãt ĩ cęlis qđ ſorte gubernabatur ĩ terris. Hinc ergo eſt: qđ diſpẽſauit diuia ſapiẽtia noĩa q̃dã locorũ ſcribi, q̃ myſticã iterpretationẽ cõtineãt, qb⁹ idicat, qa hæc certis rõnib⁹ nõ caſu fieri diſpẽſãt. Sicut eñ nõ fortuitò ille angel⁹ Michael, ali⁹ Gabriel, ali⁹ ꝟò Raphael vocat, & ille pr̃iarcha Abrahã, & ille Iſaac, & ali⁹ Iacob, vł ille ex Abrã Abrahã, ille Iſaac, & ali⁹ Iſrł. Sed & certa rõne illa Sara ex Sarai, ille Iſrł ex Iacob, vł ille Abrahã ex Abrã, & quiſq; angelorũ vel hoĩm ex his q̃ ſibi iniũgũt officijs & actib⁹ noĩa ſortiũt. Ita cõſequẽs eſt loca q̃dã eſſe cæleſtia & ciuitates, ſicut Ierl'm cęleſtis dr̃, & mõs Sion, eſſe etiã alias q̃rũ figurã iſtę q̃ ĩ terris ſũt cõtinẽt, q̃ hĩc nobis p Ieſũ Naue myſticè deſignãt. De ciuitatib⁹ dictũ puto: Aedificabũt ciuitates Iudę: & habitabũt ibi. Et in domo pr̃is mei mãſiones multæ ſũt. Et eſto ptãtẽ hñs ſup decẽ ciuitates. Ne ergo cũ faſtidio hęc legatis, & putetis vilẽ ſcripturã ex multis noĩb⁹ cõtextã. Sed ſcitote ĩ his myſteria cõtineri maiora q̃ põt hũan⁹ ſmo ꝓferre, vł audit⁹ mortalis audire. Cognita ſũt hęc illi itẽ gre q rapt⁹ ẽ vſq; ad tertiũ cęlũ. In cęlo eñ vidit cęleſtia, vidit Ierl'm cęleſtẽ verã ciuitatẽ dei & Siõ mõtẽ q̃cũq; loci eſt. Vidit Bethlehẽ & Hebrõ & oĩa q̃ ſcribũt hĩc ſortę diuiſa. Rõnes q̃q; eorũ ĩ ſpũ cõprehẽdit. cõfitet eñ ſe audiſſe ꝟba & rõnes q̃ nõ licet hoĩ loq, q̃les. ſ. illi erãt qb⁹ dicebat: Nõne hoĩes eſtis & ſcđm hoĩem ambulatis? Dicebat ea forſitã illꝰ, q nõ ſcđm carnẽ ambulabãt, Timotheo & Lucę & cęteris diſcipulꝰ, q̃s ſciebat capaces eẽ ieffabiliũ ſacrorũ. vñ Timotheo ait: Memor eſto ꝟborũ q̃ à me audiſti, q̃ cõmẽdo fidelib⁹ hoĩb⁹, & his q idonei ſũt alios docere. ☞ Filiorũ

Heb.1.d.
† ab extemitate & ĩtrã
Heb.12.f.
† Haraba
Nominib⁹ myſtica iterpratio ſubeſt
F
Pſal.68.g.
Ioh.14.a.
Luc.19.c.
2.Cor.12.a.
✱ fuit hęreditas filiorum Simeon
2.Co.23.a.
2.Tim.2.a.
† contra terminum

contra mare ad meridiem montis, qui reſpicit
Bethhoron contra Aphricum. Suntq; exitus a
eius in Cariathbaal, quæ uocatur & Cariathiarim urbem filiorum Iuda. Hæc eſt plaga contra mare ad occidentem. A meridie autem ex
†parte Cariathiarim egreditur terminus cõtra
mare, & peruenit uſque ad fontem aquarum
Nephtoa. Deſcẽditq; in partem montis qui reſpicit uallem filiorum Ennon, & eſt contra ſeptentrionalem plagam in extrema parte uallis
Raphaim. Deſcenditq; in Geennon, id eſt ual-
lis Ennon, iuxta latus Iebuſæi ad auſtrum, & b
peruenit ad fontem Rogel, tranſiens ad aquilo
nem, & egrediens ad Enſemes, id eſt, fontem ſo
lis, & pertranſit uſq; ad tumulos qui ſunt è re- c
gione aſcenſus Adomim, deſcẽditq; ad Haben
boen, id eſt lapidẽ Boen filij Ruben, & pertran d
ſit ex latere aquilonis ad cãpeſtria, deſcenditq;
in †planiciem, & prætergreditur contra aquilo
nem Bethhagla, ſuntq; exitus eius cõtra linguã
maris ſalſiſſimi ab aquilone in fine Iordanis ad
auſtralem plagam, qui eſt terminus illius ab o-
riente. Hæc eſt poſſeſſio filiorũ Beniamin per
terminos ſuos in circũitu & familias ſingulas.
Fueruntq; ciuitates eius Iericho & Bethhagla, e
& uallis Caſis, Betharaba & Samaraim & Be-
thel & Auĩ & Aphara & Ophera, uilla Hemo
na & Ophni & Gabee, ciuitates duodecim &
uillæ earum. Gabaon & Rama & Beroth &
Meſphe, Caphara Amoſa & Recem Iarephel
& Tharela & Sela Eleph & Iebus quæ eſt Ie- f
ruſalem Gabaath & Cariath ciuitates quatuor
decim & uillæ earũ. Hæc eſt poſſeſſio filiorum
Beniamin iuxta familias ſuas. Cap. XIX.

ET egreſſa eſt ſors ſecunda fi- g
liorum Simeon per cognatio-
nes ſuas, fuitq; hæreditas eo- h
rum in medio poſſeſſionis fi-
liorum Iuda, Berſabee & Sa-
bee & Molada & Aſerſual,
Bala & Aſem & Etholad Bethul Harma & Si
celeg & Bethmarchaboth & Haſerſuſa, & be-
thlebaoth & Sarohen, ciuitates tredecim & uil
læ earum. Ain & Remmon & Athar & Aſan,
ciuitates quatuor & uillæ earum. Omnes
uiculi per circumitum urbium iſtarum uſque
ad Baalath, Beerramath contra auſtralem pla-
gam. Hæc eſt hæreditas ✱ filiorum Simeon iu i
xta cognationes ſuas in poſſeſſione & funicu-
lo filiorum Iuda ✱: quia maior erat: & idcirco
filij Simeon poſſederunt in medio hæredita-
tis eorum. Cecidit quoque ſors tertia filiorum k
Zabulõ per cognationes ſuas, & factus eſt ter-
minus poſſeſſionis eorum uſque Sarid. Aſcen-
ditq; de mari & Merala, ac peruenit in Deb
baſeth uſque ad torrentem qui eſt contra Ie-
coniam, & reuertitur de Sarid cõtra orientem
†in finem Beſeleth Thabor, & egreditur ad-

☞ Luc, q̃ ẽ eadẽ cũ Bethel, vt dictũ eſt. s. viij. ca. Et iõ meli⁹ videt qđ G iſta Bethel Luza eſt alia à Ierl'm: nec ẽ ĩcõueniẽs qđ plures ciuitates eiſdẽ noĩb⁹ noĩent, qa hoc frequẽter repit. Aduertẽdũ tñ ẽ, qđ iſta Bethel nõ ẽ de ſorte Bẽiamin. iõ dr̃ hĩc: Pertrãſiẽs iuxta Luzam. nõ icludẽs ipam. iõ Iudic. j. de ſorte Ioſeph etiã dr̃: a ¶ Cõtra. Vẽt⁹ eſt aqlonaris. & ponit hĩc p pte orbis ex q̃ flat ille vẽt⁹. b ¶ Iuxta. habitatoris Ierl'm, cui⁹ vna ps cecidit ĩ ſorte Bẽiami. c ¶ Et. Hebræi dicũt: Vſq; ad termios è regiõe aſcẽſ⁹ Adomi. i. ſanguinũ. Dicũt aliq ꝙ erat ibi freq̃ntia latronum q exercebant homicidia. d ¶ Filij. Rubẽ nõ eſt hĩc nomẽ pr̃archę, qa filij ei⁹ accepert poſſeſſionẽ vltra Iordanẽ, vt patet ex ſupradictis, ſed eſt nomẽ alterius homis eiuſdẽ nominis. e ¶ Fue. Hĩc cõſeq̃nter ponũt noĩa ciuitatũ trib⁹ Bẽiami, & legat lr̃a ſicut iacet vſq; ibi: f ¶ Et. hæc eñ ciuitas multiplr̃ noĩata fuit, vt dictũ fuit Ge. xxviij. & p pte cecidit in tribu Bẽiami.

*NI. DE LY*

CAP. XIX.

ET egreſſa eſt ſors &c. Hĩc cõſequẽter deſcribunt ſortes ſex tribuũ. & ſcđm hoc poſſet diuidi ĩ ſex ptes. Scđa ibi: Cecidit ſors ter. &c. tertia ibi: Iſſachar egreſ. &c. q̃rta ibi: Ceciditq; ſors q̃nta tribui filiorũ Aſer. q̃nta ibi: Filiorũ Nephtali. ſexta ibi: Tribui filiorum Dã. Circa primũ dr̃: g ¶ Et. Cã ſorte Bẽiami, q̃ fuit pr̃ia de ſeptẽ vltimis de qb⁹ loqt hĩc ſcriptura. h ¶ Fuitq;. qa ſicut dictũ fuit. s. xv. c. Iſta ciuitas & plures alię fuerũt aſſignatæ tribui Simeõ. cuius rõ poſtea ſubdit, cũ dr̃. i ¶ Hæc. qa maior erat q̃ poſſeſſio aliarũ tribuũ. Dicũt cõiter expoſitores, qđ habuerit terrã duplr̃. ſ. p ſortẽ & p conceſſionẽ ſi poſſet acq̃rere iuxta ſe. & qa erat trib⁹ bellicoſa dilatauit termios ſuos, & iõ qñ poſtea debuit aſſignari terra ſeptẽ tribub⁹ q̃ nõdũ poſſeſſionẽ acceperãt, reptũ fuit qđ terra reſidua nõ ſufficiebat eis, & iõ aliqua loca de ſorte Iuda fuerũt adiũcta ſorti trib⁹ Simeõ, vt dr̃ hĩc. Et aliq̃ ſorti trib⁹ Dan, vt dicet. ĩ. k ¶ Ceciditq;. Hęc ẽ ps ſcđa. & legat lr̃a ſicut iacet vſq; ibi: l ¶ In fi. Heb. dicũt גְּבוּל בִּסְלֹות תָּבוֹר gebul Chiſloht tabor. i. in terminũ Ciſloth nomẽ cõe, & ſignificat pẽdulum montis qui eſt locus intermedius ſummitatis, & vallis. ☞ Bethlehẽ

Moralr̃. g ¶ Et egreſ. q interp̃tat audiẽs, & cõuenit ſtatui curatorũ q audiũt ſynodalia ſtatuta ab ep̃is & denũtiãt ſuis parochijs. k ¶ Ceciditq;. q interpretat habitaculũ pulchritudinis, & conuenit ſtatui clericorum, in quib⁹ refulgere debet decor honeſtatis. ✱ Iſſachar

G
Diuiſio
H
✱ tribus
Moraliter

A ☞ a ℭ Filiorũ. Aug. Et Amorrheꝰ ꝑmãſit Cap. XIX. vt habitaret ĩ Elon & ĩ † Sãnanin: & ingrauata eſt manꝰ Ephrẽ ſuꝑ eos, & facti ſũt tributarij illi. Hoc iã cõtra ꝑceptũ dñi fiebat, & adhuc viuebat Ieſꝰ, ſed dux ĩ illis ꝑlius ꝓ ſenectute nõ erat. Iõ dictũ eſt à dño: Factũ ẽ vt cõfortaret cor illorũ, q ſiĺ cõſpirauerũt inire bellũ cõtra Ieſũ, ne iſta ilĺ miſericordia prębereť etiã cõtra ꝑceptũ dei, ſi remã ſiſſẽt nõ expugnati, & ſeneſcẽte Ieſu, vĺ defũcto relinquerẽtur expugnãdi filijs Iſrĺ q eis contra præceptum domini poſſent parcere, quod ille nõ faceret. ℭ Adamã. Iuxta. LXX. manſit Amorrheus habitare ĩ Elon & in Sãnanim, & grauis effecta eſt manus Ephrẽ ſuꝑ eos. Amorrhæꝰ interpretať amarꝰ vel amaritudo. habitãtes ergo ĩ † Elõ, qđ ĩterpretať arietes, vel ĩ Sãnanĩ, qđ interpretať pacifici. Amari & arietes ſunt q in agone poſiti Zabolicas ſtructuras expugnare conanť. pacifici vͦ, q carnalibꝰ deſiderijs & cõcupiſcẽtijs ſuperatis pacẽ aię gerũt. In vtriſq; tñ cõtẽdit diabolꝰ .i. amaritudo ꝑſiſtere. Si ergo inimica vͦtꝰ .i. dęmõis ex amaritudinis turba veniens obſideat, alicuiꝰ corpꝰ ꝑturbet & ſopiat mentẽ: adhibeanť aũt multę orões, multa ieiunia, multę exorciſtarũ ĩuocatiões, & ad hęc oĩa ſurdꝰ dęmõ in obſeſſo corpore ꝑſiſtat, tolerabiliꝰ exorciſtarũ pœnas ferẽs, & ex dei nois inuocatiõe tormẽta q; diſcedere.

B Ita intelligẽdũ ẽ, qa Amorrhæi ꝑſiſtũt habitare ĩ Elon, & in Sannanĩ. Et vt oñderet ſcriptura, qa ꝑferentes pœnas & flagella ꝑſiſtũt, di. qa grauis effecta eſt ſuꝑ eos manꝰ Ephrẽ, qđ fit ꝑ exorciſtarũ manꝰ ĩpoſitionẽ vhemẽtiꝰ ĩpoſitã, vĺ ꝑ bonos actꝰ, & opꝰ bona. Quãtò eñ meliora gerimꝰ vĺ agimꝰ & ĩ optimis cõuerſamur, tãtò ilĺ hęc grauiora efficiunť. Gratꝰ eſt ilĺ & acceptꝰ, q ĩ turpitudine & flagitijs viuit. Qui vͦ ĩ bõis actibus manũ ſuꝑ eos grauauerit, etiã ſi penitꝰ expellere non potuerit, tributarios eos faciet & ſubiectos. Et abierũt filij Ephrẽ ꝑagrare terram ſcđm fines ſuos. b ℭ Cũq;. Adamã. Vide mãſuetudinẽ & hũilitatẽ Ieſu, q dignè ferebat nomẽ veri ſaluatoris Ieſu. Dederũt, ingt, filij Iſrael ſortẽ Ieſu filio Naue in ſemetipſis ꝑ præceptũ dñi &c. Ipẽ dedit hæreditatẽ oibꝰ filijs Iuda & Ephraĩ, & dimidię tribui Manaſſe, & Caleb filio Iephone. ipẽ miſit ternos viros ꝑ ſingulas tribꝰ, q totã terrã peragrarẽt & deſcriberẽt ĩ libro & redeũtes oñderẽt ſibi, & ſe in nouiſſimis reſeruauit, & voluit eſſe oĩm nouiſſi- ☞ mus vt

*Ni. de Ly.*

☙ a ℭ Bethlehẽ. iſta nõ ẽ illa Bethlehem illa Bethlehẽ in q̄ natꝰ fuit Chriſtꝰ, qa illa eſt de ſorte Iudę, iſta aũt eſt C de ſorte Zabulõ. ſicut eñ frequẽter dictũ eſt, plures ciuitates vĺ villæ similiter nominantur. b ℭ Iſſachar egreſſa. Hęc eſt tertia pars, & legatur litera, ſicut iacet vſq; ibi. c ℭ Bethſemes .i. ciuitas ſolis, & ſic nominabatur, quia forſitan Gentiles ibi colebant ſolem. d ℭ Ceciditq; ſors quinta. Hæc eſt pars quarta, & legatur litera vt iacet. e ℭ Filiorum Neph. Hæc eſt pars quinta, & legatur litera vt iacet vſq; ibi: f ℭ Aſor. prope locum illum fuit natus Thobias, vt hr̃ ĩ principio libri ſui. g ℭ Tribui. Hęc eſt ꝑs ſexta ĩ q̄ deſcribiť ſors filiorũ Dan, cũ diciť: h ℭ Et fuit. dicũt aliq qđ iſtę duę ciuitates non fuerunt de ſorte Dan, ſed fuerť iuxta ſortẽ ipſiꝰ Dan, ita q̄ ibi terminabať ſors eiꝰ, erãt tñ de ſorte Iudę. Alij aũt dicũt qđ licet fuerit de ſorte Iudę, fuerť tñ adiũctæ ſorti ipſius Dan, eadẽ rõne q̄ aliquæ ciuitates de ſorte Iudę fuerũt adiũctę ſorti filiorũ Simeon, vt. ſ. dictũ eſt. i ℭ Et Hirſe. Iſta ciuitas fuit de ſorte Dan, tñ erat iuxta ſortẽ Iſſachar, ita quòd ſors Iſſachar ibi terminabatur ſecũdũ vnam ſui partẽ vt patet ex pręmiſſis. k ℭ Pugnauerunt. Dicũt Hebręi, qđ hęc eſt ciuitas quæ vocať Lais. Iudic. xviij. vbi agitur de expu- D gnatione dictæ ciuitatis. l ℭ Vocantes. id eſt nomine compoſito ex antiq̄ & nouo, & ſcđm iſtã trãslationẽ in Hebræo habeť: Et vocauerũt nomẽ Leſẽ Dan .i. ciuitatem quę prius Leſem vocabať, noĩauerũt Dan nomie ſimplici, et hoc cõſonat ei qđ diciť Iudic. xviij. vocato noie ciuitatis Dan, q̄ prius Lais dicebať. m ℭ Cumq;. Hĩc vltimò deſcribitur ducis diuidentis poſſeſſio ſcilicet Ioſue, qui ſicut fidelis diſpẽſator alijs terram diſtribuit, nihil accipiẽs ſibi propria autoritate, ſed ꝑpĺi cõceſſiõe. ☙ ideo ſub

Dabereth, aſcenditq; contra Iaphie, & inde pertranſit uſque ad orientalem plagam Geth Hepher & Tacaſin: & egreditur in Remmon Amthar & Noa, & circumit ab aquilone Hanaton. Suntq; egreſſus eius uallis Ieptahel & Catheth & Naalol & Semeron & Iedala & Bethlehem: a ciuitates duodecim & uillę earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes ſuas, urbes & uiculi earum. Iſſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognatio- b nes ſuas: fuitq; † eius hæreditas Iezrael & Caſaloth & Sunen & Hapharim & Sehon & Anaharath & Rabboth & Ceſion, Abes, & Rameth & Engannim & Enhadda & Bethpheſes: & peruenit terminus eius uſq; Thabor & Seheſima & Bethſemes: erantq; exitus eius Iordanis ciuita- c tes ſedecim & uillæ earum. Hæc eſt poſſeſſio filiorum Iſſachar per cognationes ſuas: urbes & uiculi earum. Ceci- d ditque ſors quinta tribui filiorum Aſer per cognationes ſuas: fuitq; terminus eorum Halchath & Chali & Beten & Axaph & Elmelech & Amaad & Meſſal: & peruenit uſque ad Carmelum maris & Sihor & Labanath: ac reuertitur contra orientem Bethdagon: & pertranſit uſq; Zabulon & uallem Iephtahel contra aquilonem in Bethemec & Nehel: egrediturq; ad leuam Cabul & Abran & Rohob & Amon & Cana uſque ad Sidonem magnam, reuerturq; in Horma uſque ad ciuitatem munitiſſimam Tyrum & uſque Hoſa: eruntq; exitus eius in mare de funiculo Achziba & Amma & Aphec & Rohob: ciuitates uigintiduæ & uillæ earum. Hæc eſt poſſeſſio filiorum a Aſer per cognationes ſuas: urbeſq; & uiculi earum. Filio- e rũ Nephthali ſexta pars cecidit per familias ſuas: & cœpit terminos de Heleph & Elõ Saananim: & Adami quę eſt Neceb & Iebnael uſq; Lecum: & egreſſus eorum uſq; ad Iordanem: reuerturq; terminus contra occidentem In Azanoth Thabor: atque inde egreditur in Hucuca, & pertranſit in Zabulon contra meridiem: & in Aſer contra occidentem: & in Iuda ad Iordanem contra ortum ſolis ciuitates munitiſſimæ: Aſſedim, Ser & Ammath & Recchath & Cenereth & Edema & Arama Aſor & Cedes & Edrai, Enhaſor & Ieron & Magdalel, Horem & f Bethanath & Bethſames: ciuitates decem & nouem & uillæ earum. Hæc eſt poſſeſſio tribus filiorum Nephthali per cognationes ſuas: urbes & uiculi earum. Tribui fi- g liorum Dan per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima: & fuit terminus poſſeſſionis eius Saraa & Eſtaol & Hirſe- h i mes id eſt ciuitas ſolis: Selebin & Aialon & Iethela, Elon & Themna & Acron Eltece, Iebbethon & Baalath & Iud & Bane & Barac & Gethrẽmon & aquæ Iercon & Arecon: cum termino qui reſpicit Ioppen: & in ipſo fine concluditur. Aſcenderuntq; filij Dan et pugnauerunt contra Leſem cœperuntq; eam & percuſſerunt eam in o- k l re gladij & poſſederunt & habitauerunt in ea: uocantes nomen eius Leſemdan: ex nomine Dan patris ſui. Hęc eſt poſſeſſio tribus filiorum Dan per cognationes ſuas: ur- b bes & uiculi earum. Cúmque compleſſet ſorte diuidere

(margin: † Salanon; † Elim; † terminus eorum)

Moraliter

Moraliter. f ¶ Rurſumq; filij &c. In hoc capitulo agitur de cõceptiõe Samſonis & eius natiuitate ad liberãdũ populũ Iſrael de manu Philiſthinorũ. Per Sãſonẽ verò qui interpretatur ſol eorum, ſignificari poteſt dominus noſter Ieſus Chriſtus: de quo ſcribitur Malach. iiij. a. Orietur vobis timentibus deum ſol iuſtitiæ. Et ſicut conceptus Samſonis, ortus & viuendi modus fuit per angelum denunciatus, vt dicitur in hoc ca. ita fuit de dño noſtro Ieſu Chriſto, vt habetur Luc. j. Per hoc autem q̃ Samſon vxorem non accepit de filijs Iſrael, ſed de Gentilibus, ſignificatum fuit, q̃ Chriſtus accepturus erat de Gentilibus eccleſiã ſibi ſponſam, relictis Iudæis: paucis tñ exceptis qui ſibi adhæſerunt. quod autẽ modicũ eſt frequenter non computať: ppter qđ Oſee j. dixit dñs de Gentilitate: Vocabo non dilectam meam. Et Malach. j. c. Ab ortu ſolis vſq; ad occaſum magnum eſt nomen meum in gentibus. Et hoc diffuſè tractat Apoſtolus ad Rom. ix. ¶ Moraliter autem per Samſonem ſignatur bonus doctor vel p̃latus, vita & doctrina ſicut ſol illuminans eccleſiam. Et ſicut de Samſone dicitur, q̃ nõ

*comedas

Moraliter
†1. Reg. 1. b.
-infantia ſua & ex
†dixit
-infantia ſua & ex

☞ Nazaræi certis diebus obſeruabant vo
A uentes,votumq; reddentes. a ¶Tulit itaque. Augu. Quòd dicit ſcriptura ignoraſſe Manue,q angelus domini eſt,manifeſtum eſt etiam vxorem eius hominem credidiſſe. Quòd ergo ei dixit: vim faciamus nunc tibi:& faciamus in conſpectu tuo hædum caprarum,tā quam hominē inuitauit: ſcilicet vt hoc cum illo epularetur quod ſacrificium feciſſet. Nam facere hædum non ſolet dici,niſi cùm ſacrificium fit. Ille etiam ita reſpondit: ſi vim feceris mihi,non manducabo de panibus tuis: vbi oſtendit ſe ad epulas fuiſſe inuitatum. Deinde addidit: Et ſi feceris holocauſtum, dño offeres illud: qa ſcilicet ille dixerat: faciamus in cōſpectu tuo hædū caprarū. Nō aūt omne ſacrificiū holocauſtū.nā de holocauſto nō mādu cabaſ: qa totū icēdebaſ & iō vocabaſ holocauſtū. Sed angelus etiā nō manducatur⁹ holocauſtū ,potius fieri monuit: nō tñ ſibi ſed dño: qa ſcilicet Iſrael conſueuerat illo tpe falſis dijs ſacrificare. vñ & tunc deū offenderat,vt traderet inimicis per .xl. annos. b ¶Quod. Greg. Quid eſt ,q ad viſionē angeli vir eſt timidus,mulier audax: niſi quando cæleſtia nobis monſtranſ,ſpūs quidē pauore ſe cōcutit ſed tñ ſpes pſumit. Inde eñ ſpes ad maiora videnda ſe erigit, vñ turbaſ ſpiritus qui ea quę ſuperna ſunt,prior videt. quia cùm altiora ſecretorum cæleſtium ſic leuata mens conſpicit, cuncta humanarum virium ſoliditas contremiſcit. c ¶Morte morie. Augu. Quid eſt q poſtquam manifeſtat⁹ eſt Manue & vxori eius angelus,qui cū eis loquebaſ: ☞ dicit Manue

†quod erit iudiciū pueri,& opus eius: Hebr. Moraliter

†tardes hic aliquātulū

## *Nicolaus de Lyra*

B a ¶Orauit. Hic conſequenter poniſ cōfirmatio facti p angelum. ſecūdò apparētē ad pces Manue.& patet litera paucis exceptis q̄ diſcurrenſ. b ¶Doceat nos. Licet enim angelus dixiſſet mulieri à quibus cauere deberet: hoc tamen non dixerat de puero naſcituro. ideo ſequitur poſtea: c ¶Ab omnibus. quia hęc abſtinentia iniuncta erat mulieri ratione pueri; & ideo multò fortius puer erat à talibus abſtinendus aliter tamen quàm mater,quia cùm eſſet Nazaræus per totam vitam debebat ſeruare legem Nazaræorum omnibus diebus vitæ ſuæ: mater autem vſque ad natiuitatem pueri tantùm. d ¶Dixit itaque. Hic cōſequenter ponitur oblatio ſacrificij: Manue enim credebat eum qui ei loquebatur eſſe hominem: & ideo voluit ei offerre prandium,dicens; e ¶Faciamus.i.præparemus tibi ad comedendum. f ¶Hædum. & per hoc intelliguntur alia in prandio neceſſaria, vt panis & vinum & ſimilia. g ¶Cui reſpon. quia cibo non indigebat. h ¶Si me co.i.ſi velles me cogere,nō comederē. i ¶Si.i.illa quę attuliſti ad honorem diuinum incendere. k ¶Offer illud. pro beneficio quod tibi ex parte eius annūtiaui. l ¶Et neſcie. quia talia non obtuliſſet ei ad comedendum: ſed credebat q eſſet propheta à deo miſſus.& ideo nō peccauit offerēdo ſacrificiū extra locū tabernaculi de pręcepto vel perſuaſione illius,qui erat nuntius dei. Sequitur: Cur quæris

†cùm

†Gen.32.g.

ſua,& ex utero matris ſuæ uſque ad di- a
em mortis ſuæ. Orauit itaque Ma-
nue dominum,& ait: Obſecro domine
ut uir dei quem miſiſti,ueniat iterum &
doceat nos, quid debeamus facere de b
puero qui naſciturus eſt. Exaudiuitq;
dominus deprecantem Manue,& ap-
paruit rurſum angelus domini uxori
eius ſedenti in agro. Manue autē ma-
ritus eius non erat cum ea. Quæ cùm
uidiſſet angelum, feſtinauit & cucurrit
ad uirum ſuum,nuntiauitq; ei dicēs: Ec-
ce apparuit mihi uir quem antè uide-
ram. Qui ſurrexit,& ſecutus eſt uxo-
rem ſuam,ueniensq; ad uirum dixit ei:
Tu es qui locutus es mulieri? Et ille re-
ſpondit: Ego ſum. Cui Manue: Quan
do,inquit,ſermo tuus fuerit expletus,
†quid uis ut faciat puer,aut à quo ſe ob
ſeruare debebit? Dixitq; angelus domi
ni ad Manue: Ab omnibus quæ locu- c
tus ſum uxori tuæ abſtineat ſe: quic-
quid ex uinea naſcitur non comedat,
uinum & ſiceram non bibat,nullo ue-
ſcatur immundo, & quod ei præcepi,
impleat atq; cuſtodiat. Dixit itaq; Ma- d
nue ad angelum domini: Obſecro te
†ut acquieſcas precibus meis & facia- e
mus tibi hædum de capris. Cui re- f g
ſpondit angelus: Si me † cogis,non h
comedam panes tuos: ſi autem uis i
holocauſtum facere, offer illud domi- k
no. Et neſciebat Manue quòd ange- l
lus domini eſſet. Dixitq; ad eū: Quod
eſt tibi nomen,ut † ſi ſermo tuus fuerit
expletus, honoremus te? Cui ille re-
ſpondit: † Cur quæris nomen meum, m
a quod eſt mirabile? Tulit itaq; Ma- n
nue hædum de capris & libamenta: & o
poſuit ſuper petram offerens domino p
qui facit mirabilia. Ipſe autem & uxor
eius intuebantur. Cumq; aſcenderet q
flamma altaris in cælum, angelus do- r
b mini pariter in flamma aſcēdit. Quod
cùm uidiſſet Manue & uxor eius, pro-
ni ceciderunt in terram: & ultrà eis non
apparuit angelus domini. Statimq;
intellexit Manue angelum domini eſſe,
c & dixit ad uxorem ſuam: Morte mo- s
riemur,quia uidimus dominum. Cui
reſpondit mulier: Si dominus nos uel-
let occidere, de manibus noſtris holo-
cauſtum & libamenta non ſuſcepiſſet:
nec oſtendiſſet nobis hæc omnia,† ne-
que ea quæ ſunt uentura dixiſſet. Pepe- t
rit itaq; filium, & uocauit nomen eius
Samſon. Creuitq; puer, & benedixit ei v
dominus: cœpitq; ſpiritus domini † eſ- x
ſe cum eo in caſtris Dan, inter Saraa
& Eſthaol.

m ¶Cur quęris nomen meum. C In Hebræo habetur: quod eſt celatum vel ignotum. Quod exponunt Hebręi, dicentes,q nomina angelorum qui mittuntur in miniſterium, variantur ſecundum legationes ad quas mittūtur. Vñ Eſa. vj. b. angelus qui miſſus eſt ad purgandum labia Eſaiæ cum calculo ardēti, nominaſ ibi Seraph: cùm tñ non eſſet de ordine Seraphico. Angeli autem de futuris ad quę mittendi ſunt, non habent præcognitionem: niſi quādo de⁹ reuelat eis: quę reuelatio fit ſecundū formam ſuæ volūtatis. Et iō angelus dixit nomen ſuū eſſe occultū: quia neſciebat ad quid de futuro mittendus erat. Alio mō poteſt exponi, quia ſecreta dei & angelorū nō ſunt hominibus reuelāda, niſi quantùm deo placet. n ¶Tulit. Id eſt liquida quę cum carnibus holocauſtorum offerri ſolent, prout habeſ Nume. xv. o ¶Et poſuit. vtens ea pro altari. p ¶Offerens domino. In Hebræo habetur: Offerens domino & mirabili, vel occulto ad faciendum: quia Manue nō erat de genere ſacerdotali: & ideo ad eum non pertinebat offerre ſacrificium: ſed obtulit materiam ſacrificij ei qui ſibi loquebatur in nomine dei, qui dixerat nomen ſuum eſſe mirabile vel occultum: vt ex illa materia faceret deo ſacrificium. quia prophetę loquentes in nomine domini poterant offerre autoritate eius, ſicut & ſacerdotes: ſicut patet de Elia. tertiò Regum. xviij. Manue autem credebat eū qui ſibi apparebat eſſe prophetam domini erat etiam plus q propheta ſcilicet angelus. q ¶Cumque aſcēderet flamma. Ex hoc videtur q ex illo lapide proceſſit ignis conſumens holocauſtum in ſignum diuinæ acceptationis. r ¶Angelus domini pariter. volens oſtendere q ipſe eſſet verè dei angel⁹ ad certificationem verbi eius. s ¶Morte D moriemur qa vidimus dominū. Exponaſ ſicut ſuprà. vj. ca. de Gedeone. t ¶Peperit itaque. Hic conſequenter deſcribitur natiuitas pueri ,& eius educatio, cùm dicitur: b ¶Creuitque puer,& benedixit ei dominus. conferendo ei donum fortitudinis,& fortè cum hoc gratię gratum facientis. vnde ſequitur: x ¶Cœpitque ſpiritus domini eſſe cum eo in ca. quia pro tunc illa tribus habitabat in tentorijs.

Nominū angelorum varia

†retardaueris.

✱comedat aliquid immundum: ſic talis doctor vel p̄latus nō incorporat ſibi mortale peccatum. Similiter ſicut de Samſone præcipitur, quòd non bibat aliquid inebriatiuum: ſic doctor vel prælatus nō debet aliquid agere quod ſit extra menſuram rationis rectę. Ebrietas enim dicitur ab , e ,quod eſt extrà, & bria, quod eſt mēſura. Samſon etiam accepit vxorem de filiabus Philiſthinorum, vt per hoc ſibi daretur occaſio pugnandi contra eos, vt habetur in textu. Sic bonus doctor vel prælatus accipit ſibi ſapientiam Gentilium philoſophorum, quæ dici poteſt eius vxor. Nā de ſapientia dicitur, Sapien. viij. a. Hanc quæſiui mihi ſponſam aſſumere.& per ipſam habet occaſionem pugnandi cōtra infideles & hæreticos, qui ratiōibus ſophiſticis inuoluunt catholicos ſimplices ſapientiā philoſophicam ignorātes.

Moraliter

†& ſecundū tempus non audire feciſſet nos talia: Hebr.

†roborare cum

☞ dicit Manue vxori: morte moriemur &c. Pro eo ſcilicet qđ ſcriptū
E eſt: Nemo poteſt faciē meā videre & viuere. Opinabanť ergo vt ho
Exod. 33. d. mines deū ſe vidiſſe, tanto vtiꝗ miraculo facto, ꝙ in igne ſacrificij
ſtetit, q cū illis prius quaſi hō loquebať. Sed deū in angelo an̄ deum
ipſum angelū appellabāt: ſic em̄ ſcriptū eſt: Et ſumpſit Manue hędū
caprarū & fecit ſacrificiū: & obtulit ſupra
s. eodem petrā dn̄o mirabilia facienti: & Manue &
vxor eius expectabāt &c. His ergo v̄bis qa
nō dixit: morte moriemur, qa vidim⁹ an-
gelū domini, ſed deum vidimus: oriť quæ-
ſtio: Vtrum in angelo intelligebant deum,
an eundem angelum vocabant deum. Il-
lud em̄ tertiū ꝙ deū putauerāt q erat ange
lus dici nō pōt apte, dicēte ſcriptura: Tunc
cognouit qa āgel⁹ dn̄i eſt, ſed vn̄ metuebāt
mortē? Nō em̄ ſcriptū erat: Nemo videt fa
ciē angeli & viuet. An vł in hoc ipſo ꝙ in
angeli p̄ntia deū cognouerat, Manue ita ꝑ
turbat⁹ eſt vt mortem timeret. Qđ aūt illi
vxor r̄ndit: Si vellet dn̄s mortificare nos, nō
accepiſſet de manu nr̄a holocauſta & ſacri
ficiū, nec illuminaſſet hęc oīa: ſed audita fe
ciſſet hęc nobis: vtrū ipm angelū credide-
rūt accepiſſe ſacrificiū: qa viderūt eū in flā
ma altaris ſtetiſſe: an ꝑ hoc intellexerūt acce
†meo piſſe dn̄m: qa hoc fecit angel⁹, vt ſe oſtēde-
ret angelū: Quodlibet horū ſit, iā angel⁹ di
xerat. Si aūt facis holocauſtū, dn̄o offer il-
lud: hoc ē nō mihi, ſed dn̄o. Qđ ergo ſtetit
angel⁹ in altaris flāma, magis ītelligēdus eſt
ſignificaſſe illū magni cōſilij angelū in for-
ma ſerui. i. in hoīe, quē ſuſceptur⁹ erat, nō ac
cepturū ſacrificiū, ſed ipm ſacrificiū futurū.

## Cap. XIIII.

a Deſcendit ergo Samſon in Thānatha, uidensꝗ ibi mulierem de filiabus Phili-
ſtijm, aſcendit & nuntiauit patri ſuo & matri ſuæ dicens: Vidi mulierem in Thānatha de filia-
bus Philiſthinorum, quam quæ-
ſo, ut mihi accipiatis uxorem. Cui dixerunt pater ſuus & ma-
b ter: Nunquid non eſt mulier in filiabus fratrum tuorum, & in omni populo † tuo: quia uis ac-
cipere uxorē de Philiſthijm qui incircūciſi ſunt? Dixitꝗ Samſon ad patrem ſuum: Hanc mihi ac-
c cipe, quia placuit oculis meis. Pa
rentes autem eius neſciebant ꝙ
d res à domino fieret: & quæreret occaſionem contra Philiſthijm.
e Eo enim tempore Philiſthijm
f dominabātur Iſraēli. Deſcendit itaꝗ Samſon cū patre ſuo & ma-
tre in Thamnatha. Cumꝗ uenif-
g ſent ad uineas † oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus & rugiens,
h & occurrit ei. † Irruit autem ſpi-
ritus domini in Samſon: & dila-
i cerauit leonem quaſi hædū in fru
ſta decerperet: nihil omnino ha-
k bens in manu: & hoc patri & ma
tri noluit indicare. Deſcēditꝗ, &
locutus eſt mulieri quę placuerat
l oculis eius. Et poſt aliquot dies
m reuertens ut acciperet eam, decli
nauit ut uideret cadauer leonis.
n Et ecce examē apum in † ore leo-
nis erat, & † fauus mellis. Quem cū ſumpſiſſet in manibus, come-
debat in uia: ueniēſꝗ ad patrem ſuum & matrē, dedit eis partem,
qui & ipſi comederūt, nec tamen eis uoluit indicare, ꝙ mel de cor-
o pore leonis aſſumpſerat. Deſcen
p dit itaꝗ pater eius ad mulierē, &
fecit filio ſuo Samſon cōuiuium. Sic enim iuuenes facere conſue-

Margin: †meo; †Thānath; al. ſęuus; †Tranſiuit; †mel; †corpore

## GLO. ORDI.

### Cap. XIIII.

Deſcendit. Sequiť a ℭ Deſcē.
Ili. Sāſon cū ad alienigenas tēde
ret cā petēdę vxoris, leonē occi
Myſticē dit. & Chriſt⁹ eccłiā vocatur⁹
F de gētib⁹ diabolū vicit q ait: Gaudete, qa
Io. hā. 16. g. ego vici mūdū. Ex ore leōis occiſi fauus ex
trahiť: qa vt cōſpicim⁹ reges terreni regniꝗ
cōtra Chriſtū an̄ fremuerāt iā p̄cepta feritate
dulcedinē euāgelij p̄dicāt, & mūīmēta p̄bēt.

☞ Percuſſitꝗ eos

## NIC. DE LY.

### Cap. XIIII.

Deſcen. Hīc cōſequēter deſcri-
biť occaſio inuaſiōis Philiſthi
norū, q̄ occaſio data eſt Sāſo-
ni ex acceptiōe vxoris de Phili
ſthęis: vt patebit ex ſeqntib⁹. Et iō circa hoc
primò deſcribiť dictę vxoris petitio. ſecun
dò petitę deſponſatio, ibi: Deſcendit itaꝗ.
tertiò deſponſati acceptio, ibi: Et poſt ali-
quot dies. q̄rtò inuaſionis occaſio, ibi: Cū
igiť ciues. Circa primū dr̄: Deſcen. villa eſt
Philiſthinorū ad quam venit Sāſon ad vi-
dendū feſtū qđ faciebāt Philiſthęi qb⁹ ſer
uiebāt Hebręi ſub tributo: ꝓpter qđ ſecu
rè poterāt ad loca eorū declinare. b ℭ Nū
quid. hoc dicebāt parētes Sāſonis: qa ꝓhi
bitū ē Deu. vij. a. ne cōtrahāt mr̄imonia cū
alienigenis. Ideo ſubdiť: c ℭ Paren. Ex hoc
aūt ꝙ ſcriptura excludit parētes Sāſōis tm̄
ab hac notitia, vr̄ ꝙ Sāſon cognouerit ꝑ re
uelationem volūtatem domini circa hoc:
aliter em̄ peccaſſet ſi mulierē alienigenā ac
cepiſſet vxorē: niſi ſciret dn̄i volūtatē, q po
terat in p̄cepto diſpēſare. Sed adhuc vr̄ ꝙ
parētes ei⁹ malè fecerūt illā mulierē petēdo
ꝓ filio: qa hoc ꝓhibeť Deu. vij. a. vbi dr̄: Filiā ei⁹. ſ. alienigenę nō acci
pies filio tuo vxorē. Dicēdū, ꝙ Sāſō eis volūtatē dn̄i reuelauit, licet
nō ſit ſcriptū. Erāt em̄ deuoti: & iō nō ē v̄iſile ꝙ feciſſent cōtra p̄ce
ptū dn̄i: niſi Sāſon eis dixiſſet hoc eſſe de volūtate dn̄i: & b̄n̄ debebāt
ei credere, eō ꝙ fuerat ꝑ angelū annūtiat⁹ & mirabiliter nat⁹, vt. s.
dictū eſt. d ℭ Et quę. Sciebat em̄ Sāſon in gn̄ali ꝑ reuelationē: ꝙ
contractus

cōtractus illius matrimonij eſſet occaſio rebellādi Philiſthęis, licet ad C
huc ignoraret modū in particulari. Sed queriť hīc quare ad hoc q̄re
bať occaſio: cū Philiſthęi habitaret in terra Hebręis ꝓmiſſa: vt patet
ex ſupradictis ca. iii. De illis habitatorib⁹ p̄ceperat dn̄s filij Iſrł ꝙ eos
exterminarēt ſine miſericordia: vt habeť Nu. xxxiij. & Deut. vij. pro
pter qđ vr̄ ꝙ nō erat q̄rēda alia occaſio. Di
cēdū ꝙ ꝓpter pc̄ā Hebręorū dn̄s permiſe
rat Philiſthęos ad tp̄s eis dn̄ari, & inter ipos
erāt aliqua pacta iuramēto firmata, qđ erat
licitū Hebręis facere in tali caſu, vt dictum
fuit Ioſue. xxi. & xxiij. ꝓpter qđ nō licebat
Hebręis Philiſthęos tūc inuadere abſꝗ no
ua occaſiōe: & ij. Paral. vlt. c. inter mala Se
dechię regis ꝓpter q̄ fuit captiuat⁹ & ciui
tas deſtructa dr̄. A rege quoꝗ Nabucho-
do. receſſit q adiurauerat eū ꝑ deū. & hoc
notať cū ſubdiť: e ℭ Eo enim. qđ dn̄ium
erat prędicto mō firmatum. f ℭ Deſcen.
Hīc deſcribiť p̄dictę mulieris deſponſatio:
p̄mittiť tn̄ caſus accidēs in via, cùm dicitur:
g ℭ Apparuit. ſcilicet Samſoni quaſi ad
deuorandū eū. Separauerat em̄ ſe Samſon
ā parētib⁹ ſuis ꝓ aliqua neceſſitate. & tunc
occurrit ei leo ita ꝙ parētes ei⁹ nō viderūt.
h ℭ Irruit au. i. ſpiritus fortitudinis. Illa Fortitudi-
em̄ fortitudo nō inerat ei ex cōplexiōe ſeu nis Samſo-
virtute naturali: alioquin nō receſſiſſet ab nis donum
eo, quando fuit raſus: vt habetur. j. xvi. ca. gratuitum
ſed erat illa fortitudo q̄dā gr̄a gratis data,
quę nō ſēp adeſt hoī. ſicut ſpūs ꝓphetię nō
ſemꝑ aderat ꝓphetis: ſed qn̄ expediebat ſe
cūdū ordinationē diuinā: & hoc mō vr̄ di
cēdū de fortitudine Samſonis, ꝓpter qđ oc
currēte leone dr̄ hīc ꝙ irruit in eū ſpūs dn̄i.
i. motus illius fortitudinis. i ℭ Nihil. ad
oſtēdēdū, ꝙ hoc nō fecit gladio vł baculo.
k ℭ Deſcen. ſcilicet de matrimonio con
trahendo: & tunc facta fuerunt ſponſalia.
ℭ Et poſt. Hīc cōſequēter deſcribiť mu
lieris deſpōſatę acceptio in matrimonium.
iō ſubdiť: m ℭ Reuer. Interponiť tn̄ ca
ſus contingens in via, cùm diciť: Declina. H
n ℭ Et ecce. i. congregatio apum. Queriť
hīc quō apes q̄ abhorrēt fœtida ibi mellifi
cauerāt. Pōt dici ꝙ apū diuerſę ſunt ſpecies:
& aliquę ſunt ruſticanę & non abhorrēt ta
lia, cuiuſmodi erāt iſtę. vn̄ & aliq̄ mellificāt
in foraminibus terrę. Sequiť: o ℭ Deſcē.
quia locus vbi manebat mulier erat demiſ
ſior ꝗ loc⁹ vbi manebat pater Samſonis.
p ℭ Et fecit filio. pro celebratione nu-
ptiarum ſecundū conſuetudinē illius terrę.

☞ Cùm ergo

Moraliter. a ℭ Deſcendit ergo Sam Moraliter
ſon in Thānatha: videnſque ibi mu
lierem de filiabus Philiſtiim aſcen-
dit & nuntiauit patri ſuo & matri.
Per Samſonē qui prexerit ad accipiendū ſi
bi Gentilē vxorem, allegoricè ſignať Chri
ſtus q in primitiua eccleſia cōiunxit ſibi ꝑ
fidē ipam Gētilitatē Iudęa ꝓ maiori pte in
credula remanente. Propter quod dixerūt
apoſtoli Iudæis, Act. xiij. g. Vobis oporte
bat primū loq verbū dei: ſed qm̄ repellitis
illud, & indignos vos iudicatis ęternę vitę,
ecce cōuertimur ad gētes. ſic em̄ p̄cepit no
bis deus. Et per illam prædicationem cōiū
xerunt Chriſto & non ſibi Gentilitatem ꝑ
fidem: non enim erant ſponſi, ſed eius para
nymphi. g ℭ Apparuit catulus leo-
nis ſæuus, & rugiens, & occurrit ei.
Per quem intelligi poteſt Saul⁹ Chriſtū in
pugnans, propter quod dixit ei Act. ix. a. Saule ſaule qd me pſeq̄ris?
Per hoc aūt ꝙ verbo Chriſti ꝓſtrat⁹ fuit in terrā tāꝗ mortu⁹, appa
ruit ꝙ poterat eū lacerare ſicut Samſon leonē occurrētem lacerauit.
Per hoc autem ꝙ in ore leonis mortui inuētus fuit fauus mellis, ſi-
gnificata fuit melliflua doctrina Pauli mūdo mortui: ſicut dicit Ga
la. vj. c. Mihi aūt abſit gloriari niſi in cruce domini noſtri Ieſu Chri

ſti: id eſt in

A ⁓ a ℭ Cum. Hîc cōſequenter deſcribitur rebellionis occaſio duplex. ſecūda ponit̃ in prin. xv. ca. Circa primum dicitur: Cum er. ſcilicet magnum & robuſtum. b ℭ Dederūt. vt ſi Samſon vellet aliquid agere cōtra eos, iſti reſiſterent ei: tamen fuerūt ei aſſignati ſub ſpecie ſocietatis & honoris nuptiarum. c ℭ Quibus lo. vt inde inter ipſos oriretur quæſtio ſeu contentio. d ℭ Proponam. i. verbū dubium & occultum: quod Gallicę dicit̃, deuinaille. e ℭ Dabo. i. lineas veſtes. f ℭ Dixitque. problema ſuum. g ℭ De come. ꝑ hoc obſcurè propoſuit qđ inuenerat mel in cadauere leonis: quia mel eſt dulce: & leo eſt fortiſſimus beſtiarum: & in illa parte leonis inuenit mel, quod eſt comeſtibile quæ eſt inſtrumētum comeſtionis, ſcilicet in ore. h ℭ Nec. licet multum cogitaſſent. i ℭ Cumque. Non eſt intelligendum ꝙ eſſet dies ſeptimus cōuiuij, imò erat quartus: ſed vocatus eſt ſeptimus, q̃a erat ſabbathum occurrens inter conuiuiū nuptiarum. Cætera patent vſq; ibi: k ℭ Septem. i. pro maiori parte ſeptem dierum: quia à quarta die incepit, vt patet ex prędictis. l ℭ Tandemq;. Hîc accipitur dies ſeptima pro ſeptima die conuiuij, nō pro ſabbatho. m ℭ Et illi dixerunt. qui ſi tardaſſent vſq; poſt occaſum amiſiſſent quia finita fuiſſet dies ſeptima. quia dies eſt latio ſolis ſuper terram. n ℭ Quid dul. intellectus patet ex

B prædictis. o ℭ Si non. Ille qui arat inueſtigat terram inferius, ita fecerūt iſti qui ſolutionem quam inuenire non poterant, inueſtigauerunt ꝑ vxorem Samſonis: quam vocat vitulam propter muliebrem inſolentiam.

p ℭ Irruit ita. in vindictam iniurię ſibi factę. Tum quia problema per ſe ipſos ſoluere debebant, non per aliā perſonam, vt patet ex modo loquendi ſuprà poſito, vbi dicitur: Quod ſi ſolueritis mihi &c. Tum quia ꝑ mætum mortis incuſſum vxori ſuæ & amicis eius ſolutionem inquiſierant. Sequitur: q ℭ Iratuſque. contra Philiſthęos & vxorem ſuam eo ꝙ reuelauerat ſecretum ſuum. r ℭ Aſcēdit. ab vxore ad tempus diſcedēdo.

Moraliter ✱ſti, id eſt in ei⁹ doctrina dulci, ꝑ quē mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. g ℭ De co. Hoc autem problema ſolui non potuit, niſi per vxorem Samſonis per quod ſignificatū fuit: ꝙ mutato Sauli de perſecutore amariſſimo in dulciſſimum doctorem, non poteſt intelligi niſi per eccleſiam Chriſti ſponſam: quæ nouit virtutem ſponſi potentis facere de ꝑſecutore defenſorem, & de lupo paſtorem. Alter per leonem laceratum poteſt intelligi corpus Chriſti flagellis & clauis plagatum: quod ipſamet per Samſonem figuratus lacerauit, inquantum ad paſſionem voluntariè ſe obtulit: & de eius corpore mortuo exiuit ſanguis & aqua: ex quibus virtutem habent ecclesię ſacramenta inter quæ principale eſt euchariſtiæ ſacramentum, in quo habemus dulciſſimum cibum. De quo figuraliter dicitur

Diuiſio

⁓ ciues loci illius

† lintea mina

† ſuade ⁓ & ſuade ei

⁓ & quęrebatur

† ſodali

✱ caudarum

⁓ vt huc illucq; diſcurrerūt Quæ ſtatim perrexerunt

✱ i aceruos

a uerant. Cùm ergo ciues loci illius uidiſſent
b eum, dederūt ei ſodales triginta qui eſſent
c cum eo. Quibus locutus eſt Samſon: Pro-
d ponam uobis problema, quod ſi † ſolueri-
e tis mihi intra ſeptem dies conuiuij: dabo uo
bis triginta † ſyndones, & totidem † tunicas.
Sin autem non potueritis ſoluere, uos dabi-
tis mihi triginta ſyndones, & eiuſdem nu-
meri tunicas. Qui reſponderunt ei: Propo-
f ne problema, ut audiamus. Dixitq; eis:
g De comedente exiuit cibus, & de forti egreſ
h ſa eſt dulcedo. Nec potuerunt per tres di-
i es propoſitionem ſoluere. Cumq; adeſſet
dies ſeptimus, dxerunt ad uxorem Samſon.
† Blādire uiro tuo, & ſuade ei, ut indicet † tibi
quid ſignificet problema. Quod ſi facere
nolueris incendemus te, & domum patris
tui. An idcirco uocaſtis nos ad nuptias, ut
ſpoliaretis? Quę fundebat apud Samſon
lacbrymas & quęrebatur dicens: Odis me,
& non diligis: idcirco problema quod pro-
poſuiſti filijs populi mei, non uis mihi ex-
ponere. At ille reſpondit: Patri meo & ma-
tri nolui dicere, & tibi indicare potero?
k Septem igitur diebus conuiuij flebat ante
l eum, tandemq; die ſeptimo cùm ei eſſet mo
leſta, expoſuit. Quę ſtatim indicauit † ciui
m bus ſuis. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante
n ſolis occubitū: Quid dulcius melle, & quid
o fortius leone? Qui ait ad eos: Si non araſ-
p ſetis in uitula mea, non inueniſſetis propo
ſitionem meam. Irruit itaq; in eum ſpiritus
domini: deſcenditq; Aſcalonem, & percuſſit
ibi triginta uiros, quorum † ablatas ueſtes
q dedit hisqui problema ſoluerent. Iratuſq;
r nimis aſcendit in domum patris ſui: uxor
autē eius accepit maritū unum de † amicis
eius & pronubis.

## Ca. XV.

Poſt aliquantulum autē tem-
s poris cùm dies triticeę meſſis
inſtarent, uenit Samſon inui
ſere uolens uxorem ſuam, &
attulit ei hœdum de capris.
t Cumq; cubiculum eius ſoli-
tò uellet intrare, prohibuit illū pater illius
u dicens: Putaui ꝙ odiſſes eam & ideo tradi-
di illam † amico tuo. Sed habet ſororem quę
iunior & pulchrior illa eſt, ſit tibi pro ea
x uxor. Cui Samſon reſpōdit † Ab hac die nō
erit culpa in me, cōtra Philiſtheos. Faciā em̃
y uobis mala. Perrexitq;. & cepit trecētas uul
z pes: caudasq; earū iūxit ad caudas, & faces
ligauit in medio ✱: quas ✱ igne ſuccendens di-
a miſit ut huc illucq; diſcurrerent. Quę ſtatim
perrexerunt in ſegetes Philiſthinorum.
b Quibus ſuccenſis & comportatę iam fru-
ges ✱ & adhuc ſtantes in ſtipula, concrema-
tę ſunt: intantū ut uineas quoque & oliue-

dicitur Sapien. xvj. c. Panem paratū C de cælo præſtitiſti eis ſine labore, oē delectamentum in ſe habentem: & omnis ſaporis ſuauitatem.

## NICO. DE LY.

### Cap. XV.

Poſt ali. Hîc conſequenter ponit̃ ſecūda occaſio eo ꝙ fuit ꝓhibit⁹ ab vxore ſua. & hoc eſt qđ dicit̃: t ℭ Cumq;. i. modo & affectu maritali. v ℭ Prohibuit. In hoc facta fuit Samſon iniuria, quia nō repudiauerat vxorem, ſed tm̃ ad horā receſſerat ab ea, quod erat ſibi licitum: & iō facta fuit ſibi iniuria, eo ꝙ ſine ſcitu & requiſitione eius alteri fuit data. & iō dixit: x ℭ Ab hac. inuadendo ſcilicet eos propter infidelitates & iniurias mihi factas. & maximè quia dixerat angelus de eo: ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſthinorum, vt habetur ſuprà ca. xiij. y ℭ Perre. Habita iuſta occaſione nocendi Philiſthęis, vt patet ex ꝑdictis: hîc cōſequēter deſcribit̃ eorū inuaſio & debellatio: & primò in eorū bonis. ſcđ'ò in ꝑſonis, ibi: Quibus ait Samſon. Circa primū dicit̃. Perrexitq;. Licet eſſet multum fortis & agilis, tñ veriſimile eſt ꝙ ceperit eos auxilio aliquorū. In illa em̃ terra abūdant vulpes, & cū retibus & ingenijs poſſunt citò capi in tāta multitudine: ſicut in terra iſta in vna garena poſſunt citò capi trecenti cuniculi: maximè ꝑ hoies ad hoc ingenioſos. z ℭ Caudaſq;. Quod eſt intelligēdū ꝙ ꝑ aliqua ligamina ad hoc apta ligauit caudas duarum ad inuicem: & ligamina erāt ita longa, ꝙ in medio poterant ligari faces ardentes quæ de facili non poſſent extingui: nec lęderent vulpes. a ℭ Quæ ſta. Eo enim ꝙ ligatę erāt modo prędicto, nō poterāt currere ordinatè, & expeditè ad occultandū ſe in nemoribus vel foueis terræ, ſed cucurrerunt ad illud quod erat magis in promptu, ſcilicet ad ſegetes ſtātes: quę erant deſiccatę & propinquę Meſſioni: quod patet ex hoc ꝙ aliq̃ iam erant collectæ. vnde ſubditur: b ℭ Et com. Non ad domos, ſed in campis: vbi per aliquod tempus dimittebantur in magnis aceruis: ſicut fit in multis terris. Cętera patēt i lrã.

⁓ Quibus

Moraliter. s ℭ Poſt ali. Per patrē vxoris Samſonis qui prohibuit Sāſonem ab ingreſſu ad ſuam vxorem, intelligi poteſt imperator Roman⁹ vel eius imperium ſuper gentes habens dominium: & quātum in ſe fuit, prohibuit coniunctionem Chriſti per Samſonem figurari, cum eccleſia de gentibus collecta: Et ſicut Samſon ꝑ combinationem vulpium incendit ſegetes Philiſthinorum: ſic Chriſtus per prędicatores charitate combinatos ſuccendit fidei charitate formata Gentilium corda: intantū ꝙ in multis erant ad martyrium promptiſſima. De hoc igne dicit ſaluator Lucę. xij. f. Ignem veni mittere in terram: &

✱ qd vo

† indicaueritis mihi, & inueneritis.

† mutatorias veſtes.

† nobis

† filijs populi ſui

D

† tulit exuuias, & dedit mutatorias veſtes

† ſodalibus eius qui ſocius ei fuerat. i. qui iuuerat eū in nuptijs celebrandis.

Moraliter

† innocens ſum ſemel erga Philiſthæos, ſi fecero eis malum.

✱ faces

a ℂPercuſ.LXX.Percuſſit alienigenas
E Sãſon ad tibiã ſup femur.i.tã mirabi'r, vt
ſtupẽtes tibiã vni⁹ pedis ſup femur alteri⁹
ponerent.b ℂIurate.Aug .Quid eſt qđ
ait Sãſon viris Iudæ:Iurate mihi ne interfi-
ciatis me vos:& tradite me eis,ne fortè oc
curatis in me vos:Quã locutionẽ ita q̃dã
interp̃tati ſunt,ne fortè veniatis aduerſum
me vos.Sed hoc eũ ne ab his interficeretur
dixiſſe illud indicat,qđ in libro regnorum
ſcriptũ eſt iubẽte Salomõe,vt hõ occideret
3.Regũ.2.e. dicẽte:Vade occurre illi.Qđ iõ non intelli
ſecundũ aliã gitur,q̃a nõ eſt cõſuetudis apud nos ita di-
literam ci. Sic ẽm qđ militares p̃tãtes dicũt: vade.
alleua illũ,& ſignificat,occide illũ,quis intel
ligat,niſi q̃ illi⁹ locutiõis cõſuetudinẽ nouit.
Solet & vulgo apud nos dici: cõpẽdiauit
illi.i.occidit illũ:& hoc nemo intelligit,niſi
qui audire cõſueuit.hæc eſt ẽm vis g̃nalis
omnium locutionũ: vt quemadmodum
†cacumine ip̃ę linguę non intelligantur,niſi audiendo
Moraliter vel legendo diſcantur,ita nec modi locu-
tionum. c ℂIn ma.Grego.Maxilla aſini
p̃dicatores ſignificat.Redẽptor ẽm nr̃ ſim
plicitatem & patientiã p̃dicãtiũ,ſuæ manu
virtutis tenẽs à vitijs carnales interfecit,&
maxilla in terrã proiecta,poſtmodũ aquas
fudit:q̃a tradita morte p̃dicatorũ corpora
magna populis monſtrauere miracula .
Iudicauit

ta flamma conſumeret . Dixe-
runtq́ Philiſthiim:quis fecit hãc
rem? Quibus dictum eſt:Sam-
ſon gener Thamnathęi,quia tu-
lit uxorem eius & † alteri tradi-
dit,hæc operatus eſt. Aſcende-
runtq́ Philiſthiim,& combuſſe
runt tam mulierẽ quàm patrem
eius. Quibus ait Samſon: Licet a b
hæc feceritis,tamen adhuc ex uo
bis expetam ultionem , & tunc
a quieſcam.Percuſſitq́ eos †ingen c
ti plãga , ita ut ſtupentes ſuram
femori imponerent. Et deſcen-
dens habitauit in † ſpelunca pe-
træ Etam . Igitur aſcendentes d
Philiſthiim in terrã Iuda caſtra- e
metati ſunt in loco , qui poſtea
uocatus eſt Lechi,id eſt maxilla,
ubi eorum †effuſus eſt exercitus. f
Dixeruntq́ ad eos uiri de tribu
Iuda:Cur aſcendiſtis aduerſum g
nos? Qui reſponderunt: Vt lige h
mus Samſon uenimus,& redda-
mus ei quæ in nos operatus eſt.
Deſcenderunt ergo tria milia ui i
rorum de Iuda ad † ſpecum ſilicis
Etam. Dixeruntq́ ad Samſon:
Neſcis q̃ Philiſthiim imperent
nobis? Quare ergo hoc facere uo
uiſti? Quibus ille ait:Sicut fece-
rũt mihi ſic feci eis:Ligare inqui- k
unt te uenimus,& tradere in ma-
nus Philiſthinorũ. Quibus Sam
b ſon : Iurate,ait, & ſpondete mi- l
hi q̃ nõ † occidatis me. Dixerũt:
Nõ te occidemus,ſed uinctũ tra-
demus*.Ligauerũtq́ eũ duobus
nouis funibus,& tulerũt eũ de pe
tra Etam. †Qui cũ ueniſſet ad † lo m
cum maxillæ,& Philiſthiim uoci
ferãtes occurriſſent ei,irruit ſpiri n
tus domini in eũ:& ſicut ſolẽt ad
ardorẽ ignis ligna cõſumi,ita uin
cula quibus ligatus erat, diſſipa-

a ℂPrædicatores ſimplices & patientes.

ta ſunt & ſoluta. Inuentamq́ mã o
xillam,id eſt mandibulam aſini,

a ℂManu ſuæ virtutis tenens.
b ℂA vitiis.

quæ iacebat , arripiẽns , interfe- p
c cit in ea mille uiros,& ait: In ma- q
xilla aſini,† in mandibula pulli a-
ſinarum deleui eos, & percuſſi
mille uiros . Cumque hæc uer-
ba canens compleſſet , proie-
cit mandibulam de manu : & r
uocauit nomen loci illius Rama
thlechi , quod interpretatur ele-
uatio maxillæ. Sitiẽsq́ ualde,cla-

*Nicolaus de Lyra.*

a ℂQuibus ait.Hîc cõſequenter po
nitur inuaſio in pſonis.& hæc eſt duplex.
ſc'a ponit ibi:Igit aſcendentes.Circa pri-
mum dicit: b ℂLicet.hoc dixit Samſon.
Tũ q̃a Philiſthęi nõ cõbuſſerãt vxorem ei⁹
& patrẽ zelo iuſtitiæ,ſed magis commoti
paſſiõe irę p̃pter dãnũ eis illatũ.Tũ q̃a oc-
caſiõe p̃dicta habita guerra erat inter Sãſo
nẽ & Philiſthęos apertè:nec tenebat ceſſa-
F re ab eorũ inuaſiõe,maximè cũ ad hoc fuiſ
ſet cõſecratus ex diuina reuelatiõe,vt patet
ex ſupradictis. c ℂPercuſſitq́.Sura eſt
poſterior pars cruris:femur anterior. Mo
dus autem eſt hominũ q̃ ſũt attoniti & me
†cõtingẽtis ditabũdi imponere ſurã vni⁹ cruris ſup ſe
mur alterius.Et p hoc deſignatur q̃ Phili
ſthęi fuerunt ita ſtupefacti de plaga eius in
*in manus flicta à Sãſone,q̃ multũ cogitabãt qualiter
eorum ſe vindicare poſſent.In Hebręo autem ſic
Diuiſio habetur:Percuſſit eos plaga magna:tibiã
ſuprà.4.b. ſup crus ſuum,quod exponunt Hebræi de
percuſſione peditum cum equitibus,quia
pedites in bello innituntur tibijs ſuis, equi
tes verò crurib⁹. d ℂIgitur aſcenden.
Hîc ponitur ſecunda percuſſio Philiſthi-
norum.vbi primò ponitur huius percuſ
ſiõis occaſio.ſc'ò ipſa pcuſſio,ibi:Qui cũ
veniſſet.tertiò gratiarũ actio,ibi:In maxil
la aſini. Occaſio aũt data Sãſoni fuit,eò q̃
p̃pter eũ volebant inuadere totũ populũ
Iſrael.& hoc eſt qđ dicit:Igitur aſcendẽ
tes.& tñ Samſon nõ erat de tribu illa,ſed
de tribu Dan,vt patet ex ſupradictis ca.xiij.
e ℂCaſtrametati ſunt. Hoc dicitur p
diminutionem,q̃a locus ille vocatus eſt po
ſtea Rhamathlechi,vt habetur eodem ca.ſi
cut aliquando aliquis vocatur Minus pro
†aceruum Iacominus.f ℂVbi eorum. Hoc dicit:
aceruorũ, ad denotãdũ magnitudinẽ exercitus eorũ,
in maxilla a quia occupabat magnum terræ ſpatium.
ſini g ℂCur aſcendiſtis. Quaſi diceret:tri
-quod iter butũ vobis reddimus,nec rebellamus:&
preta.eleua ideo non habetis occaſionẽ inuadẽdi nos.
cio maxille. h ℂQui reſponde . Licet enim veniret
vide noĩa pricipaliter p̃pter Sãſonẽ:tñ occaſiõe ipſi⁹
Hebræa veniebãt cõtra totũ pplm,niſi traderet in
manibus eorũ:qđ fuit eis conceſſum. Ideo G
ſubdit: i ℂDeſcenderunt ergo &c.
ad capiendũ Samſonem,& tradendũ Phili
ſthæis ſecũdũ qđ fuerat iter eos cõdictũ.Et
patet litera vſq́ ibi:l ℂIurate ait & ſpõ.
volebat enim ſatisfacere Iſraelitis:& ſic age-
re q̃ nõ interficerentur à Philiſthęis: nec ab
ipſo eis reſiſtendo: & haberet occaſionẽ iu † ſodali ei⁹
ſtã interficiẽdi Philiſthæos qui veniebãt ad
eũ occidendũ. m ℂQui cum ve. Hîc cõ
ſequenter deſcribitur philiſthinorũ inuaſio
cũ dr̃:Qui cum veniſſet.Hic locus ſic no
minatur hîc per anticipationem,vt patet p
literam ſequentem. n ℂIrruit ſpiritus. † coxa ſup
do.i.motus dono fortitudinis ad rũpendũ femur pla
vincula & ad Philiſthæos debellandum . ga magna,
o ℂInuẽtamq́ maxil.Per hoc oſtendit Hebraiſm⁹
victoria magis mirabilis & à deo facta:quia (Chal.iter.
non fuit per arma ferrea.Sciendũ tñ,q̃ aſi- & equites
ni maiores ſunt in terra illa, & habent maio cum pediti
ra oſſa. p ℂInterfecit in ea.Ex quo pa- bus.Alij de
tet,q̃ miraculosè ſeruabat à cõfractione in ijs q̃ fugien
tot & tantis percuſſionibus virorum arma tes cadebãt
torum. q ℂIn maxilla aſini. Hîc cõſe in faciẽ, co-
quenter ponitur gratiarum actio. Modus xa ſuper fe
ẽm erat Hebræorum in victorijs à deo da- mur expo-
tis canere canticum per modum gratiarũ nunt.)
actiõis ſicut patet in cantico Moyſi,Exo.xv. †extẽdit ſe
& in cantico Delboræ ſupra.v.c.& ideo Sã -loco qui
ſon in hac victoria diuinitus ſibi data ceci- poſtea vo-
nit canticum incipiendo p talẽ modũ: In catus eſt
maxilla &c. Vtrũ aũt totũ canticũ ei⁹ ſit -i. maxilla
hîc ſcriptũ vel ſolũm ipſius principiũ, certũ
non habetur,videtur tamen probabilius,q̃
ſolũm principiũ ſit hîc ſcriptũ:quia non oĩa †ſummita-
ſunt ſcripta, & quia nõ legunt cãtica ſic bre tem
uia.Sequitur: r ℂ Et vocauit no. loci
&c.Quod autem ſequitur:Quod inter-
pretatur ele.&c.non eſt in Hebræo: ſed
appoſitum eſt à translatore ad oſtendendã
ſignificatũ nois.qđ bñ fuit impoſitũ: quia
ſatis fuit mirabile & inſolitũ q̃ cũ maxilla a-
ſini fieret tm̃ factũ.Qđ aũt hîc diuinit⁹ fieret
oñdit p ſequẽs miraculũ,cũ dr̃:Aperuit ita-
q̃ dñs molarẽ dentẽ.Et patet litera.
*& qd volo niſi vt ardeat:Qđ aũt p vul- H
pes poſſunt intelligi p̃dicatores oſtendit. pi Moraliter
guedo nãq́ vulpiũ medicinale eſt cõtra cõ
tractionẽ & ſtupefactionẽ neruorũ. multi
verò p̃dicatores cõtractos corporaliter ere
xerũt,vt patet de Paulo & Iohãne Act. iiij.
& de Paulo & Barnaba Act.xiiij. & multa
ſilia fecerũt alij diſcipuli Chriſti & miniſtri. †Lechi
Spũaliter aũt cõtractos p pigritiã & acce
dẽã q̃ſi quotidie erigũt p̃dicatores eccl'iæ:&
in via morũ faciunt ambulare. k ℂLiga
te &c.Per ligationẽ Sãſonis p viros Iuda
põt intelligi ligatio Chriſti in Petro,ſicut &
crucifixus fuit in ipſo.p̃pter qđ eidem ap-
parens dixit: Vado Romã iterũ crucifigi.
Hęc aũt ligatio facta fuit a Iudæis,& ſoluta
virtute diuina,Act.xij.ſicut Sãſõ dono for
titudinis à deo rupit vincula. Per hoc aũt
q̃ Sãſon ĩ mãdibula Philiſthæos debellauit
ſignificatũ fuit,q̃ Chriſtus in Petro p p̃dica
tionẽ euangelij Gentiles occidit & eccleſiæ
incorpauit ſicut dictũ fuit ſibi Act.x.de cõ-
uerſione Cornelij & aliorũ Gẽtiliũ: Surge
Petre,occide & manduca.Qđ aũt p mãdi-
bulam p̃dicatio ſignet,patet:Nã ſicut in mã
dibula moliunt eſcę corporales corporal'r
nutrientes:ſic in p̃dicatione moliunt ſacræ
ſcripturę q̃ ſunt eſcæ ſpiritualiter nutritiuę.
Deute.viij.a.Nõ in ſolo pane viuit homo,
ſed in omni verbo quod procedit &c. Per
aquam verò de mandibula mirabiliter exe-
untem,ſignificata fuit aqua ſalutaris ſapien
tiæ q̃ de beati Petri p̃ceſſit ore.

A a ¶ Iudicauitque. Greg. Quem in hoc facto Samſon niſi redemptorem ſignificat? Quid Gaza niſi infernum? quid Philiſthęi niſi pſidiam Iudeorū? q̄ cū mortuū dñm viderent etiā corp⁹ ei⁹ in ſepulchro poſitum cuſtodes illico deputauerunt: & autorē vitæ inferni clauſtris retētum quaſi Samſon in Gaza ſe deprehēdiſſe lætati ſunt. Samſon verò nocte media nō ſolū exijt, ſed etiā portas tulit: qa redēptor noſter añ lucē reſurgens, nō ſolū de inferno liber exijt: ſed etiā inferni clauſtra deſtruxit. portas tulit & mōtis v̄ticē ſubijt: qa reſurgēdo clauſtra iferni dirupit: & aſcēdēdo regna cælorū penetrauit. b ¶ Abijt quo. Sequitur: ☞ Vocauitq́;

C tur: Poſt hęc ama. mu. Vtrum autē fuerit Hebręa vel Philiſthæa non habetur in textu. videtur tamen magis quòd fuerit Philiſthæa: eò q̄ fuerit ita ſolicita decipere Sāſonē aduerſarium Philiſthęorum, & vocabatur Dalila: ſic enim debet ſcribi & pnuntiari. ☞ Venerūtq́;

*Nicolaus de Lyra.*

¶ In ca. xv. vbi dicit̃ in poſtil. Percuſſitq́; eos ingēti plaga, ita vt ſtupentes ſurā femori imponerent

*ADDITIO I.*

Qđ hîc i Hebręo dr̃ in lr̃a: Percuſſit eos ſura ſup femur plaga magna: antiq̄ Hebręorū ſic exponūt: ſcilicet q̄ nullis armis nec aliquo adiutorio corpali extrinſeco percuſſit eos, ſed ſolū calcitrādo. Calcitrādo em̄ hō cū calcaneo ſuo cōiūcto ſurę cōiter pcutit femur alteri⁹ hoīs: & ſic ſi pcuſſio eſt valida pcuſſus cadit. vñ ad oſtēdēdā excellētiā fortitudinis ipſi⁹ Sāſonis, exprimit modū pcutiēdi q̄ eſt ſatis extrane⁹ & inſolit⁹. ſ. vt vn⁹ ſol⁹ hō qui mō plaga magna multos pcutiat. Dicit̃ em̄: q̄ ſtupētes imponūt ſurā ſup femur. Nō credo q̄ habeat fūdamētū in mō loquēdi ſacrę ſcripturę: nec lr̃a Hebraica hîc facit mentionem de ſtupore. In eo. ca. xv. vbi dicitur in poſtil. In maxilla aſini. hîc conſequēter ponit̃ gratiarū actio.

†qui erat in Lechi

*ADDITIO II.*

†Gazitæ

Vbi tranſlatio nr̃a habet: In mādibula pulli aſinorum: in Hebraica veritate hr̃: חמור חמרתים hamor hamorathaijm. Vbi notādū q̄ hamor i Hebręo eſt nomē ęquocū: qđ vno mō ſignificat aſinū, alio mō ſignificat aceruū vł cumulū, ſeu cateruā. Vñ intētio hui⁹ locutiōis erat dicere: q̄ in maxilla aſini aceruū atq́; aceruos Philiſthinorum pcuſſerat. i. plures hoīm cateruas: qđ eſt valde mirabile, qđ & ex hoc ſub eadē dictiōe includebat̃ aſin⁹ & caterua ſcđm æquocationē p̄dictā, reddebat̃ locutio ſcđm modū Hebraicę locutiōis rhetoricè ornata.

B

*media noctę

*NIC. DE LYRA.*

Diuiſio

Cap. XVI.

ABiit. Hîc cōſequēter deſcribit̃ ipſius Sāſonis mors & cōſummatio: & qa mors ei⁹ fuit p mulierē pcurata, iō priò deſcribit̃ qualiter cū vna periculo ſe expoſuit, ſcđò

mauit ad dominum, & ait: Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam atque uictoriam, & en ſiti morior, incidámque in manus incircūciſorum. †Aperuit itaque dominus molarem dentem in maxilla aſini: & ègreſſæ ſunt ex eo aquæ. Quibus hauſtis refocillauit ſpiritum, & uires recepit. Idcirco appellatum eſt nomen loci illius, fons inuocantis †de maxilla, uſque in præſentem diē: Iudicauitq́; Iſraël in diebus Philiſthijm uiginti annis.

a ¶ Quia poſtquam mortua ſunt prędicatorum corpora magna monſtrauere miracula.

Cap. XVI.

b ABijt quoque in Gazam & uidit ibi mulierem meretricem, ingreſſusq́; eſt ad eam. Quod cùm audiſſent †Philiſthijm, & percrebuiſſet apud eos intraſſe urbem Sāmſon, circūndederunt eum, poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus: qui ibi tota nocte cum ſilentio præſtolantes, ut facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem Samſon uſque ad medium noctis: & inde conſurgens * apprehendit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis & ſera: impoſitáſque humeris ſuis portauit ad uerticem montis qui reſpicit Hebron. Poſt hæc

¶ Iudæi. a ¶ Chriſtum b ¶ Cuſtodientes ſepulchrū. ¶ Quia Chriſtus ante lucem ſurrexit. a ¶ Quia clauſtra inferni deſtruxit.

Moraliter

Moraliter. a ¶ Abijt. Per deſcēſum Sāſonis in Gazā ſignificatus fuit deſcenſus Chriſti ad inferos: ſecundū beatum Greg. & plures doctores alios. Sed ad hoc multùm diſſonare videtur quod ſubditur: b ¶ Et vidi ibi. Propter quod ſciendū quòd Hebræi dicunt hanc eſſe literam: Mulierē hoſpitatricem. & hoc verius videtur ſicut dixi plenius in expoſitione literali. Secundū hoc igitur per deſcenſum Samſonis in Gazam, figuratus fuit deſcēſus Chriſti ad limbum patrum, qui bene ſignificatur p mulierem hoſpitatricem: eò quòd ibi ſancti patres erant hoſpitati vſq́; ad acceptionē ſuę beatitudinis, de qua iā erāt certi. d ¶ Dormiuit autem Samſon vſque ad medium noctis: & inde. Per hoc autem Chriſti reſurrectio fuit figurata q̄ fuit ſecūdū cōmunem opinionem doctorum in aurora: & ſic in ſecūda medietate noctis. nam dies ſequens incipit ab ortu ſolis. Eſt enim dies latio ſolis ſuper terram. e ¶ Apprehendit ambas portę fo. Quia Chriſtus reſurgens infernum fregit & ſpoliauit patribus ibi detentis: & deduxit eos vſque ad mōtem patriæ cęleſtis. ¶ Moraliter autem per Samſonem Nazaręum ſignificatur homo contemplatiuus, intentus circa deum. tamen propter neceſſitatem populi deſcendit ad actiuam, prędicando & exhortando ad bonum: & ſurgens ab hac occupatione aufert portas ciuitatis diaboli: quę ſunt fauor humanus, & timor mundanus, & incluſos ducit ad patriam cęleſtem, in ſpe de pręſenti, & in re de futuro. f ¶ Poſt hæc. Doctores noſtri dicunt, & bene: quòd in hoc facto Samſon non fuit figura Chriſti. Nam in principio huius operis dictū fuit, quòd res vna numero diuerſa ſignat, & incompoſſibilia, propter diuerſas proprietates. ſicut leo ratione conſtantię ſignat Chriſtum, & ratione voracitatis diabolum. Et eodē mō cōtigit de eadē pſona, q̄ ratione virtutis Chriſtū ſignat: & ratiōe vitij nullo mō ſignat ipm, ſed magis oppoſitū. Sicut Salomō in ædificatiōe tēpli dñi fuit figura Chriſti, q̄ ędificauit eccleſiam. In hoc aūt q̄ ædificauit idolorū tēpla. iij. Re. xj. nō potuit eſſe figura Chriſti, ſed magis diaboli. Sic eſt i ppoſito. Sāſon em̄ in p̄dictis bñ fuit figura Chriſti: ſed nō in ei⁹ deceptione per Dalilā. Sāſon igitur deceptus à Dalila ſecretū ſuæ conſecratiōis eidē illicitè reuelauit. Et in hoc ſignificat hominē domino

†Rupis

D

qualiter p alterā morti ſuccubuit, ibi: Poſt hęc amauit. Circa primū dicit̃: a ¶ Abijt. q̄ erat ciuitas Philiſthinorū mortē ipſi⁹ quęrētiū. b ¶ Et vidit. In Hebræo habet̃: Mulierē hoſpitalariā. qa nomē ibi poſitū ęquocū eſt ad vtrāq́; ſignificationē: ſicut dictū fuit. ſ. xi. de mr̃e Iepthe & Ioſue: ſcđò de Raab. & propter hoc nō inuaſerūt eū ibi Philiſthęi: qa ſcđm legē terræ ſecuritatē debebat hr̃e in loco hoſpitij: ſed poſuerūt inſidias in porta ciuitatis, vt eū exeūtē occiderēt. & forſitā vtraq́; ſignificatio cōueniebat illi mulieri: qa in aliquibus terris hoſpitatrices ſe de facili exponūt hoſpitib⁹ ſuis. c ¶ Ingreſſusque eſt ad eam. Quod cum audiſſent Philiſtiim, & percre. hoc intelligit̃ de cōcubitu carnali ſcđm ſenſum trāſlatiōis nr̃ę. ſcđm aūt Hebręos intelligit̃ de ingreſſu hoſpitij: & fortè vtrūq́; fuit ibi. Cætera patēt ex dictis vſq́; ibi: e ¶ Apprehendit. Porta pprie loq̄ndo eſt muri aptura: fores aūt ſunt oſtia qb⁹ aptura clauditur: vnū tñ p alio frequēter ponit̃. f ¶ Poſt hęc. Hîc cōſequenter oſtendit̃ qualiter Sāſon p aliā mulierē morti ſuccubuit. vbi primò deſcribit̃ mulieris fraudulēta inqſitio ſcđò veritatis aptio, ibi: Cūq́; moleſta ei eſſet. tertiò ipſi⁹ Samſonis cōprehēſio, ibi: Quē cū apprehendiſſent. Circa primum ponitur mulieris triplex tentatio. ſecunda ibi: Dixitq́; ad eum. tertia ibi: Dixitq́; Dalila. Circa primum dicitur;

Diuiſio

conſecratū per profeſſionem in religione, vel ordinē ſacrum: qui p blanditias mulieris deceptus trahitur ad impudicos tactus & amplexus: & ſic excæcatur primò tenebris ignorantiæ. & ſecundò ligatur vinculo conſuetudinis peruerſę: & in carcere pèccati deputatur ad molendum, id eſt ad coitus exercitium ſecundum Hebręos. Vel aliter ad molendū, id eſt ad opus laborioſum & malum, quod eſt opus peccati: ſecundum quod dicitur, Sapien. v. b. in perſona peccatorum: Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis ambulauimus, vias difficiles: viam autem domini non ambulauimus. Per hoc autem q̄ capilli Samſonis renaſcentibus ipſe plus nocuit Philiſthæis quàm antè fecerat, ſignificatur, q̄ aliquando homo deo conſecratus & dicto modo deceptus ex reſpectu diuinæ gratiæ reilluminatur: & cōtra dæmones & vitia fortius quàm ante caſum pręliatur. Poteſt etiam aliter dici quòd per Samſonem qui antè tonſionem capillorum fuit fortiſſimus, & poſt tonſionem capillorum fuit ſicut cæteri homines infirmus, ſignificantur religioſi ad bonum opus tepidi: qui ante depoſitionem capillorum per religionis ingreſſum erant fortes & agiles ad luctandum & ſaltandum & huiuſmodi, & poſt ingreſſum religionis infirmi ſunt & debiles ad bene operandum.

amauit mulierem quæ habitabat in ualle Sorec, & uocabatur Dalila. Veneruntq; ad eam princi- a
pes Philiſthinorum, atq; dixerunt: Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantã fortitudinẽ, & quo modo eũ ſuperare ualeamus, & uinctum affligere. Quod ſi feceris, dabimus tibi ſinguli mille & centũ argẽteos. Locuta eſt ergo Dalila ad Sãſon: Dic mihi obſecro in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit quo ligatus †erũpere nequeas. Cui rñdit Samſon:
Si ſeptẽ †neruiceis funibus necdum ſiccis & adhuc hu- b
mentibus ligatus fuero, infirmus ero ut cæteri homi- c
nes. Attuleruntq; ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſe
ptem †funes ut dixerat: quibus uinxit eũ latẽtibus a- d
pud ſe inſidijs † & in cubiculo finẽ rei expectãtibus.
Clamauitq; ad eũ: Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui e
rupit †uincula quomodo ſi rumpat quis filũ de ſtupa f
tortum ſputamine, cum odorẽ ignis acceperit: & nõ eſt cognitum in quo eſſet fortitudo eius. Dixitq; ad g
eum Dalila: Ecce illuſiſti mihi, & falſum locutus es.
Saltem nunc indica mihi quo ligari debeas. Cui ille h
reſpondit: Si ligatus fuero nouis funibus qui nun- i
quam fuerunt in opere, infirmus ero & aliorum hominum ſimilis. Quibus rurſum Dalila uinxit eum, & clamauit: Philiſthijm ſuper te Samſon: in cubiculo inſidijs præparatis. Qui ita rupit uincula quaſi
fila telarum. Dixitq; Dalila rurſum ad eum: Vſque k l
quo decipies me & falſum loqueris? Oſtende de quo
uinciri debeas. Cui reſpondit Samſon: Si, inquit, ſe- m
ptem crines capitis mei cum licio plexueris, & clauũ n
his circumligatum terrę fixeris infirmus ero. Quod cùm feciſſet Dalila, dixit ad eum: Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui conſurgens de ſomno, extraxit cla-
uum cum crinibus & licio. Dixitq; ad eum Dalila: o
Quomodo dicis ꝙ amas me, cùm animus tuus nõ ſit mecum? Per tres uices mentitus es mihi, & nolui-
ſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua. Cumq; p
†moleſta eſſet ei & per multos dies iugiter adhære-ret, ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortem uſque laſſata eſt. Tunc aperiens
†ueritatem rei dixit ad eam: †Ferrum nũquam aſcen q
dit ſuper caput meum, quia Nazaręus, id eſt cõſecra
tus domino ſum de utero matris meæ. Si raſum fue- r
rit caput meum, recedet à me fortitudo mea & defi-
ciam, eroq; ſicut cæteri homines. Vidénsque illa ꝙ s
confeſſus ei eſſet omnem animum ſuum, miſit ad
principes Philiſthinorum ac mandauit: Aſcendite t
adhuc ſemel: quia nunc mihi aperuit totum cor ſuũ.
Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia quam promiſe-
rant. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in v
a ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitq; tonſorem, & x
raſit ſeptem crines eius: & cœpit † abigere eum & à
ſe repellere. Statim enim ab eo fortitudo receſſit. y
Dixitque Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui de z
ſomno conſurgens dixit in animo ſuo. Egrediar a
ſicut ante feci, & me excutiam, neſciens quod re-
b ceſsiſſet ab eo dominus. Quem cùm apprehen- b
diſſent Philiſthijm, ſtatim eruerunt oculos eius: c
& duxerunt Gazam uinctum catenis, & clau- d
ſum in carcere molere fecerunt. Iámque capilli e
eius renaſci cœperant: & principes Philiſthinorum

a ¶ Vocauitque tonſo-
E rem. Iſi. Quòd mulier ſubdola caput Samſonis raſit & Allophylis illudendũ tradidit: ꝙ captiuatus eſt, ꝙ cęcatus & ad molam deputatus: non in his Chriſtus, ſed illi figurantur q tm̃ Chriſti nomine gloriãtur, & malis actibus iugiter implicantur. Vir enim ſenſus rationalis intelligitur. Caro autem mulierẽ ſignificat. ſi em̃ mulieri, i. carni nrę blandiente libidine, vel alijs malis opibus cõſenſerim⁹: gr̃a ſpiritusſancti q̃ Nazarei crine ſignificatur nudati expoliamur atq; decipimur. Ita em̃ ſupbis & peccatorib⁹ violata Chriſti gr̃a, ſicut Samſon inciſa coma à diabolo illuditur. Si qs aũt agẽdo pniam redeat, coma redeunte, i. gr̃a refloreſcente: reparať ad virtutẽ & cupidinis: ac, luxurię ſubuerſis colũnis hoſtes deijciet: & parato certamine in finẽ fortiſſimè dæmones triumphabit. b ¶ Quem. Greg. Samſon amiſſis oculis ab Allophylis ad molã deputať. Sciendũ eſt ꝙ prius intellect⁹ obtũdiť: & poſtea captus animus p exteriora deſideria vagať: vt cęca mens quò duciť neſciat, & carnis illecebris ſe libẽter ſubdat. aliqñ vͦ ò pri⁹ deſideria carnis ebulliũt & poſt lõgũ vſum illicitis opib⁹ oculũ cordis claudunt. Nam ſæpe mens recta cernit

†poſſis affligi
† virgis viridibus necdũ ſiccis
† virgas virides necdũ ſiccas
†in cubiculo
†virgas
⌐tortũ ſputamine

F *Nico. de Ly.*

⌐a ¶ Veneruntq;. vt quẽ nõ poterãt ſupare virtute, caperẽt fraude. Cætera patẽt vſq; ibi: b ¶ Si ſe. i. factis de neruis. c ¶ Nec. qa tales funes extẽdũť & nõ rũpunť. d ¶ Latenti. qa nõ audebãt inuadere Sãſonẽ donec viderãt p experiẽtiã, ꝙ vincula nõ poſſet rũpere. e ¶ Qui ru. valde facili ter. ideo ſubdiť: f ¶ Quomo. qa mulieres qñ filãt immiſcẽt aliqd de ſputo ſuo. g ¶ Dixitq;. Hîc ponitur ſcd'a tẽtatio mulieris ad deceptionem Samſonis cũ diciť: h ¶ Saltem. fingebat em̃ iſta mulier ꝙ ex magno amore ad Samſonẽ deſiderabat ſcire fortitudinis ſuę cõditionẽ, ſicut amãs deſiderat ſcire intima ſui amici. i ¶ Si liga. hãc cõditionẽ nouitatis addidit Samſon ad ſuã primam rñſionẽ, ita ꝙ funes nõ eſſent tantũmodo neruicei & humidi: ſed etiã oĩno noui, & hoc dicebat Samſon ad colorationẽ ſui mendacij. k ¶ Dixitq;. hîc poniť tẽtatio tertia, cũ diciť: l ¶ Vſque quo. celando ſecretũ tuũ amicæ tue. m ¶ Si inquit ſe. In Hebręo habeť ſeptẽ cincinos, vel floccellos. cęſaries enim capitis ſui diſtincta erat per ſeptẽ floccellos, vel cincinnos. n ¶ Cum. i. cũ forti ligamẽto. ſeqť: o ¶ Dixitq;. q. d. hoc eſt falſum manifeſtè, cũ ꝓpriũ ſit amantiũ ſecreta ſua inuicẽ reuelare. p ¶ Cũq;. hîc cõſeqnter deſcribiť v̓itatis aptio: qa p moleſtiã mulieres iportunè petẽtis v̓itatẽ rei apuit ad ſui interitũ. q ¶ Fer. qa de ritu Nazaręorũ erat, ꝙ nõ raderẽť eorũ capilli toto tpe conſecrationis ſuę, vt dictũ fuit ſupra. xiij. ca. r ¶ Si ra. Quia ſicut dictum fuit. s. iſta fortitudo non erat v̓tute nrę, ſed erat q̃ddã donũ gr̃ę gratis datę: q̃ in neceſſarijs & expediẽtib⁹ fuit i eo q̃diu tenuit ritũ Nazarei, ꝑpter qd' ipo violato p raſurã nõ affuit ſibi. Sed cõtra hoc vr̃ ꝙ votũ Nazaræi violabatur per tactũ & etiam aſpectũ mortui, vt hr̃ Nu. vj. Samſon aũt multos iã añ interfecerat, vt patet ex ſupradictis. Dicẽdũ ꝙ nõ fuit ſiſe de Sãſone & alijs Nazaręis, q erãt cõſecrati ad tps & ad vacãdũ orõnib⁹ & pijs opib⁹. Sãſon aũt fuit cõſecrat⁹ p totã vitã, & ſua cõſecratio erat ordĩata ad alia opa. ſ. ad liberationẽ Iſrl' de manu Philiſthinorũ, vt hr̃. s. xiij. c. ꝑpter qd' iterficiẽdo Philiſtęos cõſecrationẽ ſuam nõ violauit, ſed magis adimpleuit. s ¶ Vi. i. reuelãdo v̓itatẽ. hoc em̃ pcepat p qd' nomẽ dñi noiauit, dicẽs ſe cõſecratũ dño. nõ enim noiaſſet nomẽ dñi dicẽdo mẽdaciũ. t ¶ Aſcẽ. Ex hoc vr̃ ꝙ illi iidẽ pri⁹ fuerãt apud ipſam ad cõprehẽdẽdũ Sãſonẽ: ſed vidẽtes ei⁹ fortitudinẽ per ruptionẽ viculorũ ipſi: nõ inuaſerãt: ſed latẽter ad ſua loca receſſerãt, & p hoc ẽt Sãſon fuit decept⁹ reuelãdo ſecretũ ſuũ mulieri ignorãs ꝙ machinaretur i mortẽ ei⁹. v ¶ At il. vt tõſor meli⁹ poſſet radere eũ q̃ſi in lecto iaceret. x ¶ Et ra. In Hebręo hr̃, ſeptẽ floccellos. qa raſit totã cęſariẽ ſeptẽ floccellis diſtinctã: vt p̃dictum eſt. y ¶ Sta. Cuius cã p̃dicta eſt. z ¶ Dixitq;. Volebat em̃ experiri ſicut pri⁹ vtrũ fortitudo diſceſsiſſet ab eo. a ¶ Egre. ſ. a vinculis. ipa em̃ ligauerat ipſm ad experiẽdũ certitudinaliter ſi raſo capite poſſet vincula rũpere: ꝙ cũ nõ poſſet, Philiſthęi inuaſerunt eum ſecuri. b ¶ Quem. Hîc conſequenter deſcribiť. Samſonis comprehenſio. vbi primò deſcribiť ei⁹ incarceratio, ſcd'ò illuſio, ibi: Iãq; capilli. tertiò mors & cõſummatio, ibi: Qui dixit puero. Circa primũ dr̃: Quẽ. Dono fortitudinis deſtitutũ. c ¶ Sta. ne ſi fortè euaderet dãna eis inferret. d ¶ Et cl. i. grauiter laborare ne gratis panẽ comederet. aliq ãt exponũt molere. i. cohitare vl' coire cũ magnis mulierib⁹ quas adducebant Philiſthęi: vt de illis magni hoies & robuſti naſcerenť apti ad pręliũ. e ¶ Iãq;. hîc cõſeqnter deſcribiť ipſius illuſio ⌐in feſto

G H

†verbis ſuis coartaret eũ omnib⁹ diebus, & moleſtaret eũ, ita vt anguſtijs affiiceretur aĩa ipſi vſq; ad mortem
† cor ſuum
⌐in ſinu ſuo reclinare caput
† Nouacula ⌐id eſt cõſecratus
Moraliter
†affligere eum, &

A cernit:nec tamẽ audenter cõtra peruerſa ſe erigit,& renitẽs vincitur,dũ hoc ipm qđ egit diiudicãs carnis ſuę delectatiõe ſuperatur. Quòd em̃ plerũq; pri⁹ ocul⁹ cõtemplationis amittit,& pòſt capt⁹ per carnis deſideria huius mũdi laboribus animus ſubiugat,teſtatur Samſon ab Allophylis captus, qui poſtquam oculos perdidit,ad molam deputatus eſt:quia maligni ſpiritus poſtq; tentationũ ſtimulis intus faciẽ cõtẽplatiõis effodiũt,foris in circũitu laboris mittunt. a ¶ Multoque. Greg. In hoc loco ꝑ Sãſon Chriſt⁹ ſignificat. Sãſon em̃ dũ viueret paucos interfecit:euerſo v° ò tẽplo moriẽs maximã aduerſariorũ multitudinẽ moriẽs ſtrauit. Et dño noſtro ꝑdicante pauci ex Iudęis crediderũt;innumeri verò Gẽtiliũ ppl'i viã vitę illo moriẽte ſunt ſecuti. Superbos em̃ dũ adhuc paſſibili viueret ꝑtulit;impaſſibili verò vita mortuus ſtrauit. Hũc Samſon in ſemetipſo dudũ figuraliter expreſſit, ꝗ paucos dũ viueret ĩteremit:deſtructo verò tẽplo multos cũ moreret occidit. qa dominꝰ ab elatiõe ſuꝑbię paucos cũ viueret, plures cũ corpis ſui tẽplũ ſolueret extinxit, atq; electos ex gẽtibus quos viuendo ſuſtinuit,ſimul oẽs moriẽdo proſtrauit.

† Cũq; hilare cor eorũ eſſet

†Duc

† innitar eis

*Nicolaus de Lyra.*

in feſto Philiſthinorũ,cũ dicit:a ¶ Cõuenerunt. gratias reddẽdo idolo ſuo de captione Samſonis,quã attribuebant idolo. b ¶ Qui de. per incendiũ terrę naſcẽtiũ:vt. ſ. dictũ eſt.xv.ca. c ¶ Pręceperũt. i. materiã riſus eis pręberet:qa cæcus erat: & iõ impingebat aliqñ ad parietẽ,aliqñ ad colũnã:& aliqñ cadebat:ex qbus ridebant Philiſthæi. d ¶ Qui. Hîc deſcribit mors B eius & cõſummatio. e ¶ Dimitte me. Tũ qa ex colliſiõibus ꝑdictis erat fatigatus vt requieſceret:tũ vt ꝑ earũ impulſum cũ dei adiutorio de quo ſperabat,domũ cadere faceret. iõ ſubdit: f ¶ At il. Quia videbat ꝙ eius deluſio reuertebatur in opprobriũ diuinũ,eò ꝙ captio Samſonis attribuebatur idolis:& de hoc idola laudabantur ab idololatris. g ¶ Vt vlciſcar me de hoſtibus meis: & pro amiſſione duorum luminum vnam vltio. Hoc enim dixit nõ liuore vindictę,ſed zelo iuſtitię & honoris diuini nõis:ita ꝙ Philiſthæi deũ blaſphemabãt idola laudando,ideo nõ peccauit,Philiſthęos occidẽdo,nec etã occidendo ſe cũ ipſis. prout ſubdit: h ¶ Moriatur. Et accipit hîc aĩa pro toto cõpoſito,quod eſt corruptibile,licet anima ſit immortalis. nõ em̃ Samſon intendebat ſe occidere per ſe ſed tantùm per accidens:quia nõ poterat blaſphematores nominis diuini occidere niſi ſeipſum cũ eis occidendo. Prętera voluntas domini erat,ꝙ hoc fieret: quod patet per hoc,ꝙ fortitudinem miraculoſè ſibi reddidit ad hoc faciẽdum. Quilibet autem debitor eſt mortis ipſi deo:& hoc debitũ poteſt repetere quãdo vult,& quomodo vult: & ideo Samſon non peccauit ſe cum aliis occidendo ex dei voluntate & inſtinctu diuino. Credendum eſt etiam quòd de peccatis prius perpetratis pœnituit:& quòd illa mors pœna peccatorum ſuorum fuit: quam non ſolùm acceptauit,ſed etiam pro ea dominum rogauit & ideo computatur in catalogo ſanctorum ad Heb. xi. ¶ Moraliter. Samſon Nazarꝰus eſt homo per baptiſmum domino conſecratus. Dalila quę ſitula interpretatur eſt ſenſualitas, per quam voluptas carnis quaſi per

†23. q5. c. ſi nõ licet. & c. reos. De diuor. c. gaudemus

Moraliter.

conuenerunt in unum,ut immolarent hoſtias magnas Dagon deo ſuo,& epularentur dicentes: Tradidit deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras. Quod etiam populus uidens laudabat deum ſuum, eandemq; dicebat: Tradidit deus noſter aduerſarium noſtrum in manus noſtras, qui deleuit terram noſtram, & occidit plurimos.* †Lætantesq; per conuiuia ſumptis iam epulis præceperunt ut uocaretur Samſon, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, fecerúntque eum ſtare inter duas columnas. Qui dixit puero regẽti greſſus ſuos: †Dimitte me ut tãgam columnas quibus omnis imminet dom⁹,& †recliner ſuper eas, & paululum requieſcam. Domus autem erat plena uirorum ac mulierum,& erant ibi omnes principes Philiſthinorum,ac †de tecto & ſolario, circiter tria milia utriuſq; ſexus ſpectãtes ludentem Samſon. At ille inuocato domino ait: Domine de⁹ meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem *priſtinam, deus meus,ut ulciſcar me de hoſtibus meis:& pro amiſſione duorum luminum unam ultionem recipiam. Et apprehendens ambas columnas quibus innitebatur domus, alterámque earum dextera,& alteram læua tenens, ait: †Moriatur anima mea cum Philiſthiim. Concuſſiſq; fortiter columnis, cecidit domus ſuper omnes principes & cæterã multitudinem quæ ibi erat. Multoq; plures interfecit moriens quàm antè uiuus occiderat. Deſcẽdẽtes autem fratres eius & uniuerſa cognatio, tulerunt corpus eius,& ſepelierunt inter Saraa & Eſthaol,in ſepulchro patris ſui Manue: Iudicauitq; Iſraël uiginti annis.

Cap. XVII.

FVitq; eo tempore uir quidam de monte Ephraim, nomine Michas, qui dixit matri

quaſi per ſitulam haurit. Per hanc Samſon decipitur,quia ꝑ ſenſualitatẽ homo aliqñ à gratia in baptiſmo recepta deiicitur. Septem crinib⁹ denudatur, quia ſeptẽ donis ſpũſſancti ſpoliatur. Oculis priuatur per mẽtis excęcatiõẽ. Catenis ligatur per peccãdi aſſuefactionem: carcere clauditur per obſtinationem. ſed tũc capilli eius incipiũt recreſcere,qñ diuinæ faciei reſpectu incipit pœnitere,ꝗ moriẽs triumphat de hoſtib⁹, quia moriendo peccato triũphat de dæmonibus. C

*NICO. DE LY.*

Cap. XVII.

FVitque. Hęc eſt vltima pars principalis huius libri in qua agit de quibuſdã caſibus tpe iudicũ accidentibus. Et ſunt tres caſus. ſcđs ponit ca. xix. tertius ponit in libro Ruth,ꝗ ſcđm Hebræos antiquos non eſt liber diſtinctus à libro Iudicũ:vt patet ꝑ Hier. in ꝓlogo galeato. Circa primũ dubitat quo tpe accidit caſus Michę. Et dicũt expoſitores nr̃i cõiter,ꝙ accidit poſt mortẽ Ioſue anteq; ſurgerent iudices. & ad hoc ꝓbandũ inducũt ꝙ hîc bis dicit:In diebus illis nõ erat rex in Iſrael &c. qa tũc nõ erat rex vel iudex qui errata corrigeret. Dicunt etiã,ꝙ hęc hiſtoria hîc deſcribit ad oſtẽdẽdum neceſſitatẽ dandi iudices Iſraeli ad corrigẽdũ errata. Sed iſtud dictũ nõ vr̃ multũ valere. Tũ qa ſicut dictũ eſt pluries iudices pręerãt ꝑ modũ directiõis & cõſilii, non ꝑ modũ dñii:ꝓpter qđ nõ habebãt efficaciã corrigẽdi:ſed reges eis ſuccedẽtes habuerũt autoritatẽ & ꝓtãtẽ ſubditos coercendi. Cã etiã ſuſcitãdi iudices inducta nõ habetur ex ꝓcedẽtib⁹,qa vbicũq; ſcriptura dicit:Suſcitauit eis dñs talẽ vel talẽ iudicẽ, ꝓmittitur pro cã huius ſuſcitatiõis tribulatio in qua erat populus Iſrael;vt per iudicem ſuſcitatũ liberaretur. Hebręi verò dicunt,ꝙ factũ Michę cõtigit ſub Othoniel, ꝗ ſucceſſit Ioſue. Et ad hoc ꝓbãdũ ĩducũt qđ ſcribit ĩ fine. xviii. ca. Mãſitq; apud eos idolũ Michę oĩ tpe quo fuit domus dei in Silo. hoc tp̃s incepit ante mortẽ Ioſue:vt habet Ioſue. xviii. Tpe aũt Ioſue nõ declinauerũt ad idololatriã,vt habet ſuprà. ii. ca. Et ideo dicũt ꝙ hoc accidit in principio tpis Othoniel,qđ fuit ꝓpinquius poſitiõi tabernaculi in Silo poſt tp̃s Ioſue. Igit circa hiſtoriã Michę ſic ꝓceditur: quia primò deſcribitur idololatriæ perpetratio. ſecũdò idololatræ ſpoliatio,ca. xviii. Circa primũ pręmittit fabricatio idoli. ſecũdò ſubdit abuſus ſacerdotii, ibi:Impleuitq;. Circa primũ,qa litera eſt intricata conſiderandum,ꝙ mater Michę cõſecrauerat ſummã pecunię pro fabricatiõe idoli. Michas autem volẽs illã in alios vſus expendere ſubtraxit illam occultè: poſtea verò pœnitens:tum quia & ipſe idololatra erat:tum quia maledictionem matris timebat,quæ illi qui pecuniam ſubtraxerat frequenter maledicebat: dictam pecuniam matri reſtituit:vt inde fieret quod ipſa promiſerat. Et hoc eſt quod dicitur:i ¶ Fuitque eo tempore vir. Hoc non refertur ad tempus Samſonis de quo immediatè ſuprà dictum eſt:qa factũ iſtud accidit lõgè añ. ſ. immediatè poſt mortẽ Ioſue,vt prędictum eſt

Moraliter. i ¶ Fuit. Eccleſia mater dr̃ oĩm Chriſtianorũ,licet multi eorũ ſint ei⁹ filii ſolo nũero & nõ merito. Itẽ paſtor inutilis eccleſię dicit idolum Zacha. xi. d. O paſtor & idolum

*ex noſtris

†ſuper terram

*meam D

Diuiſio

Moraliter.

predictum eſt, ſed refertur in generali ad tẽpus iudicũ: tñ intelli-
E gitur ꝑ prima parte illi⁹ tẽporis. Mille centum argen. Ex hoc di xerũt aliq, ꝙ iſta mater Michæ fuit Dalila, & ꝙ iſta pecunia fuit illa quã recepit ꝑ proditione Samſonis vt dictũ eſt. c. pce. ſed hoc patet falſum: tũ quia iſtud factũ contigit diu añ tps Samſonis & Dalilę: v t iã dictum eſt: tũ quia ſumma pecuniæ nõ eſt idẽ hîc & ibi, qa ipi Dalilę dederũt ſatrapę Philiſthinorũ ſinguli mille & cẽtũ argẽteos: erãt aũt quinq; & ſic ſumma illius pecunię aſcẽdit ad qnq; milia & qngentos argẽteos: hîc aũt ponunť tñ mille centũ argẽtei. b ¶ Quos ſepa. ſ. â cõmunibus vſib⁹ idolo dedicãdo. c ¶ Et ſuper. i. voto & iuramẽto ꝓmiſeras, ſecũdũ expoſitores noſtros. In Hebręo autem habetur: Me audiẽte maledixeras. ſ. ei qui pecuniam abſtulerat. d ¶ Ecce ego. quaſi dicat, paratus ſum reddere tibi propter cauſas prędictas. e ¶ Reddidit ergo. i. reddere ꝓmiſit, quia de redditione actuali poſtea agitur. f ¶ Quę dixerat. ſcilicet anteq; confiteretur pecuniam ſe habere: ſecundũ iſtam literã. in Hebręo habeť: Et dixit ei. ſ. poſt cõfeſſionẽ pecunię g ¶ Conſecraui. Dominum vocat falſum deum quem colebat. h ¶ Vt de manu. In hoc explicat modũ voti ſui. ſic em̃ vouerat ꝙ de manu ſua argentũ traderet filio, vt inde faceret fieri idolum. i ¶ Et nunc. i. ſtatim cũ mihi reddideris pecuniam ſcd'm formã voti mei. ſtatim tradã eã tibi ad faciendũ quod voui. k ¶ Reddi. ſ. ipſe Michas. l ¶ Matri. redditione actuali. m ¶ Quę tulit. Reſiduũ aũt pecunię fuit conſumptum in alijs q̃ ptinebãt ad cultũ illius idololatrię, vtpote in ędicula ephod, & conſimilibus, de quibus poſtea ſubditur: n ¶ Et dedit. non ꝑ manũ ꝓpriã, ſed ꝑ manũ filij ſui ſcd'm formã voti ꝑdictã. o ¶ Vt faceret ex eis ſculptile atque conflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ędicu. Dicunt aliqui ꝙ fuit vnum idolũ, quod vocatur hîc
F ſculptile & conflatile. i. factum ꝑ tũſionem & cõflationem. quia metalla prius calefiũt in igne & poſtea malleo tũdunť: vt ex eis aliquid facilius formetur. Alij autẽ dicunt: ꝙ fuit duplex idolũ: vnum per ſculpturã, qđ notať cũ diciť hîc, ſculptile: Aliud per fuſuram, quod notať per hoc quod dicit, cõflatile. p ¶ Qui ędi. i. paruã ędem, deo ſe. idolo dedicãdo & ab alijs vſibus ſeparãdo & vocať hîc idolũ deus. Et in tota hiſtoria hoc nomen deus vel dominus pro deo falſo accipiť, excepto quod in fine diciť: Omni tpe quo fuit domus dei in Silo: hîc enim accipiť pro vero deo. q ¶ Et fecit ephod theraphim. Quod autem ſequiť: Id eſt veſtem ſacerdotalem & idola. non eſt in Hebręo: ſed appoſitum fuit â tranſlatore ad exprimẽdũ interpretationẽ ephod & theraphim, ephod enim eſt idem quod ſuperhumerale: vt habeť Exo. xxviij. & eſt veſtis principalis ſummi ſacerdotis, & per ipſam hîc intelliguntur alia veſtimenta ſacerdotalia quæ fecit Michas, vt dicunt expoſitores communiter. Si autem per theraphim hîc intelliguntur idola in plurali, neſcio. Dicunt tamen Hebræi ꝙ theraphim eſt caput pueri primogeniti dæmoni immolati: quod aromatibus conditur, vt poſſit diu permanere ſine putrefactione & ſuper linguam eius in lamina aurea parua poniť nomẽ dæmonis. & ſic dat reſponſa: ꝓut dictũ eſt diffuſius Ge. xxxj. Et huic dicto videť cõcordare illud quod habetur ſequẽti ca. Noſtis ꝙ in domibus iſtis ſit ephod & theraphim & ſculptile atq; conflatile. ita ꝙ theraphim videtur eſſe aliud â duobus idolis ꝑdictis: quorum vnũ fuit factũ per fuſurã: aliud per ſculpturam: vel aliud ab vno duobus modis facto: vt prædictũ eſt. r ¶ Impleuitq;

† q tibi ablati fuerant ſic LXX.
† ego accepi illos
† id eſt veſtem ſacerdotalem
† Conſecrauitq;
† j. 18. a. & 21. d.
† ordinem veſtimẽtorũ Alij conſtitutas veſtes. Chald. interpr. par veſtium
† Conſecrauitq;

a ſuæ: Mille & centum argenteos
b † quos ſeparaueras, & ſuper qui
c bus me audiẽte † iuraueras, ecce
d ego habeo † & apud me ſunt. Cui
illa reſpondit: Benedictus filius
e me⁹ domino. Reddidit ergo eos
f matri ſuę, quæ dixerat ei: Conſe-
g craui & uoui hoc argentum dño:
h ut de manu mea ſuſcipiat filius
meus, & faciat ſculptile atq; cõfla
i tile & nũc trado illud tibi. Reddi
k dit igitur eos matri ſuę. Quę tulit
l ducẽtos argẽteos & dedit eos ar
m gẽtario, ut faceret ex eis ſculpti-
n le atq; cõflatile, quod fuit in do-
o mo Michę Qui ędiculã quoq; in
p ea deo ſepauit, & fecit ephod &
q theraphim, id eſt ueſtẽ ſacerdota
r lẽ & idola. † Impleuitq; uni⁹ filio-
rũ ſuorũ manũ & fact⁹ eſt ei ſacer
s dos. † In diebus illis nõ erat rex in
Iſraël, ſed unuſqſq; qđ ſibi rectũ
uidebať hoc faciebat. Fuit quoq;
t alter adoleſcẽs, de Bethlehem Iu
da, ex cognatione eius: eratq; ipſe
v Leuites & habitabat ibi. Egreſ-
x ſusq; de ciuitate Bethlehem: per-
egrinari uoluit ubicunque ſibi
commodum reperiſſet. Cumq;
ueniſſet in montem Ephraim,
iter faciẽs, & declinaſſet parum-
per in domum Michæ, interro-
gatus eſt ab eo unde ueniſſet:
Qui reſpondit: Leuita ſum de
Bethlehem Iuda: & uado ut ha-
bitem ubi potuero, & utile mihi
eſſe proſpexero. Dixitq; Mi-
chas: Mane apud me & eſto mi
hi parens ac ſacerdos: dabóque
tibi per annos ſingulos decem
argenteos, ac † ueſtem duplicem,
& quę ad uictum ſunt neceſſaria.
Acquieuit & manſit apud homi
nem: fuitq; illi quaſi un⁹ de filijs. y
† Impleuitque Michas manum z
eius, & habuit puerum ſacer-
dotem apud ſe. Nunc ſcio, di- a
cens: ꝙ benefaciet mihi deus ha-
bẽti Leuitici generis ſacerdotem.

G uitque. Hîc conſequẽter deſcribitur abuſus ſacerdotij duplex. Primò: quia facit ſibi ſacerdotem vnum de filijs ſuis, quod notatur cũ diciť: Impleuitque. id eſt obtulit ad manum eius oblationem vel ſacrificium per eũ offerẽdum tanq; per ſacerdotem. Ideo ſubditur: s ¶ Et factus. Cûm tñ nullus eſſet promouendus ad ſacerdotiũ niſi de filijs Aarõ. Michas autem nõ erat, de ſtirpe illa, ſed de tribu Ephraim. Secundò quia fecit ſibi ſacerdotẽ de tribu Leui, ſed nõ de filijs Aarõ. quod notatur cûm diciť: t ¶ Fuit quoque. Hoc dicitur ad differentiam alterius Bethlehem quę erat in tribu Zabulõ, vt habetur Ioſue. xix. v ¶ Ex cognatio. ſcilicet ipſius Michæ, vt dicunt aliqui. Sed hoc eſt falſum, quia in Hebræo habetur: Ex cognatione Iuda. Mulieres em̃ quæ non ſuccedebant in hæreditate paterna poterant contrahere cum viris alterius tribus, vt dictum fuit Nu. vlti. & ideo mater iſtius Leuitæ fuit de tribu Iuda: pater autem de tribu Leui. Diciť etiam de Bethlehem Iuda, quia tribus Leui per omnes tribus erat diſperſa, vt dictum fuit Ioſue. xxj. x ¶ Egreſſusque. Quia filij Iſrael iam declinauerant ad idololatriam: nec reddebãt decimas ad ſuſtentationem Leuitarum vt tenebantur: & ideo Leuitæ cogebãtur quęrere victum per alium modum. Cætera patent vſq; ibi: y ¶ Fuitque illi quaſi. Tenebat enim eum in domo ſua honorifice nec occupabat eum operibus ſeruilibus. z ¶ Impleuitque. Exponatur ſicut pri⁹. a ¶ Nunc ſcio. Licet enim eſſet idololatra iſte Michas, & coleret deum falſum, vtpote dæmonẽ in idolo: tamen credebat ꝙ obſequium ſacerdotis de ſtirpe Leui eſſet ei magis placitum, quâm de altera tribu.

Duplex Michę abuſus î ſacerdotio

† maledixeras

Moraliter

ſtor & idolum derelinquens gregem. Igitur Michas qui matri ſuæ tradidit argentũ ad fabricandum idolum, ſignat illum qui filius eſt eccleſię ſolo numero: & pecuniã offert præſidenti eccleſiæ, vt ipſe promoueatur ad paſtoris officium, & ſic fiat idolum, quia ſic promotus non ſolũm inutilis eſt eccleſiæ, ſed etiam nociuus. & de tali ſubdiť: r ¶ Impleuitque. Quia talis nõ dat
H aliquid niſi nepotibus & conſanguineis in vita ac ſcientia defectuoſis, quibus dat præbendas ſi ſit epiſcopus: & bona eccleſiæ ſi ſit inferioris gradus: & parum aut nihil dat pauperibus: & huic bene conuenit hoc nomen Michas quod interpretatur quis. i. quaſi nullus. Sicut de Sobna præpoſito tẽpli dicitur Eſa. xxij. e. Quis tu hic aut quaſi quis &c. Sequitur: Ecce dominus aſportari te faciet ſicut aſportatur gallus gallinaceus.

& vtile mihi eſſe proſpexero

¶ In capitu. xvij. vbi dicitur in poſtilla: Et vocatur idolum deus in tota iſta hiſtoria &c.

## ADDITIO.

Si quis obijciat quomodo ſacra ſcriptura vtatur nomine diuino pro deo falſo ſeu idolo præſertim nomine domini tetragrãmaton, quod ſecundum doctores catholicos & Hebræos eſt incommunicabile creaturæ prout poteſt haberi Exodi. iij. Dicendum, ꝙ ſcriptura ſacra in talib⁹ recitat idololatrarũ opinionem, licet erroneam & falſiſſimam non aſſerendo, ſed tantummodo referendo. Idololatræ enim Gentiles qui legem Moſaicam non ſuſceperant: dæmonia ſua deos vocant in communi. idololatræ verò ab Iſraelitico ritu peruerſi qui nomen dei tetragrammaton ex fide habuerant, hoc idem nomen ſuis idolis pernicioſè attribuebant, prout in hoc capitulo & in ſimilibus reperitur &c.

Cap. XVIII.

a I
b N diebus illis non erat rex in Iſraël:
c & tribus Dan quærebat poſſeſsionem
d ſibi ut habitaret in ea. Vſq; ad illũ enim
diem inter cæteras tribus ſortẽ non acce
perat. Miſerunt ergo filij Dan, ſtirpis &
familiæ ſuæ quinq; uiros fortiſsimos de
Saraa & Eſthaol, ut explorarent terram, & diligenter inſpi
cerent. Dixeruntq; eis: Ite & conſiderate terram. Qui cùm
e pergentes ueniſſent in montem Ephraim, & intraſſent do
f mum Michæ, requieuerunt ibi. Et agnoſcentes uocem a-
g doleſcentis Leuitæ, utenteſq; illius diuerſorio: dixerunt ad
eum: Quis te huc adduxit? Quid hîc agis? Quam ob cau
ſam huc uenire uoluiſti? Qui reſpondit: Hæc & hæc præ-
ſtitit mihi Michas, & me mercede cõduxit, ut ſim ei ſacer-
h dos. Rogauerunt autem eum ut conſuleret dominum: &
ſcire poſſent an † proſpero itinere pergerẽt & res haberet
i effectum. Qui reſpondet eis: Ite cum pace. † Dominus re-
ſpicit uiam ueſtrã & iter quò pergitis. Euntes igitur quin-
k l que uiri uenerunt Lais: uideruntq; populũ habitantem in
m ea abſq; ullo timore, iuxta cõſuetudinem Sidoniorum, ſe-
curum & † quietũ nullo eis penitus reſiſtente, magnarumq;
opum, & procul à Sidone atq; à cunctis hominibus ſepara n o
tum. Reuerſiq; ad fratres ſuos in Saraa & Eſthaol, & quid
egiſſent ſciſcitãtibus reſponderunt: Surgite & aſcendamus
ad eos. † Vidimus enim terrã ualde opulentã & uberẽ. No
lite negligere, nolite ceſſare. Eamus & poſsideamus eam:
nullus erit labor. Intrabimus ad ſecuros in regionem latiſ
ſimam, † tradetq; nobis dominus locum in quo nullius rei
p eſt penuria eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur
ſunt de cognatione Dan, id eſt de Saraa & Eſthaol ſexcen
q ti uiri accincti armis bellicis, aſcendẽteſq; manſerũt in Ca-
riathiarim Iudæ, qui locus ex eo tẽpore caſtrorũ Dan no-
men accepit: & eſt poſt tergum Cariathiarim. Inde tranſ- r
ierunt in mõtem Ephraim. Cumq; ueniſſent ad domũ Mi
chæ, dixerunt quinq; uiri qui prius miſſi fuerant ad conſi-
derandam terrã Lais, cæteris fratribus ſuis: † Noſtis quòd
in domibus iſtis ſit ephod & theraphim, & ſculptile atque t
conflatile. Videte quid uobis placeat. Et cùm paululũ de-
clinaſſent, ingreſſi ſunt domũ adoleſcentis Leuitæ qui erat
in domo Michæ: ſalutaueruntq; eum uerbis pacificis: ſex- v
centi autem uiri ita ut erant armati, ſtabant ante oſtiũ. At
illi qui ingreſſi fuerant domũ iuuenis⁎: ſculptile & ephod
& theraphim atq; conflatile † tollere nitebantur: & ſacer-
dos ſtabat ante oſtium ſexcentis uiris fortiſsimis haud pro
cul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerant ſculpti
le, ephod & † idola atq; conflatile. Quibus dixit ſacerdos:
Quid facitis? Cui reſponderũt: Tace & pone † digitum ſu
per os tuum, ueniq; nobiſcum ut habeamus te patrem ac
ſacerdotem. Quid tibi melius eſt, ut ſis ſacerdos in domo
unius uiri, an in una tribu & familia in Iſraël? Quod cùm
audiſſet † acquieuit ſermonibus eorum, & tulit ephod &
idola ac ſculptile, & profectus eſt cum eis. Qui cùm perge x
rent & ante ſe ire feciſſent paruulos ac iumenta & omne
quod erat pretioſum, iamq; à domo Michę eſſent procul, y
uiri q habitbaant in ædibus Michæ † conclamantes ſecuti
ſunt, & poſt tergum clamare cœperunt. Qui cùm reſpexiſ
ſent, dixerũt ad Micham. Quid tibi uis? † Cur clamas? Qui
reſpondit: Deos meos quos mihi feci, tuliſtis, & ſacerdotẽ, z

CAP. XVIII.

A I N diebus. Hîc conſequẽter deſcribiť idololatrię ſpoliatio, vbi priò deſcribiť ſpoliandi occaſio, ſecũdò ſpoliãtiũ occupatio, ibi: Profectiq;. tertiò ſpoliatĩ cõqueſtio, ibi: Cũq; iam. quartò ſpoliantiũ abuſio, ibi: Poſuerũt. Circa primũ ſciẽdum: qđ occaſio ſpoliatiõis Michę fuit miſſio exploratorũ à filiis Dan: qui eũdo ad locũ explorãdũ diuerterũt ĩ domũ Michę ad hoſpitandũ ibi. q̃a erat hõ potens & diues & de filiis Iſrl'. & hoc eſt quod diciť: b ¶ Trib⁹ Dan. Licet eñ accepiſſet ſortẽ poſſeſſiõis ſuæ ab ipſo Ioſue: vt hr̃ Ioſue. xix. ſicut & aliæ trib⁹: tñ in ſorte cuiuslibet trib⁹ adhuc manebant Gẽtiles, q nõ erãt adhuc deleti, nec expulſi p filios Iſrl': & maxiẽ ĩ ſorte Dan. quia Amorrhęus arctauit filios Dan ĩ monte: nec dedit eis locũ vt ad planiora deſcenderẽt, vt habeť. ẽ. c. i. & ſic intelligẽdũ eſt qđ ſubdiť: c ¶ Vſq; ad il. ſ. ſufficiẽtẽ p tãta multitudine. ideo ſubdiť: d ¶ Mãſe. ſ. ad explorãdã ciuitatẽ Lais quõ poſſent eã cape ad habitãdũ ibi. e ¶ Et ĩ tranſ. erat eñ hõ diues, & poterat eos recipere. f ¶ Et agnoſcẽ. p loq̃lã eñ cognouerũt qđ eſſet de Bethlehem. Licet eñ oẽs filij Iſrl' haberẽt vnũ idioma. ſ. Hebraicũ, tñ aliq̃n aliť pnũtiabať ĩ diuerſis ptib⁹ terrę Iſrael. ſicut idioma Gallicũ aliť ĩ Normãdia, & aliť ĩ Picardia. g ¶ Vtẽtes. i. loco ei aſſignato ad manẽdũ, ad quẽ diuertebat ad dormiẽdũ et ad alia ſibi neceſſaria. Cętera patẽt vſq; ibi: h ¶ Rogauerũt. i. falſũ deũ. Iã eñ dixerat qđ idola colebat vt patebit. i. Iam eñ multi de Iſrl' declinauerãt ad idololatriã. i ¶ Dñs. Dicũt aliq qđ hoc dixit eis de capite ſuo, volẽs eis loq placẽtia. Alij vẽrò dicũt q hoc dixit eis ex reſpõſo dæmonis lo q̃ntis ĩ idolo, vl ĩ theraphĩ mõ ſupradicto. De⁹ eñ pmittit aliq̃n dęmones dare talia reſponſa idololatris, q̃a ex malitia ſua demereñť q ſic ĩ errorib⁹ nutriañť, & talia reſpõſa aliq̃n ſunt vẽra. k ¶ Venerunt Lais. ſic debet ſcribi. Illa eñ ciuitas q̃ vocať Lachis, fuerat capta añ ab ipſo Ioſue, vt hr̃ Ioſue. x. Et iſta q̃ vocať hic Lais, vocať Leſẽ, Ioſue xix. l ¶ Videruntq;. & p cõſequẽs improuiſũ ad reſiſtendum

B

reſiſtẽdũ aduerſariis repẽte ſupueniẽtib⁹. m ¶ Iuxta. q̃a Sidon erat ciuitas fortis & munita, & iõ habitatores ei⁹ nõ timebãt ab extraneis, ita nec iſti de Lais, q̃uis nõ haberẽt ciuitatem ita fortẽ. n ¶ Et pcul. ita qđ nõ poterãt citò iuuari ab illa ciuitate. o ¶ Atq;. i. nõ habẽtẽ fœd⁹ ſocietatis cũ aliqb⁹ aliis p q̃s ſuccurri ei poſſit. Cætera patent. p ¶ Profecti. Hîc conſequẽter deſcribiť ſpoliantiũ occupatio. Sexcẽti eñ viri bellatores de tribu Dan eũtes ad capiẽdũ ciuitatẽ Lais exploratã, dũ trãſirẽt iuxta domũ Michæ, abſtulerũt idola & ornamẽta ſacerdotalia, ducẽtes ſecũ ſacerdotẽ, de cõſenſu tñ ipſius. Et patet lr̃a paucis exceptis q̃ diſcurrẽť exponẽdo. q ¶ Mãſer. nõ ĩ ciuitate, ſed extrà, vt patet ex hoc qđ ſubdiť: r ¶ Poſt &c. Noſtis. i. cognoſcere debetis. Ex q̃ patet qđ pdictũ eſt. ſ. qđ ſciebãt qnq; viri ſupradicti idola eſſe ĩ domo Michę p Leuitã q eis ĩdicauerat: aliť nõ aliis potuiſſent hoc indicaſſe. s ¶ Qđ ĩ do. Capitulo pcedẽti dictũ eſt qd ſignificẽt iſta. t ¶ Vi. videlicet de ablatiõe idolorum & ornamẽtorũ ad hoc ptinẽtiũ. Et q̃a erant pni ad idololatriã, cõſẽſerũt q hoc fieret. v ¶ Sexcẽti. parati iuuare illos q ĩgreſſi fuerant ad tollẽdũ pdicta ſi ĩdigerent. Cætera patent vſque ibi: x ¶ Qui cum. Bellatores eñ ita fecerũt, ne Michas & illi q cũ eo erãt, ſequẽtes talia raperẽt, vl' puulis nocerẽt, q defẽdere ſe non poſſent. y ¶ Iamq;. Hîc cõſequeñť deſcribiť ſpoliati cõqueſtio. Et patet lr̃a vſque ibi: z ¶ Deos. In Hebręo hr̃: Et qd mihi ampli⁹? q̃ſi diceret illa q̃ tuliſtis ita ptioſa erãt mihi, qđ parũ aut nihil appret ior reſiduũ: Et ſic intelligen

C

D

Moral'. a ¶ In dieb⁹. b ¶ Tribus Dan. Secundũ doctores de Antichriſto loquẽtes, ipẽ naſceť de tribu Dan. Propter qđ Apo. vij. iter ſeruos dñi ſignatos nõ fit mẽtio de tribu Dan. Igiť p tribũ Dã cõueniẽter põt Antichriſt⁹ cũ ſibi adhęrẽtib⁹ deſignari. Per viros aũt de tribu Dã miſſos ad cõſiderãdã terrã, deſignãť ei⁹ pnũtij ad pdicationẽ & dilatationem ſui ĩperij. Per Lais q̃ dr̃ ciuitas magnarũ opũ & eius terram, Ieruſalẽ & Iudea deſignãť, eò q Iudęa dr̃ ĩ ſacra

h ⁎ ſcriptura

Diuiſio

† ſecũdaret iter ipſorũ Heb.

† cõfidentẽ quẽ nemo pudore ſuffũdebat nõ poſſidẽtem regnum vl', cui nemo imperabat, pcul à Sidonis remotũ nec cõmerciũ vllũ habẽtẽ cũ aliis hominib⁹. Reuerſiq; -nullus erit labor

† tradidit eñ

† theraphĩ & infrà

† lętatus eſt ĩ corde ſuo,

† Cõgregatus eſt

† Añ dñm eſt via vr̃a p quã ambulatis. i. dominus diriget vos per viã p quam ambulare debeatis.

† Nu. 13. d.

† vl' Scitote

⁎ prius cũ explorarẽt terram,

† tulerunt

Moraliter

† manũ tuã

† cõgregati pſecuti ſunt filios Dan clamantes poſt eos

E ~ſic intelligenda eſt trãſlatio nr̃a q̃
habet: Et omnia quæ habeo. Nõ em̃
† ab iſtis, q̃d mihi vltrà?
abſtulerunt bona Michæ alia, cũ eſſet
de filijs Iſrael, quos ſpoliare nolebãt,
ſed tm̃ acceperũt illa quę erant ad cul
tum idolorum pertinentia: quod cre
debant ad religionem pertinere, non
ad furtum. & hoc eſt quod ſubditur:
a ℂ Caue ne. i. cum familia tua &
bonis tuis. Cętera patent ex ſupradi-
ctis vſq; ibi: b ℂ Erat. In Hebræo
habetur: In torrente Rohob. c ℂ Po
ſuerunq;. Hîc conſequenter deſcri-
bitur ſpoliorum abuſio: quia ill' quæ
abſtulerant de domo Michæ, abuſi-
ſunt ad idololatriã exercẽdã. Et hoc
eſt quod dicitur: Poſueruntq; ſibi.
Per hoc ĩtelligũtur alia ad idololatriã
pertinentia, quæ ſibi poſuerunt, ſcili-
cet ad exercendum idololatriam. iõ
ſubditur: d ℂ Et Ionathan. Iſte eſt
Leuites quẽ adduxerũt de domo Mi
chę. e ℂ Ac filios. prędictorũ idolo
rũ. f ℂ Vſq; ad di. q̃ facta eſt p Sal-
manaſar regem Aſſyriorũ, vt habet
iiij. Reg. xvij. Et ſecundũ hãc expoſi-
tionẽ ly captiuitatis ſuæ, refert ad tri
bum Dan. Hiero. autẽ ſup librũ Pa-
ral. dicit, qđ refert ad domum dñi. i.
vſq; ad captionẽ arcę per Philiſthęos
q̃ habetur. j. Regũ. iiij. quia tunc trãſ-
latũ fuit tabernaculũ de Silo. Et hoc
dictũ cõſonat literæ ſequẽti, cũ dicit:
F g ℂ Manſitq;. q. di. non amplius.

Moraliter
*ſcriptura optima terra fluens lacte
& melle. Per hoc autem qđ viri de
tribu Dan ſpoliauerunt Micham, &
domũ eius antequã caperent Lachis
* cõcubinã * fornicata apud eum
ſignificantem Ieruſalẽ, ſignificat qđ
Antichriſtus alias terras ſaltẽ plures,
añq; capiat Ieruſalẽ, ſubiugabit ſibi.
Per hoc autẽ qđ tribus Dan poſuit
idolum in Lachis, figuratum fuit, qđ
† volẽs loqui ad cor Hebra,
Antichriſtus in Ieruſalem ſit ponẽd',
ſicut idolũ adorãdus. Vñ dicit Apo
ſtolus. ij. Theſſal. ij. c. de ipſo: Qui ex-
tollit ſupra om̃e id qđ dr̃ de', aut qđ
colitur, ita vt in templo dei ſedeat, tã
quam ſit deus. Per hoc autẽ qđ ſub-
ditur: f ℂ Vſq; ad diem. ſignifica
tur qđ Antichriſtus per Chriſtum ſit
deijciẽdus, ſicut dicitur. ij. Theſſal. ij.
Quem dominus Ieſus interficiet ſpiri
tu oris ſui: & deſtruet illuſtratione ad
uentus ſui.

*NI. DE LYRA.*

CAP. XIX.

† Puſillũ panis, & cõforta ſtomachũ fulci cor tuum buccella panis

F Vit quidam. Hîc
ponitur caſus ſecun-
dus de vxore Leuitæ
quæ in ciuitate Ga-
baa mortua fuit ex ni
mia libidine abutentium ipſa. Circa
Diuiſio
quod ſic proceditur: quia primò de
ſcribitur hîc ſceleris perpetratio. ſecũ
† cõpulit eũ ſocer eius,
dò perpetrantium vaſtatio. xx. c. ter
tiò vaſtatorũ reparatio. xxj. c. Prima
pars diuiditur in tres, q̃a primò de-
† fulcias cor tuũ. Et tardare fecit eũ vſq; inclinatã iã diem
ſcribitur occaſio peccati. ſecũdò mo
dus perpetrãdi, ibi: Illis epulantibus.
tertiò manifeſtatio facti, ibi: Quã cũ
eſſet ingreſſus. Occaſio autem pcti
fuit in hoc, quod Leuites vxorẽ ſuam
quę receſſerat ab eo, reduxit per ciui
tatem Gabaa, in quã erãt aliqui homi
nes peſſimi

& omnia quę † habeo, & dicitis: quid tibi eſt?
a Dixeruntq; ei filij Dan: Caue ne ultrà loqua
ris ad nos, & ueniant ad te uiri animò conci-
tati, & ipſe cum omni domo tua pereas. Et
ſic cœpto itinere perrexerũt. Videns autem
Michas, quòd fortiores ſe eſſent, reuerſus eſt
in domum ſuam. Sexcenti autem uiri tule-
runt ſacerdotem, & quæ † ſuprà diximus, ue-
neruntq; in Lais ad populum quieſcentem
atq; ſecurum, & percuſſerunt eos in ore gla-
dij, urbemq; incendio tradiderunt, nullo pe-
nitus ferente præſidium, eò quòd procul ha-
bitarent à Sidone, & cum nullo hominũ ha
b berent quicquam ſocietatis ac negotij. Erat
autem ciuitas ſita in regione Rohob. Quam
rurſum extruentes habitauerunt in ea, uoca
to nomine ciuitatis Dan, iuxta uocabulum
patris ſui quem genuerat Iſraël, quæ prius
c d Lais dicebatur. Poſueruntq; ſibi ſculptile, &
e Ionathan filium Gerſom filij † Moyſi ac fi-
f lios eius ſacerdotis in tribu Dan uſque ad di
g em captiuitatis ſuæ. Manſitq; apud eos ido
lum Michæ omni tempore quo fuit domus
dei in Silo. In diebus illis non erat rex in
Iſraël.

Cap. XIX.

FVit quidam uir Leuites h
habitans in latere montis
Ephraim, qui accepit uxo i
rem * de Bethlehem Iuda.
Quæ * reliquit eum: & k
reuerſa eſt in domum pa-
tris ſui in Bethlehẽ, man-
ſitq; apud eum quatuor menſibus. Secutusq; l
eſt eam uir ſuus, † uolens reconciliari ei, atque
blandiri, & ſecum reducere: habens in comi m
tatu puerum, & duos aſinos. Quæ ſuſce- n
pit eum, & introduxit in domum patris ſui.
Quod cùm audiſſet ſocer eius, eumq; uidiſ-
ſet, occurrit ei lætus, & amplexatus eſt homi
nem. Manſitq; gener in domo ſoceri tribus
diebus, comedens cum eo & bibẽs familiari
ter. Die autem quarto † de nocte cõſurgens o
proficiſci uoluit. Quem tenuit ſocer, & ait
ad eum: † Guſta prius puſillum panis, & con
forta ſtomachum, & ſic proficiſceris. Sede-
rúntque ſimul, ac comederunt & biberunt.
Dixitque pater puellæ ad generum ſuum:
Quæſo te, ut hodie hîc maneas, pariterque
lætemur. At ille conſurgens cœpit uelle pro
ficiſci. Et nihilominus † obnixè eum ſocer te-
nuit, & apud ſe fecit manere. Mane autem
facto parabat Leuites iter. Cui ſocer rurſum:
Obſecro, inquit, ut † paululum cibi capias, &
aſſumptis uiribus donec increſcat dies poſt-
ea proficiſcaris. Comederunt ergo ſimul,
ſurrexitq; adoleſcens, ut pergeret cum uxo-
re ſua & puero. Cui rurſum locut' eſt ſocer:

nes peſſimi & luxurioſi nimis. Circa G
hoc igitur ſic proceditur, q̃a primò
deſcribit vxoris recõciliatio. ſecũdò
reconciliatæ reductio, ibi: Die autem
quarto. tertiò in Gabaa hoſpitatio,
ibi: Occubuitq; ei ſol. Circa primum
dicitur: i ℂ Qui accepit. Hoc dici
tur ad differentiam alterius Bethlehẽ,
quę eſt in tribu Zabulon, vt ſuprà di
ctum eſt. xvij. ca. k ℂ Quæ reliq̃t. † fecerat Michas
In Hebręo habetur: Quę fornicata eſt
ſuper eum. & ſic in Hebręo videtur
tangi cauſa receſſus. vtpote quia pro
pter fornicationem vir eius eiecit eã:
vel quia ipſa ignorante viro receſſit
ab eo cũ adultero, & poſtea non fuit
auſa reuerti ad maritum ſuum: & iõ
iuit ad domum patris ſui. l ℂ Secu
tusq;. Sicut frequenter contingit, q
viri ſcientes vxores ſuas malè egiſſe
contra legem thori, adhuc eas tamen
reuocant. m ℂ Habens in co.
id eſt ſeruum. Cætera patent in litera.
o ℂ Die autem quarto de & cę.
Hîc cõſeq̃nter deſcribit vxoris recõ
ciliatæ reductio. Et patet lr̃a vſq; ibi: † Manaſſe
~Conſidera q
Allegoricè
* h ℂ Fuit quidã. Per hunc Leui
tam qui dicitur vir à v̾tute, poteſt al
legoricè deus ſignificari, de quo dicit
Exod. xv. a. Dñs quaſi vir pugnator.
i ℂ Qui accepit. i. ſynagogam ĩ da
tione legis in monte Sinai ſibi cõiun-
gens eã. k ℂ Quę reli. per idolola-
triam multipliciter fornicando: Vn-
de in Hebræo habetur hîc. Quæ for
nicata eſt ſuper eum. Et hęc fornica-
tio p idololatriã patet ex decurſu ve- H
teris teſtamẽti. l ℂ Secutusq;. Per
qđ ſignificatur qđ de' voluit ſibi re
cõciliare ſynagogã, & ad hoc miſit p
phetas. p ipſos eã reuocans ab idolo
latria. Iere. iiij. Tu autẽ fornicata es cũ
amatoribus multis: tamen reuertere
& ego ſuſcipiã te dicit dominus. Tã-
dem poſt pphetas ipſe venit in pro-
pria perſona, ad reconciliandũ ipſam
ſibi per fidem & dilectionem. vñ di-
cit Mat. xv. c. Non ſum miſſus niſi ad
oues quę perierũt domus Iſrl. Et q̃m
aliqui de ſynagoga receperunt eũ per
fidem & dilectionem, ſcilicet apoſto-
li & alij credentes de Iudæa. ideo ſub
ditur: n ℂ Quæ ſuſce. in paucis tñ Moraliter
perſonis reſpectiuè. Moraliter autem
per virum intelligitur rõ ſecũdũ Au † mane
gu. & per vxorem ſenſualitas, cui ra-
tio debet dominari ſicut vir mulieri.
Ipſa tamen ſenſualitas recedit ab obe
dientia rationis illicitę, delectabilibus
ſenſuum inhærendo. Sed tunc ratio
debet eſſe diligens, vt ad eius obediẽ-
tiam reducatur. Et quia perſonis ad
deum reuertẽtib' fide & dilectiõe dia
bolus pcurat tribulationes multas &
magnas: propter hoc apoſtolis & a-
lijs credentibus procurauit tribula-
tiones: priò per ſacerdotes & ſcribas
Iudęorum, vt patet Act. viij. & ix. &
pluribus alijs locis. & poſtea per im-
peratores Romanorum, ĩ quibus tri
bulationibus apoſtoli & plures alij
cũ illuſionibus magnis fuerũt mortui.
& hoc fuit figuratum ĩ interfectiõe p
dictæ mulieris cũ magna illuſiõe. Qđ
autem ei' interfectio fuit p terrã Iſrl
nũtiata, p hoc ſignificatũ fuit apl'orũ
* aliorumq;

a Conſidera quòd dies ad occaſum decliuior ſit & propin-
quet ad ueſperum. Mane apud me etiã hodie, & duc lætum
diem, & cras proficiſceris, ut uadas in domum tuam. Nolu-
it gener acquieſcere ſermonibus eius, ſed ſtatim perrexit &
b uenit †contra Iebus, quæ altero nomine uocabatur Ieruſa-
lem: ducens ſecum duos aſinos onuſtos, & concubinam.
Iamq; aderant iuxta Iebus, & dies mutabatur in noctem.
Dixitq; puer ad dominum ſuum: Veni obſecro, declinemus
ad urbem Iebuſæorum, & maneamus in ea. Cui reſpondit
c dominus: Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non
eſt de filiis Iſraël, ſed tranſibo uſque Gabaa: & cùm illuc per
uenero, manebimus in ea, aut certè in urbe Rama. Tranſie-
d runt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter: occubuitq; eis
ſol iuxta Gabaa quæ eſt in tribu Beniamin, diuerteruntq;
ad eam, ut manerent ibi. Quò cùm intraſſent, ſedebãt in pla
e tea ciuitatis, & nullus eos recipere uolebat hoſpitio. Et ec-
ce apparuit homo ſenex reuertens de agro, & de opere ſuo
ueſperi, qui & ipſe de monte erat Ephraim, & peregrinus
habitabat in Gabaa. Homines autem †regionis illius erant
filij Iemini. Eleuatisq; oculis uidit ſenex† ſedentem homi-
nem cum ſarcinulis ſuis in platea ciuitatis, & dixit ad eum:
Vnde uenis, & quò uadis? Qui reſpondit ei: Profecti ſumus
de Bethlehem Iuda, & pergimus ad locum noſtrum qui eſt
f in latere montis Ephraim, unde ieramus in Bethlehem. Et
nunc *uadimus ad domum dei, nullúsque ſub tectum ſuum
nos uult recipere, habentes paleas & fœnum in aſinorum
pabulum: & panem ac uinum in meos & ancillæ tuæ uſus,
& pueri qui mecum eſt: nulla re indigem9 niſi hoſpitio. Cui
reſpondit ſenex: Pax tecum ſit. Ego præbebo omnia quæ
neceſſaria ſunt, tantùm quæſo ne in platea maneas. Introdu
xitq; eum in domum ſuam, & pabulum aſinis præbuit, ac
poſtquam lauerũt pedes ſuos, recepit eos in conuiuium. Illis
g †epulantibus, & poſt laborem itineris cibo & potu reficien
h tibus corpora, uenerunt uiri ciuitatis illius †filij Belial, id eſt
i abſq; iugo, & circundantes domum ſenis, fores pulſare cœ-
k perunt: clamantes ad dominum domus atq; dicẽtes: †Educ
uirum qui ingreſſus eſt domum tuam, ut abutamur eo. E-
greſſusq; eſt ad eos ſenex, & ait: Nolite fratres, nolite facere
malum hoc, quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, &
l ceſſate ab †hac ſtultitia. Habeo filiam uirginem, & hic ho- l
m mo habet concubinam: educam eas ad uos, ut †humilietis
eas, & ueſtram libidinem compleatis: tãtum obſecro ne ſce
lus hoc contra naturam operemini in uirum. Nolebant ac-
quieſcere ſermonibus illius. Quod cernẽs homo eduxit ad
n eos cõcubinam ſuam, & †eis tradidit illudendam. Qua cùm
tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam mane. At mulier re
cedentibus tenebris, uenit ad oſtium domus, ubi manebat
o dominus ſuus, & ibi corruit. Mane facto ſurrexit †homo &
aperuit oſtium domus, ut cœptam expleret uiam: & ecce*
concubina eius iacebat ante oſtium, ſparſis in limine mani-
bus. Cui ille, putans eam quieſcere loquebatur: Surge &
ambulemus. Qua nihil rñdente, intelligẽs quòd erat mor
tua tulit eam & impoſuit aſino, reuerſusq; eſt in domum ſu-
p am. Quam cùm eſſet ingreſſus, arripuit gladium, & cada-
q uer uxoris cũ oſſibus ſuis in duodecim partes ac fruſta con-
r cidens, miſit in omnes terminos Iſraël. Quod cùm uidiſſent
ſinguli conclamabant: Nunquam res talis facta eſt in Iſra-
ël *ex eo die quo aſcenderunt patres noſtri de Ægypto uſq;
in præſens tempus. †Ferte ſententiam, & in commune de-
cernite quid facto opus ſit.

A a Conſidera, qđ dies. non quia eſſet ita ꝓpe noctem, ſed qa trãſierat horam meridionalẽ, à qua hora incipit ſol decli nare à ſua altitudine. b ℭ Et venit. De rationibus horũ nominũ & aliorum quib9 nominata eſt hęc ciuitas ſcđm diuerſa tpa, dictũ fuit Ge. xxviij. Ex hoc aũt loco dicũt Hebręi, qđ iſta hiſtoria cõtigit tpe Othoniel añ illã, q̃ ſcribitur ĩ principio huius libri de captiõe Ieruſalẽ ꝑ filios Iuda, qa ſubdit hĩc: c ℭ Nõ ingre. Ex q̃ videt̃ qđ adhuc filij Iuda nõ ceperãt illã ciuitatem. Catholici aũt aliq dicũt, qđ cõtigit añ Othoniel: eò quod in fine huius hiſtorię dr̃: In dieb9 illis nõ erat rex ĩ Iſrł: ſic. ſ. dictũ eſt de hiſtoria Michæ ca. xvij. d ℭ Occubuitq;. Hĩc conſequenter deſcribitur redeuntium hoſpitatio, cùm dicitur: Occubuitq; eis ſol iuxta. Et ideo nõ poterant bono modo vltrà tranſire. e ℭ Et nullus. quia boni timebant eos recipere timentes inuaſionẽ dom9 ſuæ de nocte ab hominibus inſolẽtib9, q erãt in ciuitate: ſicut & cõtigit ei B q eos recepit. Mali ãt homines vagi & iſolẽtes nõ hñt hoſpitia ad recipiendũ tranſeuntes, nec ĩpi libenter declinarẽt ad eos. Cætera patent vſque ibi: f ℭ Et nunc. hoc eſt ĩ Silo, vbi erat tabernaculũ & arca teſtamẽti, qa añq; intraret domũ ſuam volebat deo regratiari de hoc qđ direxerat eũ in via & cuſtodierat, vt ex hoc deberent homines inclinari ad ipſos recipiendum. g ℭ Illis epu. Deſcripta peccandi occaſione, hĩc conſequenter deſcribitur peccati perpetratio, cùm ſubditur: Venerunt viri &c. Quod autem ſequitur: h ℭ Id eſt. non eſt in Hebręo, ſed eſt interpretatio huius dictionis Belial. quia tales homĩes ſũt ſine diſciplina & timore dei. i ℭ Fores pulſare cœperunt clamã. cùm tamen ſecundũ dictamen rationis rectę peregrini ĩ hoſpitio debeãt eſſe ſecuri. k ℭ Educ virum q ingreſ. &cę. vt ab eo. cõcubitu Sodomitico: vt cõiter dicunt expoſitores. Ioſephus autem dicit qđ non quærebant niſi mulierem, ſed ſic loquebantur vt inclinarent dominum do-
C num domus & maritum mulieris ad tradendũ eã. Vñ & ĩ fine intẽtabãt viro mortẽ niſi traderet eis vxorẽ ſuã, ſcđm qđ allegat cap. ſequẽti dicẽs: Volentes me occidere &c. Et hoc videtur ex hoc ꝙ tradita eis vxore fuerunt cõtenti, vt hr̃. ſ. l ℭ Habeo filiã. Dicunt aliqui, qđ nõ peccauit offerẽdo eis filiam ſuam, ad euitandum maius malum. ſ. peccatum contra naturã qđ ipſi prętendebant ad iniuriam hoſpitum ſuorũ. Sed hoc non eſt verũ qa nullus debet conſentire in hoc qđ eſt peccatũ, maximè mortale de genere, vt euitet in alio maius peccatum: prout declaratũ fuit diffuſè Ge. xix. de Lot, qui in caſu cõſimili voluit tradere filias ſuas virgines. m ℭ Et hic. id eſt vxorem, q̃ ſic noĩat à concubitu. Et ſimil' modus loq̃ndi habetur. ij. Regũ. xvj. vbi Achitophel dixit ad Abſalõ: Ingredere ad concubinas pr̃is tui, quæ tamen erãt vxores Dauid. non enim habebat cõcubinas ad exercẽdũ adulteriũ. n ℭ Qua cũ tota no. abuſi &c. quia non erat eorũ vxor. & ideo talis concubitus D erat abuſus. vel quia vtebantur ea concubitu innaturali. o ℭ Et ibi cor. Tum quia erat nimis afflicta: tum etiã ex verecũdia. p ℭ Quam cum eſſet ingreſſus. Hĩc deſcribitur facti diuulgatio cùm dicitur: q ℭ Arripuit gladium &cæ. Erant eñ. xij. trib9 pręter tribum Leui. Tribus autem Manaſſe erat diuiſa ĩ duas partes, quarum vna erat vltra Iordanem, alia citra: & ſic pro illa tribu fecerit duas ptes: aliť non fuiſſet notificatũ factũ ſufficiẽter. ꝑ tribu verò Bẽiamĩ non fecerit aliquam partem: quia nuntios ꝑ quos miſiſſet, occidiſſent neque pro tribu Leui, qa erat diſperſa per omnes tribus: & ideo denuntiato facto alijs tribubus ſufficienter erat denuntiatũ tribui Leui. r ℭ Miſit in omnes terminos Iſrael. ſcilicet per nuntios, qui factũ & modum faciendi populo explicabant. Cętera patent.

Moraliter * aliorũq; ſanctorũ martyria debẽt denũtiari per totã eccleſiã: vt fideles eorũ cõſtãtiam imitẽť, & deuotiõe debita venerẽtur.

† vl' ẽ regione
† iucũditate afficiẽtib9 cor ſuũ. Heb.
† hoc ſcelere.
† cognouerunt eam
~ putãs eã quieſcere
* nec viſa
† Cõſidera ſe illud,
† loci
† deambulantem
† viri impij
† Geñ. 19 [illegible]
† vt affligatis
† dñs eius
* mulier
~ intelligẽs ꝙ erat mortua

CAP. XX.

E Greſsi itaq; &cęte. Sequitur: a ¶ Conſuluerunt. Greg. Qui ſemetipſum non iudicat, quid in alio rectè iudidicet ignorat: & ſi nouit fortaſſe per auditum, qđ rectè iudicare debeat: rectè tamen iudicare aliena merita non valet, cui conſcientia proprię innocētiæ nullam iudicij regulam præbet. Hinc eſt, qđ cū tribus Beniamin ī carnis ſcelere fuiſſet obrupta, collectus omnis Iſrael iniquitatem vlciſci voluit: ſed tamē ſemel & iterum in bello proſtratus eſt. Conſulto aūt dño ſi ad vlciſcēdū ire debuiſſet, iuſſum eſt vt iret. Qui iuxta imperiū diuinę vocis perrexit, ſemel & ſecundò perdidit: & tunc demū peccatricem tribū valde feriens, penè funditus extinxit. Quid eſt ergo, qđ vltione ſceleris inflāmatur, & prius ille proſternitur, niſi qđ prius ipſi purgandi ſunt per q̄s aliorū culpę feriuntur, vt ipſi iā mūdi p vltionē veniāt, q̄ aliorū vitia corrigere feſtināt? vn̄: Qui ſine pctō eſt (Ioh. 8. a.) veſtrum, prim⁹ in illā lapidē mittat. Ad aliena quippe pctā puniēda ibāt, & ſua relinquebant. Reuocent̄ igitur († Iſrael) intus ad conſcientiam, vt prius propria pctā corrigāt, & tūc aliena reprehendant. Vnde neceſſe eſt, vt dum cōtra nos vltio diuina ceſſat, ipſa cōſciētia ſe reprehēdat, & ad lamenta pœnitētię cōtra ſemetipſā erigat ſe: ne cōtra F bonos elata, & ſibi hūilis: ſed cōtra ſe rigida, bonis vero oībus ſit ſubmiſſa.

*NI. DE LY.*

CAP. XX.

E Greſsi itaq;. Hic conſequenter deſcribitur peccātiū vaſtatio: vbi primò facti veritas diſquiritur. ſecūdò iuſtitiæ æquitas requiritur, ibi: Et miſerunt. tertiò iniquitas defendit̄, ibi: Qui noluerunt. quartò iuſtè inuadit̄, ibi: Virorū quoq; Iſrl̄. (Diuiſio) Circa primū dicitur: Egreſsi itaq; ſunt oēs. Sequitur: b ¶ De Dan. Hic exprimitur longitudo terræ Iſrael. quia ciuitas Dan eſt in termīo eius aquilonari & Berſabee in termino auſtrali. c ¶ Et terra Galaad. In hoc exprimitur latitudo quę incipit à terra Galaad quę eſt vltra Iordanem: & protenditur vſque ad mare mediterraneū. d ¶ Omneſq; anguli. Hebręi dicunt, domini populorum. i. capita nei in tribubus & in familijs. e ¶ Et cunctæ tribus. excepta tamē tribu Beniamin. f ¶ In eccleſiam. i. congregationem. Tunc enim non fuerūt congregati in Silo, vbi erat dom⁹ dei († vide. 3. c. huius de Aod) ſed ī Maſpha. g ¶ Interrogatuſq;. quia non debet procedi ad punitionem tanti facti abſq; diſquiſitiōe diligenti. h ¶ Reſpondit veni. modo expreſſo cap. pręcedenti. i ¶ Volētes me occidere: niſi eis traderem vxorem meam, ſecundum dictū Ioſephi. Vel: Volentes me occidere. affligendo me carnali concubitu († 3. q. 7. qui ſine) & nefario, ſecundum dictum aliorū. k ¶ Nunquam tantum nefas & tam grāde piaculū factū eſt in (Piaculū) Iſrael. Piaculum dicitur à pio pias: quod

Cap. XX.

E Greſsi itaque ſunt omnes a
filij Iſraël, & pariter con-
gregati quaſi uir unus de b
Dan uſq; Berſabee, & ter c
ra Galaad ad dominum
in Maſpha: omneſq; an- d
guli populorum & cunctæ tribus Iſraël in e f
eccleſiam populi dei conuenerunt qua-
dringenta milia peditum pugnatorum.
Nec latuit filios Beniamin, quòd aſcendiſ
ſent filij Iſraël in Maſpha. Interrogatuſq; g
Leuita maritus mulieris interfectæ quo-
modo tantum ſcelus perpetratum eſſet,
reſpondit: Veni in Gabaa* Beniamin h
cum uxore mea, illúcque diuerti. Et ecce
homines ciuitatis illius circundederunt
nocte domum in qua manebam uolen- i
tes me occidere, & uxorem meam incre-
dibili furore libidinis †uexantes, denique
mortua eſt. Quam arreptam in fruſta
concidi, miſiq; partes in omnes terminos
poſſeſſionis †ueſtræ: quia †nunquam tan- k
tum nefas & tam grāde piaculū factū eſt
in Iſraël. Adeſtis omnes filij Iſraël: decerni
te quid facere debeatis. Stanſq; omnis po l
pulus, & quaſi unius hominis ſermone re m
ſpondit: Non recedemus in tabernacula n
noſtra, nec ſuam quiſquā intrabit domū:
ſed hoc cōtra Gabaa †in cōmune faciam⁹.
Decem uiri eligantur è centū ex omnibus
tribubus Iſraël, & centū de mille, & mille
de decē milibus, ut cōportēt exercitui ci-
baria: ut poſsimus pugnare cōtra Gabaa
Beniamin & reddere ei pro †ſcelere quod
meretur. Cōuenitq; uniuerſus Iſraël ad ci
uitatē quaſi homo un⁹, †eadē mēte, unoq;
cōſilio: & miſerūt nūtios ad oēm tribum o
Beniamin qui dicerēt: †Cur tantū nefas in p
uobis repertū eſt? Tradite homīes de Ga q
baa qui hoc flagitiū perpetrarūt ut mori-
antur: & auferatur malū de Iſraël. Qui no r
luerunt fratrū ſuorū filiorū Iſraël audire
mandatū: ſed ex cunctis urbibus, q̄ ſortis
ſuę erant, cōuenerunt in Gabaa, ut illis fer s
rent auxiliū: & contra uniuerſum populū
Iſraël dimicarēt. Inuētiq; ſunt uiginti †quin
que milia de Beniamin educentiū gladiū,
pręter habitatores Gabaa, qui ſeptingēti
erant uiri fortiſsimi, †ita ſiniſtra ut dexte
ra pręliantes, & ſic fundis lapides ad certū t
iactantes, ut capillū quoq; poſſent percu-
tere, & nequaquā in alterā partē ictus lapi
dis deferretur. Virorū quoq; Iſraël abſq; v
filiis Beniamin inuēta ſunt q̄dringēta mi
lia educentiū gladios & paratorum ad pu
gnā. †Qui ſurgētes uenerūt in †domū dei,
a hoc eſt in Silo: cōſuluerūtq; deū, atq; dixe
rūt. Quis erit in exercitu noſtro princeps
certaminis contra filios Beniamin? Qui-

ibi cõmuni felicitate diuinæ viſionis fruũ- retiaculũ.
tur, tantò qs ſublimius quantò mundiores ad videndũ oculos cor-
dis habuerit. Communis ergo ibi benedictio omnium electorum.
ſed qꝺ diſtincta operum qualitate multæ manſiones, beatorum in
vna domo dei ſignificantur, cũ dicitur: Et rurſum alia capitel. &cæ.
Iuxta menſuram columnę fiunt capitella deſuper, cũm ſancti docto-
res, imò omnes iuſti doctorũ veſtigia ſequentes, pręmia ſuſcipiunt æ-
ternæ retributionis ſecundũ merita operationis. Super retiacula quoqꝫ
fiũt eadē capitella, qa iuxta modũ dilectionis qua ſibi in hac vita ſan
cta fraternitas copulatur, ſupernorum quoqꝫ ciuium ſocietati in p̃
ſentia ſui creatoris coniungetur. Sed quia illa ſocietas vtriuſqꝫ popu H
li fidelibus tribuiẗ, rectè ſubiungitur. g ¶ Malorũ granatorũ. In
malo granato totam ſignificat eccleſiam. Centenarius verò qui pri-
mus tranſit ad dexteram, beatitudinem æternam. Duplicatur hîc nu
merus malorũ granatorũ in circũitu capitelli ſecũdi: vt ſignificetur, ꝙ
vtriuſque teſtamenti populus ĩ Chriſto ſit adunãdꝰ, & ad ęternã in
troducēdus coronã. vñ: Nõ eñ lõgè erãt à terra, ſed ꝗſi cubitis ducē
tis trahentes rete piſcium. Per ducentos enim cubitos rete plenum Ioh.21.c.
magnis piſcibus diſcipuli ad dominum trahunt, effectum ſuæ re-
ſurrectionis

## *Nicolaus de Lyra.*

cat dicens. a ¶ Et duos ordines per circumitum reti-
aculorum ſingulorum, vt tegerent capitella quę erãt ſu- Moraliter
per ſummitatem malorum granatorum. Eodem modo.
quia ſeptem retiacula inferiora erant ſuper mala granata inferiora, &
ſeptem alia retiacula ſuperiora ſuper mala granata ſuperiora, vt dictũ
eſt. b ¶ Capitella autem. quę erant ſuper capita colum
narum quaſi opere lilij fa. quia in ſummitate capitis columnæ,
& ſimiliter in ſummitate capitelli ſuperpoſiti erat opus ſimilæ lilio,
vt dictum eſt. c ¶ Erant in porticu. quia iſtæ columnę fuerunt
ſituatæ in porticu templi, vt poſtea clarius exprimitur. d ¶ Cubi
torum. Hoc refertur ad capita columnarũ, ꝗ erant ꝗtuor cubitorũ
in altitudine, vt prædictum eſt, ita quòd caput columnæ & capitel
lum ſiẗ aſcendebant per nouem cubitos. e ¶ Et rur. alia. ca. &c.
loquitur de prædictis capitellis, quę erant ſuper capita columnarũ.
f ¶ Iuxta menſuram columnæ contra retiacula &cæ. qa
ſicut dictum eſt, prope partem inferiorem capitelli erant .c. mala gra
nata ſuperpoſita, & .c. dependentia eis correſpondentia: & ſic vnum
malum granatum ſuperpoſitum & vnum dependens, ei correſpon
dens, faciebant vnum ordinem: & ideo ibi centũ ordines malorũ gra
natorum, quia ibi erant ducenta mala granata .c. ſuperpoſita, & .c.
dependentia. & eodem modo in malis granatis ſuperioribus tales
& tot erant ordines, vt patet ex prędictis. & ſic erant ibi .cc. or-
dines malorũ granatorum in vniuerſo in vno capitello. ideo ſubdi-
tur. g ¶ In circumitu capitelli ſecundi. vocatur autem ſecun-
dum reſpectu capitis columnæ, cui erat ſuperpoſitum, quod quidē
caput dr̃ hîc quodammodo capitellum .ſ. reſpectu ſtipitis columnę.
Et ſtatuit

☞ ſurrectionis iam in littore monſtrantē,cū prędicatores Iudęis & gen
A tibus uerbum fidei cōmittūt,& vtriuſq; populi electos in vna bea-
titudinis arce colligunt. a ¶ Columnam. Dextera colūna docto
res primitiuę eccleſiæ ſignificat,ſecunda eos qui ad prędicandū gen
tibus miſſi ſunt. Vel dextera ſignificat eos qui venturū in carne do-
minum prophetando prędixerūt. Secun
da illos qui iam hunc veniſſe & mundum
redemiſſe teſtantur. Simili vocabulo am-
bę cēſentur columnę. Vna enim firmitas,
altera ī robore dicitur, vt vna fidei & ope
ris fortitudo cunctis ineſſe doctoribus
monſtraretur,& noſtri temporis inertia
tacitè notaretur, vbi ſe qdā doctores ſacer
dotes & colūnas dom⁹ dei videri & voca
ri volūt, cū nihil ī ſe firmę fidei ad cōtemnē
das ſeculi pōpas & deſiderāda bona inui-
ſibilia nihil habeant roboris ad corrigen-
dos, nihil induſtriæ ſaltem ad intelligen-
dos eorum quibus prælati ſunt errores.
☞ Fecit q;

Et ſtatuit duas columnas in porti- a
b cu templi. Cumq; ſtatuiſſet colum- b
nam dexteram, uocauit eam nomi- c
¶ Firmitas.
ne Iachin. Similiter erexit colum- d
nam † ſecundam,& uocauit nomen e
¶ In robore.
eius Booz. Et ſuper capita colum-
narum opus in modum lilij poſuit.
Perfectúmque eſt opus columna-

† ſiniſtram

*Hæc eſt figura capitelli ſecundum expoſitionem Ra. Sa. Hebræi: longitudo & diſpoſitio ſtipitis columnæ & baſis: ut poteſt imaginari per ſupradicta.*



Figura capitelli ſecūdū catholicos. | Figura capitelli ſecundū Rabi Salomonem.

*Expoſitio huius literæ & ſequentis quantū ad iſtas columnas eſt eadem cum præcedēti. Non miretur aliquis: ſi tantū immoratus ſum circa iſtas colūnas: quia ſcriptura in diuerſis locis loquitur uariè de ipſis & contrariè: ut prima facie uidetur: ſecundum quod patet per prædicta. & iſtam diſſonantiam oportuit remoueri. Præterea à præcedentibus expoſitoribus non inueni aliquid ſcriptum per quod poſſet textus conſequenter exponi. Item quia non ſolùm expoſitionē Latinorum: ſed etiā Hebræorum ponere uolui: ut lector eligat quod ſibi magis placuerit: & uidebitur expedire.*

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Et ſta. &c. iuxta muros q clau-
debāt latitudinē porticus, ita q ſpatiū qđ
erat añ oſtia tēpli erat medium inter iſtas
duas colūnas, ideo ſequitur: b ¶ Cūq; .i.
in parte dextera porticus. c ¶ Vocauit.
qđ interpretatur firmitas. d ¶ Simili-
ter .ſ. ſiniſtra parte. e ¶ Et vo. qđ inter
pretatur fortitudo. Et dicūt He. p q iſtas
duas colūnas ſignabat firmitas, & robur
regni Dauid. Cętera patent ex dictis. Huic
aūt expoſitiōi videnť aliqua contrariari, q̄
ſunt ſoluenda .ij. Para. iiij. dr: Mala grana-
ta q;.xl. & retiacula duo hîc aūt dr qđ e-
rāt .cc. ordies malorū granatorū, & retia-
cula ſeptena ī vno, & ſeptena ī altero capi
tello. Dicendū qđ translatio noſtra in Bi-
blijs noſtris cōiter corrupta eſt vitio ſcri-
B ptorū. Quantū ad primū ,ppter ſilitudi-
nem dictionū. quia vbi .ij. Par. noſtra trāſ
latio habet .xl. malagranata. ī Heb. hr .cccc.
mala granata. qđ patet ex hoc q erāt ibi
cc. ordines, & quilibet ordinabat duo ma
la granata. & ,ppter hoc .ī. in iſto. ca. dr. p
modum recapitulationis: Et mala grana-
ta .cccc. in duob⁹ retiaculis. ita eſt in Heb.
& in libris correctis noſtris. Quantùm ve
rò ad ſecundum dicendum, qđ duo retia
cula ibi accipiuntur pro duobus ordini-
bus retiaculorum in quolibet tamen ordi
ne erant .vij. retiacula: & ſic nulla eſt cōtra
rietas ad pręcedentia. Item Iere. vlti. a. vbi
fit mentio de iſtis columnis dicitur: Et fue
runt mala granata nonaginta & ſex depē
dentia in .c. retiaculis. ſecundum prædicta
hîc erant .cc. mala granata dependētia. Si-
militer de retiaculis dictum eſt, qđ erant
duo ordines retiaculorum, & in quolibet
ordie ſeptem retiacula tantū. Quantū ad
primum dicendum, qđ colūnæ ſicut prę
dictum eſt erant poſitę iuxta murum por
ticus hinc & inde, ita qđ capitellum iungebatur parieti, vt dicit Ra.
Sa. Et propter hanc iuncturam aliqua mala granata non poterant
videri ab aſpicientibus, & illa non numerauit Ieremias, cū dicit qđ
erant nonaginta ſex dependentia. & loquitur de malis granatis vni⁹
circūitus tm̄, quia quatuor reſidua de .c. occultabantur modo præ-
dicto. quia tamen ſecundum veritatem erant .c. ideo ibidem ſubdit
Ier. ſecūdū veritatem Hebraicā. Omnia mala granata .c. ſ. ſuper ca-
pitellū. qđ eſt intelligēdū de vno circulo malorū granatorū, & tot e-
rant in quolibet aliorum triū circulorū, vt patet ex ſupradictis. & ſic
erant .cc. mala granata depēdentia, quia duo circuli erant dependē-
tes, vt prædictum eſt. Quantum ad ſecundum de .c. retiaculis dicen-
dum, qđ ibi translatio noſtra videtur corrupta, neſcio tñ q̄rū vitio.
In Heb. eñ ſic habetur Iere. vlt. Fuerunt mala granata nonaginta ſex
dependentia. Oīa malagranata .c. ſibi ſuper capitellū, ita q de retia-
culis nō fit ibi mētio, Poteſt tamen dici ſecundum tranſlationem no
ſtram, qđ licet eſſent bis ſeptem retiacula, vt dictum eſt, tamen variè
& multipliciter erant perforata, ita qđ talis varietas ad vnum cente
narium in aliquo reducebatur. Sciendum tamen, qđ aliqui docto-
res ch a-

res chatolici & etiam Hebræi aliter ſētiunt de longitudine columna C
rum prædictarum, dicentes qđ quęlibet habebat in longitudinē de-
cem & octo cubitos tantū, cōputato etiam capitello ſecundum qđ
textus ſuprà poſitus videtur dicere, cùm dicitur: Et finxit duas colū
nas ęreas, decem & octo cubitorum altitudinis colūnam vnam. Ad
hoc etiam inducūt, qđ ſi altitudo cuiuſli
bet columnæ eſſet .xxxv. cubi. excederet
primum tabulatū tēpli, qđ diſtabat â pa
uimento .xxx. cubitis tm̄. & ad illud qđ ſu
prâ inductum eſt de .ij. Para. iij. d. vbi dr:
Añ fores etiam templi duas columnas q̄
triginta & quinq; cubitos habebant alti-
tudinis, dicunt qđ ibi altitudo vtriuſque
colūnę pōitur ſimul iuncta. Sed hoc dictū
videtur eſſe contra textum & implicare
cōtradictionem. quia ſecundum eos quę
libet habebat decem & octo cubitos alti
tudinis. ſi ergo iungatur vtraq; altitudo
ſimul, habētur .xxxvj. cubiti et non .xxxv.
tantū. Item in litera dicitur expreſſè, q ca
pitellum habebat .v. cubitos altitudinis,
quibus remotis non remanent pro toto
reſiduo columnæ, niſi .xiij. cubiti lōgitu-
dinis. Item dicitur in litera expreſſè, qđ li
nea .xij. cubitorum ambiebat columnam
vnam, vt ſuprà declaratum eſt. ex quibus
ſequitur, qđ linea menſurans lōgitudinē
columnæ capitello excepto non exce-
debat lineam menſurantem groſſitiem
eius niſi in vno cubito tantū: & hæc for-
ma columnæ eſſet valde indecens, tamen
omnes doctores tam Hebraici quā Lati-
ni dicunt, quòd illæ columnæ erant poſi D
tę in porticu templi tantùm ad decorem:
quia non inuenitur quòd portarent ali-
quod pondus: tum quia erant intra parie
tes porticus: tum quia in ſuperiori parte
erat opus quaſi lilij, vt prædictum eſt, qđ
non eſt opus diſpoſitum ad aliquid por-
tandum, ſed ſolū ad decorem. & ideo di-
cendum ſicut prius, quòd quęlibet colū-
na erat altitudinis .xxxv. cubitorum. Ad il
lud quod obijcitur de textu⁹ ſuprà poſi-
to: Decem & octo cubitorum altitudi-
nis columnam vnam. Dicendum, quòd
loquitur de altitudine ſtipitis tantùm, vt
ſuprà dictum eſt. Ad illud quod induci-
tur de primo tabulato templi. Dicendū,
quòd ſecundum Heb. hoc nullum eſt in-
cōueniens, quia in parte templi anteriori
non erant deambulatoria. Poteſt etiam
dici, quòd non ſequitur quòd excede-
rent primum tabulatum, quia porticus
erant indecliui montis, & per gradus a-
ſcendebatur in templum, & columnę iſtæ
erant in inferiori parte porticus; ita qđ
terra erat ibi demiſſior quinque cubitis,
quâm pauimentum templi. Notandum
etiam quòd Rab. Sa. & alij doctores He-
bræi habent aliam imaginationem totali
ter de iſtis capitellis. Dicunt enim, quòd
capitella iſta erant duo groſſi pomelli ſuper capita duarum colum-
narum magis lati quàm alti, ſicut fieri ſolet in ſummitatibus campa
nilium, & in latiori parte vtriuſque pomelli exterius erant duo cir-
cumitus malorū granatorū, vnus ſuper alius ſubter: & in quolibet cir
cumitu cētū mala granata. & quia duo mala granata faciunt vnū ordi
nem, vt prædictum eſt, ideo ibi erant centum ordines malorū grana
torum in capitello cuiuslibet columnę, & ſic ducenti ordines in dua
bus columnis. & in hoc differt iſta imaginatio à pręcedenti, quę po
nit ducentos ordines malorū granatorū in qualibet columna, vt prę
dictum eſt. In ſuperiori verò parte huius pomelli erat opus quaſi li
lij: & à pede huius operis deſcendebat opus per modum retis factū,
deſcendens vſq; ad inferiora mala granata, tegēs ea quaſi viderentur
per medium retis: & illud opus reticulatum à ſuperiori parte vſq;
ad inferiorem diuidebatur lineis intermedijs facientibus quaſi ſeptem
portiones, quæ dicuntur ſeptem retiacula, & ad hoc melius capien-
dum deſcribitur figura prout in plano poteſt figurari. Igitur ſe-
cundum iſtam imaginationem Hebræorum poteſt exponi litera à
principio, cùm dicitur: Duo quoque capitella &cæ. & patet litera ex

a ℭFecit quoque.Beda.Hoc mare in figuram baptiſmi factum
E eſt,quo in remiſsionem peccatorum emũdamur.Sacerdotes enim
2.Par.4.b. in eo lauabantur, vt Paral.teſtatur. Sacerdotes enim omnes electi vocantur,qui ſunt membra ſummi ſacerdotis Ieſu Chriſti Rectè autem hoc vas mare dicitur,in memoriam ſcilicet maris rubri,in quo prius per AEgyptiorum extinctionem & populi dei liberationem baptiſmi forma pręceſsit. vnde: Patres noſtri omnes
1.Cor.10.a. ſub nube fuerunt,& omnes mare tranſierunt,& omnes in Moyſe baptizati ſunt ĩ nube & in mari. Sacramentum autem baptiſmi & vitæ à nobis munditiam q̃rit in hoc ſeculo,& vitæ eternæ gloriam promittit in futuro. Quod vtrunq; in mari æneo ſignatur, cùm eſſet decem cubitorum à labio vſq; ad labium prohibetur. Decem enim præceptis in lege do
Matt.20.a. minus omnia quę facere debemus, expreſsit.Denario æquè mercedem benefactorum ſignificauit, cùm hunc in vinea laborantibus dandum eſſe prædixit. b ℭA labio vſq; ad labium.Quia à primo baptizato in nomine Ieſu Chriſti vſque ad vltimum qui in fine ſeculi crediturus & baptizandus eſt, omnis fidelium chorus eandem veritatis viam ingredi,& communem debet ſperare à domino iuſtitiæ coronam. c ℭQuinq; cubitorum.Quia qcquid viſu, auditu, guſtu, odoratu, tactuq; delinquimus, gratia dei nobis per ablutionem viuifici fontis relaxat. Sed non ſufficit præteritorum remiſsio peccatorum, niſi quis deinceps bonis ſtudeat operibus. alioquin diabolus qui exierat de homine, ſi hunc à bonis operibus vacare viderit, multiplicius redit, & facit nouiſsima illius peiora prioribus. vnde ſubditur: d ℭEt
Matt.12.d. reſticula triginta cubitorum cingebat illud. Diſciplina cęleſtium pręceptorum qua à voluptatibus religamur. vnde: Fu
Eccle.4.c. niculus triplex difficile rumpitur. quia obſeruatio mandatorum quæ in cordibus electorum fide, dilectione, ſpe ſupernæ retributionis firmata eſt, nullo poteſt obſtaculo diſ
F ſolui.Reſticula mare ambit,cùm ſacramentum baptiſmi quod accepimus, pijs operibus munire ſtudem⁹.Hęc tringinta cubitorum eſt, quinquies enim ſeni trigita faciunt. Senario autem in quo dominus homiem fecit,cùm non eſſet,& refecit cùm perijſſet, bona operatio noſtra figuratur. Et ſex per quinque multiplicantur, vt ad triginta perueniant, cùm omnes corporis ſenſus diuinis ſubiungantur imperijs. ℭAliter. Terdeni faciũt triginta,& genus humanum poſt diluuium de progenie trium filiorum Noe latitudinẽ totius orbis impleuit.Sem quippe Aſiam: Chaim Aphricam; Iaphat ſoboles Europam & inſulas maris obtinuit.Et quia baptiſmi myſterium cum executione operũ & ſpe cæleſtium cunctis erat nationibus miniſtrandum, reſticula xx.cubitorum mare in quo baptiſmo figurabatur cingebat. Sed & hîc dicendum, quòd dominus cùm eſſet.xxx.annorum venit ad baptiſmum,qui quoniam ſuo baptiſmate quod tricenarius accepit,baptiſmum noſtrum conſecrauit,rectè mare quod noſtrum baptiſmũ figurabat triginta cubitorum reſtis circumibat,vt ſignificaretur domino illi⁹

no illius qui baptiſmum ſine peccato ſubijt, baptiſmum nobis in G
eum credentibus in remiſsionem peccatorum dedicari. e ℭEt ſculptura.Cùm prædictum ſit,q; reſticula.xxx.cubitorum mare circũierit,& nũc addatur q; ſculptura hæc ſubter labium poſita.x.cubitis ambierit,patet,quia vas erat in modum phialæ expanſum & diffuſum: qđ à tringinta cubitis circumitus q̃s habebat ĩ labio vſq; ad decem eſt coactũ.

a ℭBaptiſmum.

a rum. Fecit quoq; mare fuſile decem a b
b cubitorum à labio vſq; ad labium,

a ℭVt vniuerſus orbis lauacro vitæ a ſorde peccatorum ſignaretur eſſe mundandus.

c rotũndum in circumitu. Quinque c
d cubitorum altitudo eius,& †reſticula triginta cubitorũ cingebat illud d
e per circumitũ,& †ſcupltura ſubter e

† filum

†tabernacula iſtar colocyntidarũ

☞ Sculptura

*Nicolaus de Lyra.*

prędictis vſq; ibi:& quaſi in modum retis &c.loquitur de opere reticulato quod operiebat à ſummitate pomelli vſq; ad inferiora mala granata.Septena v⁹ ſuum retiacula in capitello vno,quia illud opus reticulatum in qualibet columna erat diſtinctum ſeptem portionibus,vt dictum eſt. Et duos ordines per circumitum retiaculorum ſingulorum:quia in qualibet columna retiacula erant diſtinctè ordinata in ſuperiori parte & inferiori. In ſuperiori tamen parte erant ſtrictiora, & inferius latiora ſecundum dilatationem pomelli cui erant ſuperpoſita,ideo ſubditur: Vt tegerent capitella &c.vt ſuprà.Erant in porticu cubitorum quatuor.ſ.columnæ tantũ occupabant ſpatium in porticu, quia ſicut dictum eſt, linea duodecim cubitorum ambiebat vnam columnam, & per conſequens linea diametraliter tranſiens per ſpiſsitudinem columnæ erat quatuor cubitorum, niſi qđ amouenda eſt ſeptima pars huius quaternarij,quia hæc eſt concluſio demonſtrata in geometria,quòd circunferentia circuli continet ter diametrum & eius ſeptimam partem. Verbi gratia:Si,ſ.diameter eſt ſeptem pedum, circũferentia eſt vigintiduorum pedum,Malorum granatorum autem ducenti ordies erant in circumitu capitelli ſecundi.ſ.accepti cum prio. quia ſcđm iſtam expoſitionẽ ĩ duob⁹ capitellis duarũ colũnarũ erãt tm̃ mala granata q̃dringẽta,& p cõſequẽs ducẽti ordies malorũ granatorum: cẽtum ordines in vna colũna, & centũ in altera. Et ſtatuit duas H columnas. a ℭFecit quoq;. Hîc cõſequenť deſcribitur mare ęneũ, qđ erat lauatorium ſacerdotum,cui⁹ primô deſcribiť latitudo, cũ dr̃: b ℭDecẽ. & ſcđô altitudo cũ dr̃: c ℭQuique cu. ſcil. ipſius maris, Diniſio
quia boues ſuper quos erat poſitum non computantur in hac altitudine. d ℭEt reſticula,id eſt funicul⁹,triginta cubitorum,quia ſicut dictum eſt ſuprà,diameter circuli eſt tantùm terua pars circunferentię,& adhuc deficit ſeptima pars diametri,ſed ſcriptura nõ accipit ſic pręciſè.Linea verô diametraliter trãſiens à labio in labium erat decem cubitorum,vt dictum eſt.& ſic ſequitur quòd linea tranſiens per circunferentiam eſſet triginta cubitorum,& cum hoc contineret ſeptimam partem diametri. ſed ſcriptura illud omittit,quæ non computat ſic præciſè. e ℭEt ſcu.Nõ poteſt intelligi qđ iſta ſculptura eſſet immediatè ſub labio qđ erat ſuperior pars maris,quia ibi mare habebat.xxx.cubitos in circũitu. & ideo dicunt doctores noſtri, quòd mare illud ĩ ſuperiori parte erat latius,& deſcendendo reſtringebatur,ita quòd in parte inferiori habebat tantùm.x.cubitos in circũitu,& ibi erant ſculpturę in duobus

ordinib⁹

*Figura maris ſecundum Ioſephum & doctores catholicos.*



*Figura maris ſecũdum opinionem Rabi Salomonis.*



A Sculptura autem hiſtriata eſt quę aliquas rerum hiſtorias imitatur.
Vnde per ſculpturas hiſtriatas quibus mare circundatur, exempla
Sculpturæ hiſtriatarũ ad quid — priorum temporum ſignantur, quæ nobis ſunt intuenda, vt videa
mus quibus operibus ab initio ſancti deo placuerunt, qua obſtina
tione iniqui in ſceleribus perdurauerunt, quanta in felicitate repro-
Gene.4.b. bi perierunt. Quomodo in exordio naſcē
Ibidē.d. tis ſeculi Cain ob malitiam inuidiæ dãna-
Ibidē.5.d. tus, Abel iuſtitiæ merito coronatus, La-
Ibidē.9.d. mech ob adulterium & homicidium ma-
†tabernaculorũ fuſorũ — ledictus, Enoch ob gratiam pietatis ad pa
radiſum reductus, Cham poſt diluuiũ ob
impietatem deteſtatus, Sem & Iaphet pro
Ibidē.22.c. obſequio reuerentiæ perpetua benedictio
ne donati, Abraham fidei merito hęres di
uinæ promiſsionis effectus, cætera gentiũ
multitudo pro infidelitate relicta. Aduenientе quoq; in carne domino, Iudęa pro ꝑ
†eiꝰ palmi vnias — fidia repulſa, Gentilitas gratia ad ſalutem
reducta, & huiuſmodi q̃ in vtroq; teſtamē
to ſolerter conſiderata ſtudioſis proſunt.
Ideo forſitã duo ſunt ordines ſculpturarũ
hiſtriatarum in mari ęneo, vt qui fonte ba
ptiſmatis imbuti ſunt, vtriuſq; teſtamenti
auſcultent hiſtorias. Ideo decem cubitorũ
erant in gyro, vt quoſcunq; in eiſdem hi-
ſtorijs deditos: iuſſis cæleſtibus obedire, &
tota intentione ad ſuperna præmia ſuſpē-
ſos ꝓſpexerint, imitari cōtēdãt. a ¶ Duo
1.Cor.9.b. decim. Bed. Apoſtolos, euangeliſtas, imò
omnes verbi miniſtros, vnde: Non alliga-
bis os boui triturãti &c. Hi mare ſibi ſuperimpoſitum portant cũ
apoſtoli eorumq; ſucceſſores iniunctũ ſibi euangelij officium ꝓm-
pta deuotione implent. b ¶ E quibus tres. quia in vniuerſis
quadrati orbis partibus fidem prædicant trinitatis. Hinc quoq; a-
Luc.6.c. poſtoli duodecim. i. quater terni ſunt electi, vt fidem & confeſsionē
Mat.28.d. trinitatis per quatuor mundi plagas euangelizantes, baptizarent
omnes gentes in nomine patris & filij & ſpirituſſancti. Quorum &
ſucceſſorum ſuorum verba actus & paſsiones facilè in præſenti vi-
dere & cognoſcere legendo valemus. Quæ verò illos in futuro ma-
neat gloria retributionis, nondum videre poſſumus. c ¶ Groſſi
tudo. Bed. Qui lauacrum baptiſmi ad ſalutem & vitam ſuſcipit, fi-
dem & ſpem & charitatem debet habere, ſine quibus nemo po-
B teſt rectè operari. vnde ſubiungitur: Groſsitudo. Beda. Quia ro-
bore fidei, ſpei, & charitatis munitur perceptio baptiſmi, neq; aliter
proficuũ eſſe accipientibus oſtenditur, niſi harum virtutum firma
certitudo mentem accipientium & corpora confirmet. d ¶ Lilij.
Bed. Lilium comitante odoris gratia candidum colorem foris, intꝰ
auroſum oſtendit. ideo gloriam eius reſurrectionis inſinuat, q cor-
poris immortalitatem foris diſcipulis oſtendit, & animam diuina lu
ce coruſcans ſibi ſiꝑ ineſſe docuit. Chriſtus quoque ante paſsionē
ſuam quaſi adhuc clauſum lilium fuit, cùm in miraculis clarus ho-
mo refulſit. Poſt Reſurrectionem verò & Aſcenſionem repandũ ſe
ſe lilium cæli auibus exhibuit, quibus in aſſumpta humanitate potē
tiam diuinæ claritatis, quam habuit antequam mundus eſſet oſten-
Cañ.2.a. dit, vnde: Ego flos cãpi & liliũ cōualliũ. Labiũ ergo maris in quo ſa-
cerdotes lauantur, quaſi labium fuit calicis, & folium repandi lilij, q̃a
baptiſmus quo membra ſummi ſacerdotis efficimur, in fide paſsio
nis eius nos à peccatis purificat, & purificatos ad viſionem gloriæ
ſuæ introducit. In hoc lauacro populus circuncisionis & pręputij ꝑ
fidem, ſpem, & dilectionem vnum in domino efficitur. vnde: A-
lias oues habeo vſque: & fiet vnum ouile & vnus paſtor. vnde
Ioh.10.c. ſubditur. e ¶ Duo milia batos capiebat & tria milia &c.
Beda Batus. Hebræorum menſura eſt, quæ apud eos Bath dicitur,
Ephi & batus differũt — habens modios tres: ipſa eſt ephi: quam ipſi epha nuncupant. Sed
Ephi pertinet ad menſuram frugum, batus verò ad liquida, vinum
ſcil. ad aquam & oleum. Batus ergo quæ certæ menſurę norma eſt,
opera ſignificat æquitatis & iuſtitiæ, quibus hi qui in remiſsionem
peccatorum baptizantur, neceſſe habent inſtitui. Batos mille ca
pit mare, cùm aqua baptiſmi plebem Iudęorum abluens, ad regnũ
cæleſte tranſmittit. Recipit & alios mille, cùm Gentiles eodem fon-
te renatos & operibus iuſtitiæ confirmatos, eiuſdem regni facit eſſe
participes. ¶ Bed. Mille perfectionem ſignificat, quia denarium
quadratum ſolidum facit. Decies enim decē cētũ faciũt, quę figura iã
quadrata, ſed adhuc plana. Verùm vt ĩ altitudinem ſurgat & ſolida ef
ficiatur, multiplica centum per decem, & fiunt mille. Quo numero
ſtabilis & velut quadrata iuſtorum conſcientia ſignatur. Quocunq;
enim inferis quadratum, ſtabit: ſic animus electorum nulla tētatiõe
à ſtatu rectitu-

a labium circumibat illud decem cu-
bitis, ambiens mare. Duo ordines
a † ſculpturarum hiſtriatarum erant b
fuſiles, & ſtabant ſuper duodecim
b boues. E quibus tres reſpiciebant c
ad aquilonem, & tres ad occidētem,
& tres ad meridiem, & tres ad orien
tem, & mare ſuper eos deſuper erat:
quorum poſteriora vniuerſa intrin
a ¶ Firmitas virtutis in baptiſmo.
c ſecus latitabant. Groſsitudo autem d
a ¶ Maris. ſ. b ¶ Paral. palmi. Ioſephus: quatuor digitorũ.
lateris trium unciarum erat, labi- e f
a ¶ Guſtus dominicæ paſsionis. b ¶ Pater ſi fieri poteſt, tranſeat a me calix iſte.
umq; eius quaſi labium calicis & g
a ¶ Claritas reſurrectionis.
d e folium repandi lilij. Duo milia ba- h
a ¶ Mare. b ¶ Batus capit metretam & dimidiam.
tos capiebat, & tria milia metretas. i

ordinibꝰ. Hebręi verò dicũt, quòd mare in ſuperiori parte tribꝰ C
cubitis ſecundum altitudinem erat rotundum, & in parte inferiori
duobus cubitis erat quadratum, & quodlibet latus vnius quadrati
habebat. x. cubitos, ita quòd linea ambiens totum quadratum erat
xl. cubitorum, & ſecundum hoc mare erat latius inferius quàm ſupe
rius: & in illa parte erant iſtę ſculpturę hi-
ſtriatæ, & ideo cùm dicitur hîc: Et ſcul-
ptura ſubter labium. i. in parte inferi-
ori maris. a ¶ Circumibat illud de
cem cubitis ambiens mare. intelligen-
dum eſt in vno latere quadrati. & eodem
modo intelligendum eſt de alijs lateribus
tribus. Sed iſtud dictum multùm diſſo-
nat à Ioſepho, qui dicit, quòd mare æne
um erat ſicut cantharꝰ magnus. Cantharꝰ
autem idem eſt quòd crater, id eſt ſcyphus.
& ideo figura maris ęnei ſecundum Ioſe-
phum eſt eadem vel valde propinqua ei
quam ponunt expoſitores noſtri: & valde
diſſimilis ei quam dicunt Hebræi moder-
ni, vt patet figuras iſtas aſpiciendo in co-
lumnis pręce. formatas. b ¶ Et ſtabãt
ſuper duodecim boues. ſicut aliquã
do videmus in cibarijs, quòd de ſubtus
ſunt imagines leonum quaſi portantes ci
borium, & capita apparent extrà, & poſte
riora ſunt ſub ciborio. c ¶ E quibus
tres reſpiciebant ad aquilonem, &
tres ad occidentem, & tres ad meri
diem, & tres ad orientem, & mare.
Sic enim diſponebantur in circumitu, quòd capita trium erant ver
ſus orientem: & aliorum trium verſus occidentem, & ſic de alijs ſex
ad aquilonem & meridiem. Secundum Hebræos verò quadratura
maris ſic erat ſituata, quòd quatuor latera erãt oppoſita quatuor ꝑ
tibus orbis, & in quolibet latere erant tres boues mare ſuſtentãtes.
d ¶ Groſsitudo autem luteris trium. i. maris, quòd dicitur
luter hîc à luo luis, quod in vna ſignificatione ſignificat idem quod
abluere; quia ſacerdotes ibi abluebant manus & pedes, quando in-
grediebantur tabernaculum, vt habetur Exod. xxx. Non eſt tamen
ſic intelligendum, quòd ad ſe abluendum intrarent ipſum mare, q̃a D
ibi erat maxima quantitas aquæ, vt videbitur: quæ ex tali ingreſſu
fœdaretur, & etiam ſacerdotes ſubmergerentur. quia quando mare
erat plenum, profunditas aquę erat quinq; cubitorum ſecundum
altitudinem maris. quinque verò cubiti faciunt ſeptem pedes & di-
midium ſecundum vnam opinionem, ſecundum aliam verò, quam
credo veriorem, continet decem pedes, & ideo ſic intelligendum
eſt, quòd in circumitu maris erãt claues in loco apto ad manuum lo
tionem, ſicut in lauatorijs religioſorum per quas exibat aqua ad ma
nuum lotionem: & per eaſdem recipiebatur in vaſis ad hoc aptis ad
pedum lotionem. e ¶ Trium vnciarum erat. tanta erat
ſpiſsitudo huius vaſis. ij. Paralipo. iiij. b. dicitur quòd habebat mē
ſuram palmi. & tenendum eſt quòd iſtæ menſuræ ſunt æquales. In
Hebręo autem habetur ſic quatuor digitorum. & hoc modo apud
Hebręos accipitur menſura palmi. f ¶ Labiumq; eius qua
ſi labium calicis. quia ſicut dictum eſt, mare erat rotundum
in ſuperiori parte ſecundum doctores Heb. & Lati. g ¶ Et folium
repandi lilij. quia illud labium erat aliquantulum recuruatum in
parte exteriori. h ¶ Duo milia batos capiebat. Quod au-
tem ſubditur: i ¶ Tria milia metretas. non eſt in Hebręo
nec in libris correctis: ſed eſt dictum fortaſſe alicuius expoſitoris vo
lentis oſtendere qualiter ſe habeant batus & metreta. & quia batus
continet metretam & dimidiam. & ſic duo milia bati valent
tria milia metretas. poſtea vero dictum illud magiſtrale fuit inſertũ
textui ex imperitia ſcriptorum. Secundum Papiam metreta eſt men
ſura continens decem ſextarios Hebraicos. Sextarius autem iſte eſt
eadem menſura cum cheopina Pariſienſi, vel ei propinquiſsima,
vt dicunt aliqui. Et ſecundum hoc vna metreta continet duas quar
tas Pariſienſes & dimidiam. & ſecundum hoc batus continet tres
quartas & tres cheopinas, & duo milia bati, ſecundum hoc continēt
ſeptem milia quingentas quartas, quæ faciunt ſextarios mille octin
gentos. lxxv. Pariſienſes. Nonaginta verò ſextarij Pariſienſium faci
unt vnum dolium. & ſecundum hoc mare æneum continebat. xix.
dolia & dimidium dolium & tres ſextarios. Secundum Iſidor. verò
xvj. Ety. batus continet. l. ſextarios Hebraicos, qui ſunt cheopinę Pa
riſienſes, & ſecundum hoc mare æneum continebat. lxv. dolia & x. ſe
xtarios, vt poteſt deduci ꝑ reductionem cheopinarum ad ſextarios
& dolia, modo pdicto. Cauſa verò tantæ diuerſitatis doctorum cir-
ca hoc prouenit ex ignorantia quantitatis mēſurarum Hebraicarũ,
 quæ in ſacra

a ❡Quatuor ſunt principales virtutes, quibus omnis virtutū ſtructura imminet.

a b Et fecit baſes decem æneas quatuor

a ❡Patientiæ longanimitatis. ❡Prædicatores.

cubitorum longitudinis baſes ſingu

a ❡Dilatatæ charitatis

las, & quatuor cubitorum latitudi-

a ❡Quia per exercitium virtutum quas cum patientia malorum & dilectione bonorum exercent, ſemper ad viſionem ſanctæ trinitatis aſpirant. b ❡Spei.ſ.ſupernæ retributionis.

nis, & trium cubitorum altitudinis.

a ❡Intrinſecus cauum.vnde;Et ſculpturæ &c.

c Et ipſum opus baſium †interraſile e- c

rat: Et ſculpturæ inter iuncturas: & d e

a ❡Quibus.ſ.laterum tabulæ ſibi nectebantur, vt ex quatuor.ſ. vel quinq; tabulis vna fieret baſis. quales autem ſculpturas baſes inter has iuncturas,id eſt, in ſuis lateribus ante & retro,dextera & ſiniſtra,& ſupra quoq; haberent,aperit dicens,inter coronulas.

d inter †coronulas,& plectas,leones,& f

boues, & cherubim, & †in iuncturis

a ❡Erant leones &c.

e ſimiliter deſuper. Et ſubter leones &

boues † quaſi lora ex ære depen-

a ❡Quibus ligati viderentur.

f dentia: Et quatuor rotæ per baſes g

☞ à ſtatu rectitudinis. a ❡Et fe. Multipharie multiſq; modis eadem

E noſtrę ſalutis ſacramēta figurāt. Apoſtoli enī & apoſtolici viri ſicut per boues mare portātes ſignificant, etiā per baſes q̄ portādis luteribꝰ paratę erāt, ſicut ipſi luteres ſpirituale lauacrū, ſicut & mare fi-

2.Par.4.b. gurabāt. Sed quidam iuxta Paral. oīa in eis quę holocauſtū oblaturi erant, lauabāt. Holocauſtum autem domini generaliter omnis multitudo electorum intelligitur, quę baptizatur in ſpiritu ſācto & igne. Sicut ergo ſacerdotes qui in mari lauabantur, ſignificāt eos qui per baptiſmum efficiuntur, ſummi ſacerdotis conſortes, quod eſt i Chriſto Ieſu: Ita & holocauſta eoſdem ſignificāt, cū per ablutionem baptiſmi gratia ſpiritusſancti implentur. Lauatur enim in lutere hoſtia, cùm fidelis baptiſmo perfunditur. Offertur in holocauſtum, cùm impoſitione manꝰ epiſcopi donum ſpi-

2.Tim.4.b. rituſſancti accipit. Philippꝰ cū prędica-

Act.8.a. ret in Samaria in lutere templi hoſtias lauabat, ſed quia nondum in quenquam eorum ſpiritus deſcenderat, ſed tantū baptizati erant in nomine domini Ieſu, velut ablutę hoſtiæ nondū ad altaris ignē

† ſup ipſas clauſuras erant. peruenerant, at cū miſſi illuc Petrus & Iohannes imponebant eis manus, & accipientes ſpiritum loquebantur linguis: iam ad altaris ignem hoſtiæ peruenerāt, vt fierent holocauſtum.i.totum incen-

†copulationes opere extenſo ſum, quia conſcias eorum gratia ſpiritalis implēs, diuino fecit amore ferueſcere. ❡Bed. Quòd ad portandos luteres decem baſes ſunt factæ, poterat ita myſticè interpretari; quia miniſtri baptiſmi ad ęternum gaudium, quod in denario figuratur quos imbuunt, vocant. Sed quia ſequitur: qđ quinque poſiti ſunt ad dexterā partem templi, quinque ad ſiniſtram, magis in eis quinarij numeri

F notandum eſt myſterium. In vtraq; enim parte templi poſitæ ſunt baſes luterum, vt in vtroq; populo baptiſmi gratia ſignaret eſſe pādēda. Et quinque ſunt in vtraq; parte, vt ſignificentur vniuerſa quę per quinque ſenſus corporis deliquerat, in baptiſmo fidelibus eſſe remittenda. Sicut ergo in vno mari bobus ſuperpoſito baptiſmi exprimitur vnitas per apoſtolos toto orbe prædicāda; ita per duos ordines luterum, qđ Gentilitas & Iudæa in vnam fidem per baptiſmū erat colligenda. Quamuis enim in geminis luteribus hoſtiæ lauabantur, quędam à dextris, quædam à ſiniſtris, vno tamen ignē altaris cōſumebantur, vt fieret holocauſtum. Quiſquis enim Iudæus vel Gētilis baptiſmum ſuſcipit, vno omnes ſpiritu vt filij dei fiant, ſanctificantur. Vnde: In quo clamamus, Abba pater &cę. varijs.ſ.linguis pro

Roma.8.c. diuerſitate nationum, ſed vno eodēq; nomine deum patrem propē vnius donum ſpiritus inuocantes. b ❡Quatuor cubitorum longitudinis. Beda. Quaternorum cubitorum erat longitudo & latitudo baſium, quia prędicatores ſiue aduerſa mundi & longitudinem exilij, & laborum pñtium foris tolerent: ſiue cor in dilectione dei & proximi interna exultatione dilatent, ſēper virtutibus ſtudent, prudenter ſcilicet inter bona & mala diſcernentes. fortiter aduerſa ſuſtinentes, cor ab appetitu voluptatum temperantes, iuſtitiam in operatione tenentes. c ❡Et ipſum opus baſium. Tabulæ ex quibus baſes factæ ſunt quadratę fuerunt, in quibus formulæ rotundę erant, quę coronulæ ſiue plectæ appellantur, in quarum medio cęlaturę leonum &cę. d ❡Inter coronulas & plectas leones & boues & cherubim. Be. Non erat plana vlla ex parte ſuperficies baſium, ſed vndique myſticis ſculpta figuris, quia ſanctorum mentes, imò vniuerſa eorū conuerſatio virtutum gratiam prętendit, nec aliqua hora vacua præterit in qua non vacent pijs operibus & ſermonibus vel cogitationibꝰ. Coronulas enim in ſe ſculptas habent, cū ad ingreſſum perennis vitę infatigabili deſiderio anhelāt. Plectas, cū inter deſideria vitæ cæleſtis quę ſurſum eſt fraternę charitatis, quæ iuxta eſt vincula non ſoluunt. Habent inter coronulas & plectas leones, cū ita ad ſperanda cæleſtia mentem erigunt, ita ad diligendos proximos dilatant, vt in peccantes qui ſibi commiſſi ſunt aſperè inuehantur. habent cū leonibus boues, quando inuectionem correctiōis exhibēt cū ſpiritu manſuetudinis; quādo in feruore arguendi nunq̄ ſciſſā habere vngulam diſcretæ actionis & loquelę: nūq̄ verba diuinę lectionis velut ruminando in ore voluere ceſſant. Stephanus baſis eximia ſuos leones dentes & vngues oſtendebat perſe-

Act.7.f. cutoribꝰ di. Dura ceruice & incircunciſi corde &c. Bubalū verò mā-

Ibidem. ſuetudine, cùm dicebat; Domine ne ſta.il. hoc pec. Sed quia nec ſpem æternorum in cælis, nec amorem proximorum in terris, nec feruorem zeli

G rem zeli mordentis, nec lenitatem modeſtiæ compatientis ſine ſciētia ſcripturarum habere poſſumus: bene poſt coronulas & plectas, poſt leones & boues cherubim ſculpti eſſe memorantur, qui ſcripturam ſignificant. Vel quia duo cherubim in propitiatorio arcę in figuram duorum teſtamentorum concorditer de Chriſto canentiū fabricati ſunt. Vel quia multitudo ſciētiæ interpretanī. Quantò autem qs ſtudioſius diuinę ſcripturę inſtiterit, tantò amplius in omnibus quæ agit aut iudicat, iudicium dei pertimeſcit, ne nimis in peccātes vindicās, vel ſine diſcretiōe ignoſcens, iram iudicis incurrat. Qui

Eccle.1.d. enim addit ſciam, addit & laborem. Vñ hîc quoque poſt ſculpturas cherubim bene adiungitur: e ❡Et ſubter leones. quia doctores & in ſeueritate diſtrictionis qua peccantes iudicāt, & māſuetudine lenitatis qua pœnitantibus re-

† habebat clauſuras q̄ erāt inter vectes, q erant vt ſcalarū gradus. mittunt, timent iudicium dei, ne iniuſtè ligando atq; ſoluendo iuſtè ligentur ab eo cuius nequit errare iudiciū. f ❡Quatuor ro. Bed. quatuor euangeliorum libri, qui (ſicut volubilis rota citiſſimè currit qua ducitur) iubente domino per apoſtolos totum mundum impleuerūt

†ſup vectes baſis. in breui. Et ſicut rota impoſitū ſibi curꝛum à terra ſubleuat, & quo auriga dirigit portat, ita electorum mentes à terrenis ad cæleſtia ſuſpendunt, & ad perfe

☞ ctū operatio

*Nicolaus de Lyra.*

quę i ſacra ſcriptura ponuntur. nec mirum, propter diſtantiam temporum & locorum. Videmus enim ſenſibiliter menſuras liquidorum & aridorum mirabiliter variari, non ſolùm in diuerſis regio

H nibus, ſed etiam in villis ſatis propinquis, & in eadem regione. Alia eſt enim pinta & quarta Pariſijs, & ſancti Dionyſij: & in eadem villa variantur menſurę ſecundū tempora diuerſa. à Iudęa enim eſt magna diſtantia vſq; Pariſios, & à tempore Salomonis vſq; ad tempus iſtud. Et pp̄ hoc ſicut aliâs dixi, ſecurius eſt dicere, qđ de quantitate menſurarum Hebraicarum non habemus aliquam determinatam certitudinem. Et nota qđ ſextarius ſemper eſt maſculini generis, & nunquam neutri, vt dicitur in libro qui Chatolicon nominatur. a ❡Et fe. Hîc conſequenter agitur de luteribus & eorum baſibꝰ, & vocantur conchæ.ij. Para.iiij. in quibus ſacerdotes lauabant hoſtias offerēdas in holocauſtum, poſtquā tamen lotę erāt per Nathinnæos in probatica piſcina, de qua habetur Ioh.v. ❡Ad intellectū hujus literæ ſciendum, qđ ſecundum expoſitores Latinos cōiter baſis ſiue ſedes luteris erat facta ad modum arcæ q̄dratę hñs i quolibet latere q̄tuor cubitos. & habebat inferiꝰ i q̄tuor angulis q̄tuor rotas qbꝰ poterat deduci de loco ad locū. In altitudīe v° ò habebat tres cubitos, computata altitudine rotarum eam ſuſtentantium. In parte verò ſuperiori in medio tabulę quadratæ erat quoddam foramen rotundum, cuius diameter habebat cubitum & dimidium: intra qđ ponebatur fundus luteris, qui in parte inferiori habebat quaſi cubitum & dimidium in diametro rotunditatis ſuæ, vt ſic aptaretur dicto foramini, & procedat ſuperius dilatando ſe vſque ad mediū, ita quòd ibi diameter erat quatuor cubitorum, & inde procedendo ſuperius reſtringebatur, ita quod diameter orificij erat vnius cubiti. In lateribus verò baſis & in tabula ſuperiori circa foramen prædictum erant figurati circuli ad modum coronarum, & in illis circulis erant ſculpurę variæ cherubim, leonum, boum & palmarum, & ſuper leones & boues lora, quaſi eſſent ibi alligata. in tabula verò ſuperiori in quatuor locis contra quatuor angelos eius erant quatuor columnę breues pertingentes vſq; ad medium luteris ſuſtentantes eū ſicut ſolet fieri in baccinis magnis, & propter hoc illæ columnæ vocantur humeruli. Igitur ſecundum iſtam imaginationem exponitur hîc litera: Et fecit baſes decem. quæ erant omnino ſimiles: & ideo habita deſcriptione vnius habetur deſcriptio omnium. b ❡Quatuor cubitorum longitudinis baſes ſingulas, & cætera. hoc patet ex dictis. c ❡Et ipſum opus baſium interraſile. i. planum inter ſculpturas. & dicitur interraſile, quaſi inter ſculpturas raſum, quia inter varias ſculpturas erant aliqua ſpatia plana. d ❡Et ſculpturæ inter iūc. hoc eſt in lateribus quę iungebāī in angulis. e ❡Et inter coronulas & plectas. id eſt circulos prædictos, qui dicuntur plectę à plicando. f ❡Leones & boues & cherubim & in iuncturis ſimiliter deſuper. & patet litera ex dictis. g ❡Et quatuor rotæ per baſes ſin. in quatuor angu-

lis baſis

☞ ctum operationis vel myſteriū prędicationis,q̄ ſpūalis grā adiuuare voluerit ducūt.q̄a ſubdit,q̄ tales erant rotę quales ſolēt in curru fieri.legimus aūt de ſanctis:Currus dei decē milib⁹ multiplex milia lętantiū &c.Sic ergo baſes luterū doctores ſunt, q lauacrū vitæ miniſtrāt,& rotæ quaternę baſium quatuor euāgelia,axes rotarū q baſes geſtāt,corda doctorū ſunt:q euāgelicis aſſiduè pręceptis,eos ab imis ſuſtollūt & velut immiſsis rotis axes à terra baſim altius ſubleuant,a ❡ Humeruli.Be.Qui rotis antepoſiti ne ab axi dilabi poſſent obſiſtebāt,p̄conia ſunt prophetarum, quib⁹ euāgelica & apoſtolica ſcriptura,ne cui legentium in dubium veniat,confirmatur. vnde:Habemus firmiorem propheticum ſermonem,cui bn̄ facitis attēdētes &c. vn̄ & Mar.ait:Initiū euāgelij filij dei ſicut ſcriptum eſt in Eſaia propheta.& Matthæus: Hoc autem totū factum eſt,vt adimpleret̄ ſcriptura prophetarum . b ❡ Contra. Bed.Quia omnis ſcriptura prophetica ſibi eſt conſentanea,ſicut vno ſpiritu condita.Quatuor autem fuere per baſes ſingulas humeruli iuxta.ſ.numerū rotarum, nō qđ quatuor ſint tm̄ libri p̄phetici,ſed omnia quæ locuti ſunt prophetæ quatuor euāgelijs teſtimonium præbuere,vt ex cōſenſu vtriuſq; teſtamenti vna fides & dilectio Chriſti noſtra omnium corda firmaret. c ❡ Vnum cu.Be.Propter perfectionem.ſ.operis,& meritum cōtemplatiōis. Integer enim cubitus in lutere perfectionē actionis bonæ,quam habebat ille de quo dictum eſt:Nunquid conſideraſti ſeruum meū Iob,q̄ nō ſit ſimilis ei in terra?Eſt verò alter cubitus diuinæ viſionis,qui ex aliqua parte in hac vita fidelibus datur.vnde idem Iob deuicto aduerſario ait : Auditu auris audiui te , nūc autem oculus me⁹ videt te.Ideo poſt cubitum bonę operatiōis quę in hac vita poteſt perfici in ſanctis cubitus,incipit ſupernæ contemplationis, q̄ in futura vita perficienda eſt in electis.Mēſura verò vnius & dimidij cubiti non luteribus tm̄,ſed & rotis earum inerat & baſibus.vnde ſequitur : Vna rota habebat alti.cubi.vnum & ſemis.& paulò pòſt:In ſūmitate baſis erat quædam rotunditas vnius & dimidij cubiti &c.Luterum quippe menſura erat vnius cubiti & dimidij,quia ea fide in fonte vitę lauamur,vt per opera iuſtitię ad vitam ingredi mereamur,q̄uis ſine peccato dum hîc viuimus , eſſe nequimus.Ipſam verò cæleſtis vitæ dulcedinem guſtare ex parte & diligere in hàc vita,perfectè autē videre nulla rōne valem⁹.Rotæ quoq; vno cubito & dimidio menſurant̄, quia ſcriptura euangelij qualiter qui perfectè eſſe velint,viuere debeant , oſtendit & ſpem ęternę retributionis, ipſam verò retributionis qualitatem in futuro pandendam & donandam eſſe p̄mittit. Baſes verò vnum habebant cubitum & ſemiſſem amplitudinis in ſummitate ſui, vbi luteres reciperent: quia doctores & miniſtri lauacri opere quippe perfecti in hac vita fuiſſe runt, ſed luce contemplationis ex parte fruiti ſūt.vn̄:Ex parte enim cognoſcim⁹, & ex parte prophetamus &cæ. d ❡ Media. dicit tabulā ſuperiorem , q̄ ſicut aliæ quadrata erat ſimiliterq; ſculpta,& in ſummitate ſui habebat rotūditatem vnius & dimidij cubiti,in qua luter ponebatur. e ❡ In hunc.Bed.Quare decem baſes ſint factæ & totidem luteres ſuppoſiti,dictum eſt.ſ̄.Quòd verò vna erat menſura ſculpturaq; conſiſtis oīm baſiū vel luterū,nō ea ſignificatiōe factū eſt,qđ æqualia poſsint eſſe oīm merita doctorū . ſed quia eis eſt vna fides euāgelij,q̄ inſtruunt̄,vnū ſacramētū baptiſmi q̄ abluūt̄,vni⁹ ideq; ſpūs q̄ oēs cōſecrātur, quamuis habeant diuerſas donationes in ipſo ſpiritu , qui diuidit ſingulis prout vult. f ❡ Quadraginta batos ca. Beda. Quadraginta magnā perfectionē ſignificat, q̄a quater deni faciunt quadraginta.decē autē ſunt pręcepta q̄bus noſtra omnis operatio p̄fixa eſt in lege dei.Quatuor verò euāgeliorū libri, in q̄bus p diſpēſationē dn̄icę incarnationis cęleſtis patrię nobis patefactus eſt introitus.& q̄a oēs qui ad myſteriū baptiſmi pertinēt,cū fide & ſacramentis euangelij fructum debent rectę operationis oſtendere . ſinguli luteres in quibus holocauſta lauabātur,quadraginta batos capiebant . g ❡ Eratq;.Bed.Quod ſupradictum eſt:pariterq; habebat vnū cubitum & dimidium,& vtrum ibi amplitudinē an altitudinem ſignificaret,non adiecit:videtur quia fundum ipſius luteris huius eſſet amplitudinis, voluerit intelligi q̄ ex menſura baſis in qua poſit⁹ erat quiſq; luter,facilimè conijcitur qđ ita deſcribitur. In ſummitate autem baſis erat quædā rotunditas vnius & dimidij cubiti, ita fabrefacta, vt luter ſuperimponi poſſet. Latitudo ergo fundi in luteribus vnius erat cubiti & dimidij.Ipſa verò capacitas luterum quatuor habebat cubitos,ſed vtrum in altitudine,an in amplitudine,an in vtroque,dicat qui nouerit. ❡ Bed . Propter quatuor euangelia in q̄b⁹ forma baptiſmi vł cardinales v̄tutes q̄b⁹ baptizati debēt inſtitui . Vel, propter quatuor mundi plagas , quibus baptiſma miniſtratur.

☞ Et conſtituit

Pſ̄.67.d.

2.Petri.1.d.

Mar.1.a.

Matt.26.f.

►qđ forinſecus

†Sup os autē eius

† clauſuræ earū q̄drate erāt, nō rotundę.

†ſubter clauſuras

Iob.1.b.

† axes rotarū erāt i baſi

Ibidē .42.a.

†& ſup verticē baſis erāt axes ei⁹ & clauſuræ eius ex ea.

Sculpſit

1.Cor.13.c.

2.Cor.12.b.

A B C D

a ❡ Super quos baſes erant.

ſingulas & axes ærēi.Et per quatu a
a ❡ Vt portarent illum.
or partes quaſi humeruli ſubtēr lu b
terem fuſiles,contra ſeinuicem re
a ❡ Labium maris quaſi expanſi lilij. & contra os luteris intus erat verſum,os vnius cubiti,fundus cubiti & dimidij erat:venter autem quatuor cubitorum creditur fuiſſe.
ſpectantes. Os quoq; luteris intrin c d
ſecus erat in capitis ſummitate, & e
a ❡ Vt ad cæleſtia nobis per baptiſmum iter patefactum eſſe doceret. b ❡ Propter vnitatem confeſsionis & fidei, quia omnes in confeſsione patris & filij & ſpiritusſancti baptizantur vnde:Vnus dominus,vna fides,vnum baptiſma,vnus deus, & pater omnium.
quod forinſecus apparebat unius f
cubiti erat,totum rotundum,pari g
❡ Luter-
terq; habebat unum cubitum & di
a ❡ id eſt in lateribus baſium.
midium . † In angulis autem co h
lūnarum uariæ cælaturę erant, & i
† media intercolumnia quadrata, k
non rotunda. Quatuor quoq; ro l
tæ q̄ † per quatuor angulos baſis
erant, † cohærebant ſibi ſubter ba m
ſim. Vna rota habebat altitudinis n
cubitum unum & ſemis. Tales au
tem rotę erant quales ſolent in cur
ru fieri , & axes earum & radij & o p
canthi, & modioli, omnia fuſilia. q r
Nam & humeruli illi quatuor per s
ſingulos angulos baſis uni⁹,ex ipſa
baſi fuſiles & coniuncti erant. In t
ſummitate autē baſis erat quędam
rotunditas unius & dimidij cubiti,
† ita fabrefacta,ut luter déſuper poſ
ſet imponi, habens cælaturas ſuas
& ſculpturas uarias ex ſemetipſa.
Sculpſit quoque in tabulatis † illis
quæ erant ex ære,& in angulis,che
rubin,& leones,& palmas, † quaſi
in ſimilitudinem hominis ſtantis,
ut non cælata,ſed appoſita per cir
cumitum uiderentur. In hunc mo e
dum fecit decem baſes , fuſura una
& menſura ſculpturaq; conſimili.
a ❡ In luteribus holocauſta in mari ſe lauabant ſacerdotes. ❡ In Paral.conchas.
Fecit quoq; decem † luteres ęneos. v
Quadraginta batos capiebat lu f x
ter unus,eratq; q̄tuor cubitorū.Sin
gulos q̄oq; luteres per ſingulas,id eſt

## *Nicolaus de Lyra.*

☞ lis baſis à parte exteriori. a ❡ Et per quatuor partes . tabulæ ſuperioris. b ❡ Quaſi.ſ.columnæ breues prędictę ad ſuſtētandum luterem. c ❡ Os quoq;. i.orificium vaſis impoſiti ſuper baſim. d ❡ Intrinſecus . ſcilicet recuruatum ſeu replicatum ſcilicet modo cōtrario mari ęneo,quia labium maris ęnei erat replicatum exterius,vt ſupradictum eſt. e ❡ Et quod forinſecus apparebat . id eſt apertura orificij. f ❡ Vnius cubiti erat. quia ſicut dictum eſt,diameter illius rotūditatis erat vnius cubiti. g ❡ Pariterq; habebat vnum cubitum & dimidi. ſcilicet in diametro fundi , vt prædictum eſt. h ❡ In angulis autem columnarum.id eſt i angulis tabulæ ſuperioris qui terminabantur ad quatuor columnas exiſtentes in quatuor angulis baſis,in quibus columnis latera iungebantur. i ❡ Et media intercolumnia.id eſt latera baſis, q̄ erant inter columnas prędictas. k ❡ Quadrata non ro.quod patet ex prædictis. l ❡ Quatuor quoq; rotę quæ p quatuor angulos baſis erant. in parte inferiori. m ❡ Cohærebant ſibi ſubter baſim. quia duæ rotæ exiſtentes hinc & inde iungebantur per axem tranſeuntē ſub baſi,ſicut rotę curruum. n ❡ Vna rota.& ſecundum hoc inaltabat baſim p dimidium cubitum & modicum plus. o ❡ Et axes earum. Axis eſt illud qđ infigitur in medio vtriuſq; rotæ. p ❡ Et radij. qui de medio rotæ rectè procedūt ad circunferentiam. q ❡ Et canthi.id eſt partes circunferentię,quę ſunt inter radios. r ❡ Et modioli. Modiolus eſt illud quod eſt in medio rotæ , habens in medio foramen in quo ponitur axis. s ❡ Omnia fuſilia . id eſt per fuſionem facta,& non per martellationem. t ❡ In ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas vnius & dimidij cubiti ita fabrefacta,vt luter deſu.In iſta erat foramen ſupradictum,i quo ponebatur fundus luteris. v ❡ Fecit quoque decem luteres.ad ponendum ſup decem baſes deſcriptas. x ❡ Quadraginta batos capiebat luter.qui ſecundum prædicta faciunt.xxxvij.ſextarios & dimidiū.

►vnius &

†cardinum ei⁹ & i clauſuris eius

†ex latere vniuſcuiuſq; p circūitū, In hanc

†vł conchas aut lauacra.

a ℭEt conſtituit decem baſes,quinq; ad dexteram partem templi,& quinque ad ſiniſtram. Beda. Sed dexteram E partem templi & ſiniſtram non intus in ipſo templo, ſed ante templum dicit ad orientalem plagam ſcilicet in atrio interiori,quod ſacerdotum propriè vocabatur. Quinque autē poſuit ad dexteram partem templi propter Iudæos, qui ſole iuſtitię per doctrinam legis antiquitꝰ vtebantur. Et quinque ad ſiniſtram propter nos, qui cæco diutius corde adhęrebamꝰ ei qui ait:Ponam ſedē meam ad aquilonē q.di. in illis cordibus requieſcere deſidero, quæ à luce veritatis & flamma diuinę charitatis aliena eſſe conſidero. (Eſa.14.d.)

b ℭMare autem poſuit ad dexterā partem templi contra orientem ac meridiem. Beda. Et in hoc eodem atrio, poſitum eſt ad orientem. Quod autem ait: Ad dexteram partem templi, hoc eſt quod repetit dicens, ad meridiem. Ingredientibus enim atrium ab oriente primò diuertendum erat ad meridiem, vbi mare in ipſo angulo ſtabat ad lauandum ſacerdotibus paratum. Deinde progredientibus intrò occurrebant luteres ad lauandas hoſtias ab vtraque parte poſiti. Intra hos baſis erat ænea, quinque cubitorum latitudinis, & trium cubitorum altitudinis. In qua ſtans Salomon dedicabat templum. Deinde vltrà progredientibus occurrebat altare holocauſti cōtra meridiem atrij. Deinde porticus templi vel veſtibulum, in quo erant columnę æreæ circa oſtium templi. Quod ergo mare poſuit ad dexteram partem templi, ſignificat nos per lauacrum baptiſmi ad cæleſte regnum (quod per dexteram figurabatur) debere peruenire. Marc.16.d. Qui enim crediderit & baptizatus fuerit, ſaluus erit. Vbi eni dextera ſit & ſiniſtra in bono accipiuntur, vel Iudæam & Gentilitatem, ſicut F in baſibus dictum eſt, vel pręſentem eccleſiæ vitam & futuram, vł læta ſeculi & triſtia, vel aliquid huiuſ modi deſignat. Vbi verò abſolutè in bono ponit̃ dextra, ęterna ſæpe gaudia demonſtrat. Quia verò cōtra orientem poſuit mare, ad eandem ꝑpe ſignificationem reſpicit, quia per lauacrum baptiſmi aperitur nobis ſplendor internæ claritatis. qđ ad meridianū latus atrij, ſignificat fideles per acceptionem ſpiritus ad flagrantiam veræ charitatis accendi. Feruor enim meridiani ſolis in ſcripturis, ſignificat ardorem dilectionis & illuſtrationem ſpiritusſancti, per quam eadem dilectio diffunditur in cordibus noſtris.

☞ Iordanis

*Figura luteris & baſis ſecundum expoſitores Latinos*



a decem baſes, poſuit, & conſtituit decem baſes, quinq; ad dexterā partem
b templi,& quinq; ad ſiniſtram. Mare a autem poſuit ad dexteram partem templi contra orientem ad meridiem.

lomon,licet eſſet veſtitum ęre exterius,
interi⁹ tn̄ erat de lapidib⁹ impolitis. &
ideo pauimentū atrij in neceſſitate pote
rat ad opus cōſimile applicari & ſancti
ficari.iſta tn̄ ſanctificatio fuit facta p pō
tificē,ad cui⁹ officiū hoc ſpectabat.qa tamen hoc factum fuit ad in-
ſtinctum regis,dicitur rex hoc feciſſe. c ¶ Ab introitu &c.qui
eſt in

qui eſt in termino aquilonari terrę promiſſionis. d ¶ Vſq; ad. G
qui vocatur Riuocorula,& eſt in termino auſtrali terrę promiſſio
nis:& inter iſtos duos terminos eſt eius longitudo. e ¶ Septem
di.pro dedicatione. f ¶ Et ſep. pro feſto tabernaculorū, quod
incipit die.xv. menſis ſeptimi:& ſic tertia die primę ſeptenę fuit fe-
ſtum expiationis concurrens ſcilicet decima die mēſis ſeptimi:& ſic
tunc fuit duplex feſtum. g ¶ Et in.Non quòd illa die receſſerint,
qa fuit dies Collectę,tn̄ illa die dedit licē
tiā q̄ in craſtino poſſent recedere, quia
die.viij.fecit Collectā,& i craſtino receſ
ſerūt.ſ.xxiij.die mēſis ſeptimi,vt plenius
habeť.ij.Para.vij. h ¶ Lætantes. In
cōpletione & dedicatiōe dom⁹ dn̄i p fi-
liū ſibi ſuccedentē in regno ſuo,ſicut p
miſſum ei fuerat,vt habeť.s̄.ij.li.ca.vij.
Hebręi aūt aliter exponūt,di.q̄ cùm ſa-
cerdotes vellent introducere arcam in
templum,portę clauſerunt ſe:& cùm ſa
cerdotes p aptiōe imperrādo cantarēt
pſal .cxxj.b.vbi diciť:Surge dn̄e in re.
tuā;tu & ar.ſanctifi.tuę.& cū venirēt ad
illū verſum:Propter Dauid ſeruū tuū,
id eſt propter ei⁹ merita:Nō auertas fa
ciē Chriſti tui.i.Salomonis in regē vn-
cti,denegādo ingreſſum arcę intra locū
quē pręparauit,tūc portę aperuerūt ſe,
ad oſtendendū q̄ de⁹ acceptauit locum
ppter merita ipſius Dauid.qđ vidētes
ppl'i q aſtabāt,lętātes deū laudauerūt.&
hoc eſt qđ diciť: Lętantes alacriq;.
& hoc videť conſonare ei qđ ſubditur
ij.Paral.vj.in fine. Moraliter
*b ¶ Fecit ergo Salo.per qđ ſigni
ficat,q̄ beatę virginis aſſumptio debet
eſſe valde celebris omni ppl'o Chriſtia-
no.Vn̄ dr̄ in quadā antiphona:Aſcen- H
dit Chriſt⁹ ſup cælos.& p̄parauit ſuæ
caſtiſſimę mr̄i immortalitatis locum.Et
hęc ē illa p̄clara feſtiuitas Oīm Sctōrū fe
ſtiuitatibus incōparabilis,in qua glīoſa
& felix mirātib⁹ cæleſtis curię ordinib⁹
ad ęthereū puenit thalamū,quo pia ſui
memorum immemor nequaq; exiſtit.

*NICO. DE LY.*

CAP. IX.

F Actum eſt. Hìc conſe-
quenter agitur de remune- † De pœ.
ratione ędificantium.& pri di.2.c.ſi eñ
mò Salomonis qui fuit pri ✻. Salomō
cipalis in ędificādo,ſcđò Hirā regis Ty
ri qui iuuit eum ligna miniſtrando,ibi:
Expletis autē.tertiò ppl'i Iſrael q coope
ratus fuit in laborib⁹ & expēſis,ibi:Hęc
eſt ſumma expēſarū.Remuneratio autē
Salomōis deſcribiť p hoc,q̄ ſibi diuini
tus fuit reuelatū orationē eius eſſe exau
ditā,cū dr̄:Apparuit ei dn̄s ſcđò.qa p̄-
mò apparuerat ei in p̄ncipio regni ſui,
vt dictū eſt.s̄.iij.ca. k ¶ Sicut app.
Ex quo patet qđ iſta apparitio fuit in
ſomnis ſicut & illa;& hoc expreſſè dici-
tur.ij.Para.vij. l ¶ Sanctificaui do
mum.i.applicaui & dedicaui meo cul
tui. m ¶ Tu quoq;.ſanctè & iuſtè vi-
uendo.ideo ſubdiť: n ¶ In ſimplici-
tate.id eſt in innocentia. o ¶ Et in
ęquitate.id eſt in iuſtitia.Cętera patēt
in litera vſq; ibi: p ¶ Auferam Iſ-
rael de ſuperficie. eos captiuando.
q ¶ Et templum quod ſan. &c.
à conſpectu Moraliter

Moraliter. h ¶ Factum eſt autē.
Sequitur: q ¶ Et templum quod
ſan.Ex hoc patet,q̄ omnia exteriora q̄
fiunt ad cultum diuinum,ſicut eſt mate
rialis eccleſia,vaſa argentea,& aurea & veſtes quantuncunq; ſint
ſumptuoſa & pretioſa,nō ſunt deo accepta,niſi ppter cultum inte-
*riorem mini-

a ℭ Præbente regi. CAP. IX.
A Rab. Multū auri & argenti ligna quoq; cedrina & cypſſina ad ædificiū rex Tyri cōtulit, quē Salomō inanib⁹ cōpēſationi bus redonauit inter quas ciuitates .xx. nō ꝓcul à Tyro cōdonauit. Quæ cū diſpli cuiſſent, mittēs ad Salomonē dixit ſe ciui tatib⁹ nō egere: & extunc appellatę ſunt terra Gabaon: qđ lingua Phœnica diſpli cere ſignificat. Sed Chabul quaſi germē interp̄taꝰ. Quō ergo dictę ſunt Chabul: niſi fortè dictū ſit ꝑ ironiā, qa germē cū plenitudine fructuū nō afferrēt. b ℭ Aedificauit. Ra. Vrbes quas ędificaſſe dr̄, hoc eſt Mello, & murū Ieruſalem, Hezer, Mageddo, & Gazer & reliq̄ eccl'ię decorē ſignāt, quā ver⁹ Salomō ad ſempiternā lętitiā ꝑparauit. Interpretaꝰ aūt Mello adimpletio: Hezer ſeparat⁹ vel ſctificat⁹: Mageddo cœnaculū ei⁹: Gazer p̄ciſio vl' diuiſio: Bethhorō dom⁹ mōtiū, Baalath aſcēdēs interp̄taꝰ. Sancta ergo eccl'ia ipſa ciuitas dei eſt, vbi impleꝰ voluntas dei. Hęc ſepata ab errore, ſanctificata eſt in fide & bonis operib⁹: ibi eſt refectio virtutū. Diſcernit aūt hęc mūdum ab immundo, & dom⁹ eſt mōtiū .i. habitatio ſctōrū & fructus iuſtitię ſicut palma florēs aſcendit de virtutē in virtutē, vt videaꝰ deus deorū in Sion. Vicos ſuos q erant abſq; muro muniuit Salomō, qa Chriſtus cœtus fideliū grā ſua ita ꝓtegit, vt hoſtibus ſpūalibus inſupabiles exiſtāt. ℭ Ra. Ciuitates quas Salomō ędificauit de reliquijs Ammorrhęorū fuerūt, quas non potuerunt filij Iſrael delere, ſicut in Ieſu Naue legiꝰ: has poſtea rex AEgypti ſubuertit, & dedit in dotē filię ſuę vxori Salomōis: & idcirco reędificauit eas Salomon. c ℭ Et Palmirā. Inhabitabilis regio, eò ꝙ nuſq; aqua iueniretꝰ: ſed illo loco vbi ędificata eſt ciuitas, fontes abūdāt, & palma quę Græcè vocatur Palmira, ipſa eſt Emath ſiue Epiphania vel Antiochia. d ℭ Vniuerſum. Rab. Qui non fuerat de filijs Iſrael, fecit pacificus nr̄ tributarios cū eis qui nō ſunt in filiorū nūero: ſed in ſeruili conditione vtiꝰ ad proprium ſeruitium. Tales licet in multis aduerſentur, tn̄ frequenter vſibus ſeruiunt eccleſiæ, cùm in præſenti tp̄e de rebus ſuis ſolatia p̄bent. e ℭ De filiis. Rab. Eos qui non ancillæ filij ſunt, ſed liberę, quos filius dei ſanguine liberauit: non conſtituit Salomon noſter ſeruire, quia neminem cogit ritu Gentili ſeruire: neminem ceremonias veteris legis temporibus noui te. ſeruare: ſed bellatores eſſe, qui contra ſpiritales nequitias ſcuto fidei & gladio ſpiritus dimicent, & miniſtros ſuos fieri, hoc eſt ſpirituale obſequium in bonis operibus ſibi prębere. Et principes & duces, ſcilicet vt bene ſibi principentur, & carnis laſciuiam doment: ſiue vt ſubditos ſibi bene regant, & in ſemitas iuſtitiæ ducant.

Quinquaginta

Margin: †quę eſt altiſſima; †Deu. 29. c. Hie. 22. c.; †2. Pa. 8. a; Ps̄. 83. b; B; Ioſ. 9. c; †ꝓ muneribus; †& erāt abſq; muro, muniuit

## *Nicolaus de Lyra.*

a conſpe. ipſum deſtruendo. qđ factū fuit poſtea ꝑ Nabuchodonoſor, vt habetur .ꝭ. iiij. lib. xxv. a ℭ Eritq; Iſrael in. Quia omnes loquentur de eius deiectione & captiuitate. b ℭ Et in fa. qa in narratione talium multa falſa immiſcētur. c ℭ Et domus. diuinę offenſionis. d ℭ Omnis. prę admiratione vltionis diuinę. e ℭ Et ſibi. Sicut ſolent facere hoīes, qn̄ vidēt caſum ſubitū alicuius rei magnæ.

nomini meo, proiiciam à conſpectu meo: eritq; Iſraël in prouerbium & in fabulā cunctis populis, & domus hæc erit in exemplum. Omnis qui tranſierit per eam, ſtupebit & ſibilabit, & dicet: † Quare fecit dominus ſic terræ huic, & domui huic? Et reſpondebunt, quia dereliquerunt dominum deum ſuū, qui eduxit patres eorū de terra Ægypti, & ſecuti ſunt deos alienos, & coluerunt eos, & adorauerunt eos: idcirco induxit dominus ſuper eos omne malum hoc. †Expletis autem annis uiginti poſtquam ædificauerat Salomon duas domos, id eſt domum domini & domum regis, Hiram rege Tyri præbente regi Salomoni ligna cedrina & abiena & aurum iuxta omne quod opus habuerat, tunc dedit Salomon ipſi Hiram uiginti oppida in terra Galilçæ. Et egreſſus eſt Hiram de Tyro, ut uideret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei. Et ait: Hęccine ſunt ciuitates quas dediſti mihi frater? Et appellauit eas,

a ℭ Id eſt mala, non placens.

terram Chabul uſque in diem hanc.

ℭ Antequam d arentur ei oppida.

Miſit quoq; Hiram ad regem Salomonem centum uiginti talenta auri. Hæc eſt ſumma expenſarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificādam domum domini & domum ſuam & Mello & murum Ieruſalem, & Hezer & Mageddo, & Gazer. Pharao rex Ægypti aſcēdit & cepit Gazer: ſuccēditq; eam igni, & Chananæum qui habitabat in ciuitate interfecit, & dedit eam † in dotem filiæ ſuæ uxori Salomonis. Ædificauit ergo Salomon Gazer & Bethhoron inferiorem, & Baalath & Palmiram in terra ſolitudinis, & omnes † uicos q ad ſe pertinebant, & erant abſq; muro: & muniuit ciuitates curruum, & ciuitates equitum, & quodcunq; ei placuit, ut ædificaret in Ieruſalem & in Libano & in omni terra poteſtatis ſuæ. Vniuerſum populū qui remanſerat de Amorrhæis & de Hethęis & Pherezæis & Heuęis & Iebuſęis, qui non ſunt de filiis Iſraël, horum filios qui remāſerant in terra, quos ſcilicet non potuerant filij Iſraël exterminare, fecit Salomon tributarios uſq; in diem hanc. De filiis autē Iſraël

a ℭ Quia Chananæos & Philiſthæos fecit ſeruire & agriculturam exercere ad opus filiorum Iſrael.

magnæ. f ℭ Expletis. Hîc conſequenter deſcribitur ipſius Hiram remuneratio, & primò ponitur tempus cùm dicitur: g ℭ Annis vi. Quia ſeptem annos poſuit in ædificationem templi, & tredecim in ædificationem domus ſuæ, vt dictum eſt, ſ̄. in fine .vi. ca. & in princip. vij. h ℭ Tunc de. in recompenſatione lignorum & aliorum quæ ei miniſtrauerat. i ℭ Et egreſſ. ſ. rex Tyri. k ℭ Et ap. ꝙ ſonat diſplicentiā, vt dicūt aliqui & hoc in lingua Phœnicea, cuius erat Hiram: & hoc conſonat ei qđ præmittitur: Et non placuerunt ei. Dicit verò R a. Sa. ꝙ ſonat tenacitatē in Hebręo: quia illa terra eſt lutoſa & adhęrens pedibus: & ideo ſic vocauit eam. l ℭ Hæc eſt ſumma. Hîc conſequenter ponitur remuneratio populi. Et diuiditur ī duas: in partem principalem, & incidentalem. ſecunda ibi: Filia aūt Pharaonis. Remuneratio autem populi conſiſtit in bona diſpoſitione ipſius, quę maximè prouenit ex tribus: ſcilicet ex bona munitione fortalitiorum, & ſubiectione aduerſariorum, & ex libertate ciuiū. ſcđm poniꝰ ibi: Vniuerſum ppl'm. tertiū ibi: De filijs aūt Iſrael. Circa primum dicitur: Hæc eſt. In Hebræo habetur: Hîc eſt cenſus, quē leuauit Salomon. & ſcđm eos nō referē ad literā immediatè p̄cedentē. ſ. ad. cxx. talēta auri q̄ miſit Hirā, ſed ad illud quod poſtea ſubdiꝰ de alienigenis quos Salomō fecit tributarios. ſ. ad portādū onera in opib⁹ q̄ hîc exprimunꝰ. m ℭ Et mu. quē fecit triplicē, vt. ſ̄. dictum eſt. iij. ca. n ℭ Et He. nomina ſunt fortalitiorum. o ℭ Pharao rex. Hîc reſpondetur tacitè quęſtioni. quia poſſet aliquis quęrere, quare muniuit Gazer cū nō eſſet ſub eius poteſtate. & ideo poniꝰ hîc quomō Pharao rex AEgypti cepit terrā illam, & dedit filię ſuę in dotem, & ſic facta eſt ſub ditiōe Salomonis. p ℭ Muniuit ci .i. vbi reſeruarentur currus bellici & arma ad reſiſtendum aduerſarijs ſi inſurgerēt. q ℭ Vniuerſum. Hîc ponitur ſecundum ſcilicet ſubiectio aduerſariorum, cū dicitur: Vniuerſum. Si hoc fecit cupiditate tributi, & abſq; hoc ꝙ cōuerterentur ad Iudaiſmmu, vt dicunt aliqui, tunc peccauit dupliciter. ſcilicet. pctō auaritię, & inobediētię: qa dn̄s p̄cepat illos exterminari, vt habeꝰ Nu. xxxiij. ca. Si autem fuerūt conuerſi ad Iudaiſmū, & fecit eos ſeruos vt filijs Iſrael parcerent à labore, & nō duct⁹ cupiditate, forſitā nō peccauit, ſicut dictū fuit Gabaōitis Ioſue. ix. q cōuerſi ad Iudaiſmū facti ſunt in obſequm toti⁹ multitudinis: q̄uiſcēnt de ppl'is quos dn̄s iuſſerat exterminari. r ℭ De fi. Hîc poniꝰ tertiū. ſ. libertas ciuiū, cū dr̄:

Non conſti

riorē miniſtrorū & aliorū fidelium, q cultus cōſiſtit in actibus fidei, ſpei, & charitatis, vt dicit Augu. in Enchi. Fide, ſpe, & charitate coliꝰ de⁹. Vn̄ dicit Hierony. Quis em̄ ſanctior Exuperio Tholoſano, qui corpus & ſanguinē dn̄i in vaſe vitreo & capella viminea cōſecrauit, vt aurū & argentū diſtribueret pauperib⁹? r ℭ De filiis autem Iſrael &c. Iſrael interpretatur deum vidēs, & ideo ꝑ filios Iſrael intelligunꝰ clerici & religioſi, q p̄ ceteris debent habere cognitionē dei: nec debēt ſeruilib⁹ opib⁹ occupari, cuiuſmodi ſūt mercatiōes, & alia clericalem ſtatū dedecētia,

Sed erant vi

Margin: C; Diuiſio; D; † vrbes theſaurorum; Moraliter

a ℂQuinquaginta qui.Ra.Quinquageſimo die poſt paſcha & lex in monte Sina tributa eſt,& ſpiritus paracletus ſuper diſcipulos venit,Quid ergo ſignificat iſte prępoſitorum numer⁹, niſi quòd hi qui ſpiritusſancti gratia legis domini ſcientiam habere merētur,ipſi & ſe & alios bene regere poſſunt: b ℂOfferebat qu.Rab. Offert pacific⁹ nr̄ trib⁹ vicib⁹,cū in mēbris ſuis p̄ ſanctę trinitatis fidē obſequiū acceptabile exhibet deo.Offert em̄ qſcꝫ fidelis holocauſta dn̄o,cùm corp⁹ caſtigādo macerat & deſideria carnis igne ſpūſſcti cōſumere feſtinat.Offert victimas,cū vota labiorū i laudē dn̄i expādit.Pacificas,cū bonorū operū munus exhibet. Hoc ſup altare debet offerre,qa in ara cordis vbi decet ignē diuinū ſemp̄ ardere.i.flāmam charitatis ſemp̄ feruere,qcqd in abſtinētia bona opatiōe,gr̄arū actiōe laborat,iuſtū eſt vt totū in ſuauitate ſpūſſcti offerat deo,ſicqꝫ adolebit thymiama,cū orationem purā deo in cordis ſecreto p̄pat,& ea quę ſunt deo placita poſtulat. c ℂClaſſem.Ra.Claſsis eſt eccl̄ia,q̄ in mari mūdi poſita ſtudiū impēdit theſauros ſapiētię & ſcię opeſqꝫ virtutū acqrere:vbi ſūt ſerui Hirā nauticiqꝫ gnari maris cū ſeruis Salomonis,dū Gētiles ſeculari ſapia eruditi, cū his q in lege Moyſi piti ſunt i vnitate fidei ſocianṫ.Hos Salomō nr̄ in Ophir,q̄ interp̄taṫ infirmās.i.in vilitatē lr̄ę mittit,vt ſumptū inde aurum.i.ſenſum p̄tioſum,nō ſibi,ſed ipſi Salomoni aſcribētes deferāt.Quātū:Cētū viginti talēta.i.hiſtoriā,allegoriā,tropologiā, anagogen in duob⁹ teſtamētis. d ℂIn Op.Ra.Ophir nomē eſt ꝓuincię in India.Ab Ophir vno de poſteris Heber noiaṫ,q̄ & terra aurea appellaṫ,eò ꝙ mōtes aureos habeat,q à leonib⁹ & ſęuiſsimis beſtijs incolunṫ.Ad quos null⁹ alr̄ accedere audet,niſi q in naui ſtātes iuxta litt⁹,terrā quā vnguib⁹ leonū effoſam inuenerint,in ſuā nauē recipiūt,vt ſi beſtię eos ſenſerint facilè in mare recipiantur.

Act.2.a

E

F

Ophir inſula aurifera

& in hoc peccauit.Tertiū incidens eſt de oblatione Salomonis,ibi: f ℂOfferebat quo.ſcilicet in feſtiuitatibus pachæ, pentecoſtes, & tabernaculorum. g ℂEt adole.non per ſeipſum,ſed per pontificem,ad cuius ſpectabat officium. Quartum eſt de eius nauigio cū dr̄: h ℂClaſſem.& patet litera vſqꝫ ibi: i ℂQui cum. non eſt ꝓuincię in India,i qua ſunt mōtes habētes mineras auri,ſed à leōib⁹ & beſtijs ſęuiſsimis inhabitantur:propter qđ nullus ibi audet accedere,niſi naui ſtante ꝓpe littus,ad refugium,& tūc nautę explorantes horā qua dictę beſtię ſe elongant, ſubitò exeunt:& terram effoſſam vnguibus leonū in nauē ꝓijciunt & recedūt,q̄ terra poſtea in fornacē ꝓijciṫ: & qd eſt ibi impuritatis conſumiṫ & amoueṫ virtute ignis,& remanet aurum purum.

Aurū mōtis Ophir auriferi quomodo ide accipiat

✱ b ℂSed erāt.ſ.contra vitia per virtutum exercitium,& contra dęmones p̄ orationis & lectionis ſtudium,vt prędicatiōis officium valeant exercere. c ℂEt mi.in diuerſis officijs ecclesię dn̄o ſeruiētes. d ℂEt præfecti.in bono regimine populorum,ſicut de Elia dicitur.iiij. Reg.ij.b.Pater mi,pater mi currus Iſrael & auriga eius. h ℂClaſſem quoqꝫ fe.ex.Per hanc claſſem intelligitur eccleſia militans quę adhuc nauigat.In hac autem claſſe fuerunt ſerui Salomonis & ſerui Hiram & aurum multum apportauerunt ad Salomonem,vt dicitur in textu.Per ſeruos autem Salomonis intelliguntur apoſtoli alijqꝫ diſcipuli de Iudęa conuerſi.Per ſeruos autem Hiram Gētiles intelliguntur homines literati de Gētilitate cōuerſi,vt Dionyſius,Ambr.Auguſt.& plures alij.Per vtroſqꝫ verò ſeruos aurū multū ſapię acquiſitū eſt eccl̄ię, & p̄ conſequens ipſi Chriſto inq̄tū eſt ei⁹ ſpōſus ver⁹ Salomon:& p̄dicti ſerui cū eo ſunt in portu eccl̄ię triumphantis.

Moraliter

H

non conſtituit rex Salomon ſeruire a quenquam, ſed erant uiri bellatores b & miniſtri eius, & principes & duces c & prefecti curruū & equorum. Erant d principes ſuper om̄ia opera Salomo- a nis, præpoſiti quingenti quinquaginta qui habebāt populum ſubiectum, & ſtatutis operibus imperabāt. Filia e autem Pharaonis aſcendit de ciuitate Dauid in domum ſuam, quam ædificauerat ei Salomon. Tunc ædificauit b Mello. Offerebat quoqꝫ Salomon f

a ¶In paſcha,pentecoſte,in ſcenophegia iuxta præceptum legis.

tribus uicibus per annos ſingulos holocauſta & pacificas uictimas ſuper altare quod ędificauerat domino, & a- g dolebat thymiama coram domino, c perfectumqꝫ eſt templū. Claſſem quo h

a ¶Aſiongaber,quæ feſtinantes aut fortes ſiue viriliter interpretatur. ¶Inſula eſt in fine Ægyptiaco maris rubri,vbi claſsis Ioſaphat attrita eſt tempeſtate.

que fecit rex Salomō in Aſiōngaber quæ eſt iuxta Ahilam in littore maris rubri in terra Idumęę. Miſitqꝫ Hirā in claſſe illa ſeruos ſuos uiros nauticos & gnaros maris cum ſeruis Sa- d lomonis. Qui cū ueniſſent in Ophir i ſumptum inde aurum quadringentorum uiginti talentorum detulerunt ad regem Salomonem.

## Cap. X.

a ¶Saba ciuitas eſt regalis Æthiopiæ vnde fuit hæc regina quæ præfuit duobus regnis Æthiopiæ & Ægypti.

e SEd & regina Saba audita fama Salomonis k in nomine domini, ue l nit tentare eum in Æ- m nigmatibus. Et ingreſſa Ieruſalem cum comitatu multo & diuitijs, camelis portantibus aromata & aurum infinitum nimis, & gemmas pretioſas,

a ¶Studuit proponere quæſtiones & earum ſolutiones exigere.

uenit ad regem Salomonem, & locuta eſt ei uniuerſa quæ habebat in corde ſuo. Et docuit eam Salomon omnia uerba quæ propoſuerat. Non fuit ſermo qui regem poſſet latere, f & non reſponderet ei. Videns au- n tem regina Saba omnem ſapien-

## GLO S.ORD.

### CAP. X.

SEd & reg.Allegoricè.Iſid. Hęc regina venturā eccl̄iam de gentib⁹ deſiderātē Chriſtū figurabat, q̄ circūamicta varietate,& ppl̄i ſui & paternę dom⁹ oblita currebat(barbara gēte nō aio,ſed inapto pegrina)i occulto ſctōrū fieri cōciuis optās. f ℂVidens autem re.Sa. omnem &c.Ra.Regina viſo Salomone &

## Nicolaus de Lyra.

a ℂNon con.ſ.in operibus villibus & ruralibus:ſed fiebant talia opera per alienigenas ad Iudaiſmum conuerſos,occupabantur tamen in operib⁹ nobilibus,ideo ſubditur: b ℂSed erant viri bellato.& patet. c ℂFilia autem Pha. Hæc eſt pars incidentalis,in qua ponuntur aliqua incidentia. Quorum primum eſt tranſlatio vxoris ſuę ad domum quam ei ędificauerat.cuius ratio ponitur.ij.Paral.viij. Videlicet ꝙ arca domini fuerat in ciuitate Dauid,vt ex precedentibus,& per hoc erat ſanctificata,propter quod nō erat dignum ꝙ mulier habitaret in ea,niſi ad tempus ſcilicet quouſqꝫ domus eius eſſet ędificata.Secundum eſt de ędificatione Mello.Dicūt Hebręi,quod ibi erat quędā platea prope templū quam Dauid dimiſerat apertam,ad hoc ꝙ venientes de longe poſſent ibi manere in ſolennitate paſchę,quando non habebant hoſpitia,& vt eſſent ꝓpe templum deuotionis cauſa:quam Salomon clauſit,& quandam voraginem ibi exiſtentem terra impleuit,ædificans ibi tabernacula pro ſeruis & ancillis filiæ Pharaonis,cuius domus erat iuxta, & in

## NICO.DE LY.

### CAP. X.

SEd & regina Saba.Deſcripta gloria Salomonis in familijs & ædificijs,hîc conſequenter deſcribitur in opulentijs. Et primò ex amplitudine ſumptuum,ſecundò ex multitudine ꝓuentuum,ibi:Erat autem pondus auri.tertiò ex magnitudine effectuum,ibi:Fecit quoqꝫ rex. Circa primum conſiderandum,ꝙ admiratio conſurgit ex inſpectione rei magnæ & inſolitę,quod poteſt eſſe dupliciter.Vno modo ſecundum quid.& hoc modo paruis perſonis & ſimplicibus quę non conſueuerunt videre magna,aliquid eſt magnū & inſolitum,licet alijs ſit mediocre vel paruum.Alio modo ſimpliciter.ſ.illud qđ eſt magnū & inſolitū p̄ſonis magnis & aſſuetis ad magna videnda.Regina verò Saba erat prudentiſsima & potētiſſima,& p̄ cōſequēs aſſueta ad magna:&tn̄ vidēs ſapiētiā Salomōis & potētiā i ſumptib⁹ magnis,fuit valde admirata. Ex q̄ patet magnificentię Salomōis excellētia. & hoc eſt qđ dr̄: k ℂSed &.q̄ diuulgabaṫ vbiqꝫ. l ℂIn no.ex quo patet eā fuiſſe dei cultricē,qꝰuis nō teneret Moyſi legē,qa ad eā nō tenebaṫ. m ℂTētare.i.obſcuris & dubijs q̄ſtionibus. n ℂVidens autem re.&c. ex ſolutionibus dubiorum, Et domum

Diuiſio

Moraliter. k ℂSed & regina Saba audita fama Sal. Per iſtam reginam quę Gentilis erat,ſignificatur eccleſia de gentibus collecta,quæ audita Chriſti fama ex eius miraculis per orbem diffuſa,per fidem venit ad Chriſtum,& per exercitium deuoti ſtudij diligenter inquiſiuit veri Salomonis ſapientiam in euāgelio contentam,intantū ꝙ quicqd in doctrina philoſophica vidit eſſe doctrinę ✱ Chriſti diſſo-

A ne & gl̄ia ei⁹ ſtupēs ſuꝑ prudētia ei⁹, dixit: Ver⁹ eſt ſermo &c. Sic ſctā eccl̄ia auditis miracul' Chriſti, ꝓuocata eſt ad q̄rēdū eū. q̄ ꝑ fidē inuēto, conſideratis ſācte ſcripturē teſtimonijs diuinitatis eius potētiā agnoſcēs, parū putat eſſe oē qđ ſibi antea narratū eſt de eo: a ℭ Beati. Ra. Regina admirādo in laudē Salomonis erupit, dicens: Beati viri. Verè bti ſunt quorum rex eſt Chriſtus, & q ęterna ei⁹ viſiōe pfrui merenſ, & gl̄iam quā habet cū pr̄e & ſpū ſctō cōſpicere, & ſapientiā q mūdis corde ſe oñdit ꝑpetua liſ ꝑcipe lętātur. b ℭ Ligna. Ra. Conditor nr̄ ligna ꝑtioſa, hoc eſt doctores ſctōs q̄rū fidei viror nō decreſcit, nec ſoliorū v̄ba decidūt, ſed fructū bonorū operū tꝑorib⁹ ſuis reddūt ad munimē dom⁹ dei: hoc ē ad cōfirmationē eccl̄iæ ſuæ pōi, vt eorū vndiq; vallata doctrīa & exemplis, ruinā ſcelerū nō ſentiat. Imputribilia & ſpinoſa ī ſilītudie albę ſpię. Thina rotūda ſūt & cādida, ex eis fiūt fulcra, à fulciēdo dicta, videlicet ſuſtentacula ad fortitudinē tēpli, vł grad⁹ domus dñi, & oīa inſtrā muſicorū. c ℭ Cantoribus. Ra. Hi quicqd agūt in v̄bo aut ope, oīa in laudē dei faciūt: laudē inter
Eſa. 62. b. aduerſa & ꝓſpera, corde, ore & ope ꝓnūtiare nō ceſſar. Vñ: Suꝑ muros tuos Ierl̄m cōſtitui cuſtodes, tota die & nocte nō ceſſabūt laudare nomē domini.
d ℭ Rex au. Ra. Et pacific⁹ nr̄ eccle-
Ioh. 15. a. ſiæ ſuę oīa q̄ petit dabit. vñ: Quęcūque petieritis pr̄em ī nomine meo, dabit vobis. Nō ſolū qđ petim⁹, imò etiā q̄ hūana fragilitas aut neſcit aut nō ꝑſumit pe-
2. Para. 9. d. tere gratuito mūere largiſ. e ℭ Ducē-
B ta. Ra. In Para. ſcutis addūtur haſtæ au-
Cant. 3. c. reæ, quia lanceis & ſcutis vtebāſ duces excubantes añ oſtiū dom⁹ regis. Vñ lectulū Salomonis ſeptuaginta fortes ambiunt. ℭ Ra. Excubātes ad oſtia dom⁹ regiæ, ſunt ꝑdicatores q cuſtodiunt domū dñi vt inſidiatoribus interclud āt aditū. Ducētæ haſtę de ſumma ſexcētorū ſiclorū factæ ſunt, qa pr̄es vtriuſq; teſtamenti doctrina & operatione ꝑfecti ſūt cū qcq̄d ſermōe docuerūt, bonis opib⁹ ꝓbauerūt. Ducēta ſcuta q̄rū ſingula trecēti aurei veſtiebāt, fidē ꝑfectā eorū ſignificāt, quā ī ſācte trinitatis cōfeſſiōe habebāt. Bñ ergo cuſtodes dom⁹ dñi haſtas & ſcuta aurea portāt, qa rectores eccl̄ię claritate ſuꝑnę ſapię ſplēdētes, & v̄borū iacul' iimicos cōfodiūt & ſcuto fidei tela neqſſimi ignea repellētes, extinguūt.

†ꝑter viros mercatores & negotiationē aromatariorum, LXX, abſque tributis ſubditorū & mercatorū q negotiabantur. LXX, lanceas. Alij haſtas transferunt.

†aureos

tiam Salomonis, & domum quam ædificauerat, & cibos menſæ eius, & habita-

a ¶ Vniuſcuiuſq; ordinis miniſtri vnius tantum coloris habuerunt veſtes, vt inter tantam multitudinem miniſtrantium, aliqua eſſet cognitio officiorum ſingulorum.

cula ſeruorum, & ordines miniſtrantium, ueſteſq; eorum & pincernas, & †holocauſta quæ offerebat in domo domi-

a ¶ Rab. Regina non habebat vltra ſpiritum, videlicet conſiderandi prudentiam eius.

ni, non habēbat ultra ſpiritum. Dixitq; ad regē: Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis, & ſuper ſapientia tua, & non credebā narrantibus mihi, donec ipſa ueni & uidi oculis meis: & probaui, quòd media pars mihi nuntiata non fuerit. Maior eſt ſapientia tua & opera tua, quàm rumor quem audiui. Beati uiri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtant corā te ſemper, & audiunt ſapiētiam tuam. Sit dominus deus tuus benedictus cui complacuiſti, & poſuit te ſuper thronū Iſraël: eò quòd dilexerit dominus Iſraël in ſempiternū, & conſtituit te regem, ut faceres iudicium & iuſtitiam. Dedit ergo regi cētum uiginti talenta auri, & aromata multa nimis, & gemmas pretioſas. Non ſunt

a ¶ Id eſt tam pretioſa.

allata ultrà aromata tam mūlta, quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & claſsis Hiram quæ portabat aurum de Ophir, attulit ex Ophir †ligna thina multa nimis, & gemmas pretioſas. fecitq; rex de lignis thinis fulcra domus domini, & domus regiæ, & citharas lyraſq; cantoribus. Non ſunt allata huiuſcemodi ligna thina, neq; uiſa uſque in præſentem diem. Rex autem Salomon dedit reginę Saba omnia quę uoluit & petiuit ab eo, exceptis his quæ ultrò obtulerat ei munere regio. Quæ reuerſa eſt & abiit in terram ſuam cum ſeruis ſuis. Erat autem pondus auri quod offerebatur Salomoni per ſingulos annos, ſexcētorum ſexaginta ſex talentorū auri: † excepto eo quod afferebant uiri qui ſuper uectigalia erāt, & negotiatores, uniuerſiq; ſcuta uendentes, & omnes reges Arabiæ duceſq; terræ. Fecit quoq; rex Salomon ducenta †ſcuta de auro puriſsimo. Sexcentos

¶ Vel na.

†auri ſiclos dedit in laminas ſcuti uni-

a ¶ Pelta ſunt ſcuta media ſicut luna quando eſt ſemiplena.

us, & trecentas pēltas ex auro probato.

*Nico. de Ly.* ☞ Saltus

a ℭ Et domū. i. domos, vt patet ex prędictis. b ℭ Veſteſq;. habebant em̄ miniſtri ei⁹ veſtes diſtictas ſcđm diuerſa officia, ex quibus ſtatim cognoſcebatur officiū cuiuslibet. c ℭ Et holocauſta. qa ſicut dicit Ioſephus: oī die in tēplo offerebantur multa ſacrificia pro eo. & eodē modo dr̄. ij. Para. ix. a. Et victimas q̄s immolabat in domo domini. Ra. Sa. dicit, ꝙ hęc eſt vera litera: Et aſcēſum ꝑ quē aſcendebat ī domo dñi. erat em̄ de domo regis ad templum q̄dam via per gradus valde ſumptuoſè & artificioſè facta. & huic dicto cōſonat quod habetur ca. præce. qđ Salomon trib⁹ vicibus offerebat in anno. Ex quo videtur, qđ nō faciebat quotidie ſolennitatem oblationum, ſicut Ioſephus dicit. d ℭ Non habebat. in quo deſignatur ipſi⁹ admiratio. Cætera patēt vſq; ibi: h ℭ Attulit ex Ophir. In libro de proprietatib⁹ rerū dicīſ, ꝙ ſunt ligna valde alba & polita, ita qđ imagines ibi reſultāt. i ℭ Fecitque. à fulciendo dicta, ad ſortificādū fortificandum templum & domū regis. Ra. Sa. dicit ꝙ rex fecit inde grad⁹ ad aſcēdendū de domo regia ī domū dñi, & ꝓpē hoc regina Saba de illo aſcēſu fuit admirata. & dicuntur hîc fulcra à fulciēdo, qa ī laterib⁹ aſcēſus ꝑdicti erāt iſta ligna ad hoc, ꝙ aſcēdētes & deſcēdētes appodiarēt ſe ibi. k ℭ Et citharas lyraſq; cātorib⁹. Nō ſunt. i. varia inſtrā muſica ad cātādū laudes diuinas in domo domini per Leuitas. l ℭ Rex. Dicit Ra. Sa. qđ ꝑ hoc notantur ſolutiōes quęſtionū q̄s ipā propoſuit. Alij v̄ò dicūt, ꝙ fuerūt q̄dam ſemina & cōſilia, q̄ non habebantur ī terra ſua, ſed in terra Iſrael abundabāt propter qđ talia petiuit abſq; rubore: quia non erāt magni valoris. m ℭ Exceptis. & iſta fuerunt magna & ꝑtioſa. n ℭ Erat autē. Hîc conſequenter declaratur multitudo prouentuum. & patet litera vſq; ibi: o ℭ Et oēs. quia veniebant de diuerſis partibus orbis ad audiendū ſapiām Salomonis deferētes ei munera, vaſa aurea, & argētea, & plura alia, vt habeſ. ij. co. c. p ℭ Fecit quoq;. Hîc cōſequenter oñditur opulentia Salomonis in magnitudine & pulchritudine effectuū, cū dicitur: Fecit quoq;. ſ. exterius, ſed interius erant de alia materia. ideo ſubditur: q ℭ In laminas. ſ. ad cooperiendum ipſum. r ℭ Et tre. & dicūſ à pellēdo, qa repellūt ict⁹, & ſūt circularis figurę.

~ Trecentæq;

G

†& cœnaculum eius ꝑ qđ aſcendebat ī domū

Moraliter

✱ Chriſti diſſonū, reputauit ſimplicitē eſſe falſū, dicēs: g ℭ Maior eſt. Moraliter autem ꝑ reginā Saba intelligitur aīa hūana, q̄ regina dr̄, eò qđ eſt ad imaginē ſūmi regis facta. Per Saba verò q̄ captiua interpretaſ, ſignificaſ eius fœdatio per pctm̄ originale ex cōiūctione cū corpore, per quod efficitur ſerua: & etiam ex miſerijs ſequētib⁹ peccatum origīale, propter qđ dicit Philoſo. j. Metaphi. qđ humana natura multipliciter eſt ancilla. & amplius per actualia peccata in ſeruitutem redigiſ, Ioh. viij. d. Qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati. Glo. non vnius tantū domini, ſed tot dominorū quot vitiorum, & ſic multipliciter captiuatur. audiēs tamen bonitatem Chriſti per prędicatoris vocem, tanq; regina Saba venit ad verum Salomonem de regione lōginqua. ℭ Ambroſius ſuper Lucam. Quid eſt lōginqui⁹, quā à ſe recedere? venit autem per veram pœnitentiam, ſicut filius prodigus, qui â patre longè receſſerat, & experiens bonitatem & manſuetudinem Chriſti ipſam recipiētis dicit: e ℭ Probaui ꝙ me. ſ. bonitatis Chriſti: f ℭ Mihi nuntia. per prędicatorem. i ℭ Fecit quoq; rex Salo. Per quæ ſignantur orationes clericorum & religioſorum deuotorum. Per centenarium enim, qui cōſurgit ex multiplicatione denarij per ſeipſum, ſignificatur impletio decem mandatorum. & per binarium ſignificaſ gemina charitas dei. ſ. & ꝓximi. orationes autē factæ ad decalogum implentibus & charitatem geminam habentibus, valida ſunt ſcuta contra dæmonum inſultus. r ℭ Et trecentas peltas &c. Per quas ſignificantur orationes deuotæ laicorum, qui ſunt in triplici gradu, ſcilicet incipientium, proficientium, & perfectorum. Per centenarium autem ſignificatur impletio decalogi per modum prædictū, & dicūtur oratiōes iſtæ peltę â pello pellis, qa repellūt ictus tentationum.

†vł, coralia. alij hebenū putant eſſe & infrâ.

v ✱ tationum.

a †Trecenteq́ꝫ minæ auri unam peltam ueſtiebant. Poſuitq́ꝫ eas rex in domo ſaltus Libani. b Fecit etiā rex Salomon thronum de ebore grandem, c d & ueſtiuit eum auro e †fuluo nimis, f qui habebat ſex grad⁹. g Et ſummitas throni erat rotunda in

a ¶In aſcenſione gradus hinc atqꝫ inde appodiatio fuit vt melius valeat quis aſcendere.

a parte poſteriori, h & †duæ manus hinc atqꝫ inde tenētes ſedile, i & duo leones ſtabant iuxta c manus ſingulas, k & duodecim l leunculi ſtantes ſuper ſex gra d dus hinc atqꝫ inde. m Non eſt factum tale opus in uniuerſis re e gnis. Sed & omnia uaſa de quibus potabat rex Salomon erant aurea, & uniuerſa ſuppellex domus ſaltus Libani de auro puriſſimo. n Non erat argen f tum, nec alicuius pretij putabatur in diebus Salomonis, quia claſsis regis p̱ mare cum claſſe Hiram ſemel per tres an g nos ibat in Tharſis, deferens inde aurum & argentum, & dentes elephantorum & ſimias &

a ¶Ra. & pacificus noſter ſuper omnem celſitudinem ſanctorum qui vere reges ſunt exaltatur. quoniam quis in nubibus ęquabitur domino.

pauos. †Magnificatus eſt ergo rex Salomon ſuper omnes reges terrę diuitiis & ſapientia,

a ¶Et vniuerſa eccleſia hoc appetit, vt ad conſpectum gloriæ noſtri regis perueniat. vnde: Quæſiui vultum tuum, vultum tuum domine requiram.

& uniuerſa terra deſiderabat uultum Salomonis, ut audiret ſapientiam eius, quam dederat dominus in corde eius. Et ſin

a ¶Et unuſquiſqꝫ ſecundum quod vires ſibi ſuppetunt in verbo ſeu factis, obſequium ſtudet pręſtare deo.

guli deferebant ei munera, uaſa aurea, & argentea, ueſtes & arma bellica, aromata quoque & equos & mulos per annos h ſingulos. Congregauitq́ꝫ Salomon currus & equites, & facti ſunt ei mille quadringenti currus, & duodecim milia equitū, & diſpoſuit eos per ciuitates †munitas, & cum rege in Ieruſalem. Fecitq́ꝫ ut tanta eſſet a o bundantia argenti in Ieruſalem, quanta & lapidum, & cedrorum præbuit multitudinem, quaſi ſycomoros, quę na

a ¶Salt⁹ Libani. Sylua Libani eccleſiā gē E tium ſignificat, quæ de faſtu ſuperbiæ abſciſa
† Treſcq́ꝫ in fabrica domus dei aptatur. Vnde: Inueni-
Pſ̄.131.a. mus eam in campis ſyluę. b ¶Thronum. Ra. Thronus vel ſolium eſt imperialis ſedes, q̄
Cañ.3.c. in canticis ferculum appellatur, eò q̄ reſidentes ferat, vel de loco ad locum circunferat. Ad quod per ſex aſcenſionis gradus aſcēdebatur. Sub ſolio erat ſcabellum aureum, & ſummitas throni rotunda, tenta duabus manib⁹ vel brachijs extrinſecus, iuxtaq́ꝫ ſtabāt duo leones adiuuantes ſuſtentare ſedile. c ¶Et duodecim. quia ſex erant aſcenſionis gradus altrinſecus, poſiti erant pro ſuſtentaculo aſcendentis gradus. ¶Rab. Solium Salomonis eccleſia eſſe intelligitur, in qua pacificus noſter re-
Elephantis natura gnans iudicia ſua facere dinoſcit. Bene de ebore factum eſſe memoratur, quoniam elephas cuius hęc oſſa ſunt inter quadrupedia ſēſu plurimum valet, & temperanter miſcetur fœminę ſuæ & coniuge ſecunda non vtitur. hoc pudicis aptatur, qui per caſtitatem Chriſti præcepta ſequuntur. Hanc veſtiuit auro, q̄a ſplendorem glorię ſuæ in ea p̱ miracula clareſcerę fecit. Sex diebus perfecit deus mundi ornatū,
Geñ.2.a. qui numerus perfectione ſua perfectionē operum ſignificat. Septimo requieuit deus, & q̄a ſex ætatibus mundi conſtat in quibus licet operari, quiſquis cæleſtem patriā deſiderat bonis operibus feſtinet aſcendere. Rotunditas throni in poſteriori, ſignificat requiem æternā, q̄ poſt hāc vitā ſctīs futura eſt. Vbi quiſqꝫ hîc bene laborat, mercede remuneratus perēni quiete perfruet. Manus tenentes ſedile, ſignificāt ſolatia diuinæ gratiæ, q̄ eccleſiam ad cæleſte regnū prouehunt. Ideo duę, q̄a in vtroqꝫ teſtamento hoc prędicatur, quia non niſi diuino adiutorio ad bonum profici poteſt. Per leones duos, p̄res vtriuſqꝫ teſtamēti figurant,
†.2Pa.9.c. F q̄ fortitudine animi ſibi & alijs dominari didicerunt. Hi iuxta manus ſtabunt quia ſancti patres quicquid boni fecerunt, non ſibi, ſed deo
Pſ̄.113.b. deputauerunt. vnde: Non nobis domine nō nobis, ſed nomini tuo da gloriam. Per duodecim leunculos prędicatorum ordo apoſtolicam doctrinam ſequens ſignificatur. hi ſupra ſex gradus hinc atqꝫ inde ſtant, quia bonorū operum greſſus hinc & inde doctrinis & exemplis munire certant. d ¶Non eſt factum tale opus &c. Aptè eccleſię cōuenit
Pro.31.d. iſtud, cui dicitur: Multæ filiæ congregauerūt diuitias, tu ſupergreſſa es vniuerſas. e ¶Sed & omnia vaſa de quib⁹ po. &c. Oīa vaſa quæ pacifici noſtri miniſterio funguntur aurea ſunt, quia omnes animę ſanctorum q̄ ſunt vaſa dei, vt diuinæ voluntati ſeruiāt, ſplēdore ſapientię & dilectionis nitentes continēt potum vitæ, & fit in eis fons aquæ ſalientis in
Ioh.4.b. vitam æternam. f ¶Nec alicui⁹ pretij putabatur in diebus Salo. Ra. Quia ſecūdum Apoſtolum: Non eſt in ſermōe verbū dei, ſed in virtute & prædicatione euangelij. Non in perſuaſibilibus humanę ſapientię verbis conſiſtit, ſed etiā in oſ̄ſione ſpirit⁹ & virtutis, vt fides noſtra non in ſapientia hominū
† curruum ſed in virtute dei ſit. g ¶Deferens inde aurum & argentum & dentes elephā. Rab. Quid aurum argentūmue ſignificet notum eſt. Cæterum dentes elephantorum ſignificant doctores fortes, propter nitorem ſapientiæ. Per ſimias actus humanos imitantes, ſed beſtialiter viuentes ſignificantur qui ad fidem ex gentibus veniunt: qui fidem tenere videntur & operibus negant. Per pauos quorum caro ſi ſiccata fuerit, imputribilis permanere dicitur: quia pennarum pulchritudine veſtiuntur, perfecti igne tribulatiōis decocti, adeò vt varijs virtutibus decorentur. Hęc de e Tharſis, videlicet de amaris fluctibus ſeculi ad Salomonem noſtrum deferuntur. Tharſis exploratio gaudij dr̄. Arma bellica proſequitur: h ¶Congregauitq́ꝫ Salomon currus & equites, & facti ſunt ei mille. Ra. De his Ioſephus proſequitur. Exornabantur
Ioſephus aſcenſores eorum, primùm decora iuuentute florentes, habentes magnam proceritatem, diffundentes in equorum ſeſsiōe comam, purpura circumamicti, qui armati exiſtētes circa regem arcusq́ꝫ ferentes equitabant ante eum quando ad locum aliquem debebat exire.

†obrizo vl' depurato. LXX. p̱bato

† duo fulcra

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Trecenteq́ꝫ minæ auri vnam peltam, ſecundum q̄d dicit Ra. Sa. Mina eſt
Mina genus nummi determinati ponderis, & eſt ſatis minus q̄ pōdus talenti, vel mina, vt dicit Iſidorus in ponderibus centum drachmis appēditur, & eſt nomen Grecum. b ¶Fecit etiā rex Salomon thronum de ebore grandem. hoc fuit aliud op⁹ valde pulchrū & ſumptuoſum. f ¶Qui habet ſex gradus, per quos aſcendebatur ad ſedile. g ¶Et ſūmitas throni erat rotunda. ſicut fit frequēter in cathedris ligneis. h ¶Et duę manus hinc atque inde tenentes, ſcilicet in parte anteriori. i ¶Et duo leo. ibi ſculpti, & iſta fiebant ad decorē & ſumptuoſitatem operis. Cætera patent vſque ibi: n ¶Non erat argentum, nec alicui⁹, hoc eſt quia erat modici pretij reſpectiuè, p̱pter q̄d vaſa domus Salomonis erant aurea. Cætera patent vſqꝫ ibi: o ¶Fecitqꝫ &c. hyperbole eſt ad denotandū exceſſum multitudinis tationum.
Moraliter b ¶Fecit etiam rex Salomon thronum. Per quem ſignificatur virgo Maria, in cuius gremio Chriſtus ſedit tanquam in throno nobiliſsimo recipiens trium regum homagia. c ¶De ebore. Quod rationę albedinis & frigiditatis ſignat puritatem Marię in alijs refrigerantem motus libidi-
H nis. d ¶Grandem. Imò grandiſsimum meritis. e ¶Et veſtiuit eum auro. Feruentiſsimæ charitatis. f ¶Qui habebat. Et continentur Luc.1.c. Primus eſt oratio ſolitaria, & notatur cùm dicitur: Et ingreſſus angelus ad eam. Berñ. ſuper Miſſus eſt. Quò ingreſſus? in ſecreto cubiculo, vbi orabat patrē in abſcondito. Secundus eſt virginalis verecundia, ibi: Turbata eſt in ſermone eius. Tertius eſt diſcreta prudentia, ibi: Et cogitabat q̄lis eſſet illa ſalutatio. Quartus inquirētis diligētia, ibi: Quomodo fiet iſtud? quoniam virum non cognoſco. Quintus humiliantis ſe decentia, ibi: Ecce ancilla domini. Sextus fidelis obedientia, ibi: Fiat mihi ſcd̄m verbū tuū. h ¶Et duę manus hīc atqꝫ. Per quas ſignantur operationes actiuæ vitæ & contemplatiuæ, q̄a man⁹ eſt organum organorum. iij. de Anima. Iſtæ autem operationes excellenter fuerunt in virgine. i ¶Et duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Per quos ſignificatur duplex fortitudo, ſcilicet in aggrediendis arduis, & in tolerandis aduerſis. k ¶Et duode. Per quos ſignificantur. xij. fructus ſpiritus ſctī vt ponuntur Gal. v. ſic: Fructus aūt ſpiritus eſt charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, continentia, caſtitas. l ¶Stantes ſuper ſex. Per quos ſignātur ſex dona ſpūſ ſctī q̄ ponūt Eſa. xj. ſcd̄m Hebraicā veritatē. Requieſcet ſuper eum ſpiritus ſapientiæ & intellectus: ſpiritus conſilij & fortitudinis: ſpiritus ſcientię, & implebit eum ſpiritus timoris domini. In noſtra verò translatiōe additur donum pietatis. m ¶Non eſt factum tale opus in vniuerſis. Nam neqꝫ in cęlis neqꝫ in terris eſt aliqua pura creatura ſibi ſimilis.

A Rex autē. Rabi Salomonē arguit vehe- Cap. XI. menter ſcriptura, nihilq́ de pœnitētia eius, vel indulgētia dei cōmemorat. Fortè dicat quis mulieres alienigenas ſignificare eccleſias de gentibus. Poſſet hoc fortaſſe intelligi, ſi illę propter Salomonē dexererent deos ſuos, cū verò ipſe propter eas coluerit deos earū, nō eſt qd' qd veri boni cōiectari q̄at. Apparet, ī pſona Salomōis mira excellētia & mira ſubuerſio, flēda vorago. Qd' in illo; diuerſis tpib' extitit pri' bonū & poſteri' malū hoc ī eccl'ia ſił' oñdit. Nā bōa illi' bona eccl'iæ, mala illi' mala eccl'iæ ſignificant. Voragi-

*Nicolaus de Lyra.*

tudinis argenti & lignorum cedri. a ℭ Et educe. qa ibi emebantur, eò qd' ibi naſcūtur equi fortes & boni. & ſecundū iſtā trāslationē Choa eſt nomē ppriū loci. Dicit autem Ra. Sa. qd' eſt nomen appellatiuū, & ſignificat congregationē vel ſocietatem. & ſcd'm hoc debet fieri pūct': Et edu. & ſequitur talis ſnīa. b ℭ Et de Choa. & hoc eſt, ſocietas vel multitudo mercatorū regis accepit multitudiem in emptione. Qd' exponēs Ra. Sa. dicit, q mercatores Salomonis emebant omnes equos AEgypti, ita q alij reges nō poterant hr̄e niſi per eos. vnde in fine huius capituli dicitur: Atq; in hūc modū. In Hebręo habetur: Et cūcti reges Hethęorū & Syrię per man' eorum ſupple equos emebāt. i. p manus mercatorum Salomonis: & inde prouenicbat ei magnum lucrum. c ℭ Egrediebat. .i. emebat quadriga. i. quatuor equi curruales. d ℭ Sexcentis. & ſic quilibet equus vendebatur. cl. ſiclis. ℭ Moraliter autem thronus Salomonis eſt beata virgo, in cuius gremio ſedit verus rex pacificus Ieſus Chriſtus, tanquam in regali ſolio. Iſte thronus dicitur eburneus candore continētię virginalis, aure' fulgore ſapiæ ſupernaturalis. Duę manus ſunt īpletio mandatorum, & ſupererogatio conſiliorum. Sex gradus, ſex virtutes in virgine excellentes. ſ. hūilitatis tenor, paupertatis amor, honeſtatis decor, pietatis dulcor, longanimitatis vigor, charitatis feruor. Per leones verò deſignatur poteſtatis terror, ſecundum qd' dicitur Cañ. vj. d. Terribilis vt caſtrorum acies ordinata. ſ. ad debellandū aereas poteſtates p huius virginis virtutem & merita.

†p manum eorū educebāt. i. autoritate mercatorū regis Salomonis, qb' p ſoluēda erat certa pecunia p exitu eq de AEgypto.

†Eccl. 47. c.

†Exo. 34. b. Deu. 17. d.

B

† Cañ. 6. c.

Moraliter

†3. q. 7. c. ſacerdos. §. itē Salomon.

Sex virtutes Mariæ

ſcuntur in campeſtribus*. †Et educe- a
bantur equi Salomoni de Ægypto,
ℭ Inſula.
& de Choa, Negotiatores enim regis b
emebant de Choa, & ſtatuto pretio
perducebant. Egrediebatur autē qua- c
driga ex Ægypto ſexcentis ſiclis argē- d
ti, & equus centum quinquaginta, at-
que in hūc modū cūcti reges Hethæo
rum & Syriæ †equos uenundabant.

Cap. XI.

a †Rex autem Salomon e
adamauit mulieres a- f
lienigenas multas, fi- g
liam quoque Phara-
onis, & Moabitidas
& Ammonitidas, I-
dumæas, & Sidonias, & Cethæas de
gentibus: ſuper quibus dixit dñs filiis
Iſraël: †Non ingrediemini ad eas, ne-
que de illis ingredientur ad ueſtras.
Certiſsimè enim auertēt corda ueſtra
ut ſequamini deos earum. His itaque
copulatus eſt rex Salomon ardentiſsi
mo amore. †Fueruntq́ ei uxores qua h
ſi reginæ ſeptingentæ, & concubinæ
trecentæ. †Et auerterūt mulieres cor i
a ℭ Non ætate, ſed moribus vel ſapientia.
eius. Cumq́ iam eſſet ſenex, deprauа- k
tum eſt cor eius per mulieres, ut ſeque l
retur deos alienos: nec erat cor eius
perfectum cum dño deo ſuo, ſicut cor
Dauid patris eius. Sed colebat Salo-
a ℭ Iunonem.
mon Aſtarthen deam Sidoniorū, & m
Chamos deum Moabitarū, & Mo- n
loch idolum Ammonitarum. Fecitq́
Salomon †qd' nō placuerat corā dño,
& non adimpleuit, ut ſequeretur dñm
ſicut Dauid pater eius. †Tunc ædifica o
uit Salomon phanum Chamos ido-
lo Moab, in monte qui eſt contra Ie-
ruſalē, & Moloch idolo filiorū Am-
mon. Atque in hunc modum fecit u- p
niuerſis uxoribus ſuis alienigenis quæ

*NICO. DE LY.*

Cap. XI.

Rex aūt. Poſtq́ deſcriptum eſt tempus ī quo floruit regnū Dauid ſub Salomone, hīc cōſeq̄nt deſcribitur tempus, in quos ſub eodem incepit declinare. Et primò deſcribit Salomonis tranſgreſsio. ſcd'ò pœnæ cōminatio, ibi: Igitur iratus eſt dñs. tertiò aduerſariorum ſuſcitatio, ibi: Suſcitauit aūt. quartò mors Salomonis & tumulatio, ibi. Reliquū āt. Circa primū oſtenditur priò trāſgreſsio Salomōis in pc̄tō luxurię. ſcd'ò in pc̄tō idololatriæ, ibi: Cūq́ iam eſſet ſenex. Circa primū dr̄: Rex autem. i. ardenter amauit, vt poſtea ſubditur: f ℭ Mulieres alie. & ſic tripliciter peccauit. Primò qa inordinatè & nimis ardenter eas amauit. Scd'ò qa vxores alienigenas ſibi accepit contra legem Moyſi: Exo. xxxiiij. Tertiò quia vxores ſibi vltra modum multiplicauit cōtra legē, Deu. xvij. vbi prohibet regi accipere vxores plurimas allicientes animū ei'. g ℭ Filiam. Hanc ſpāliter exprimit, qa fuit ei' vxor pricipał & magis dilecta, cęterę aūt fuerūt adiūctæ. Cętera patēt vſq; ibi: h ℭ Fuerūt. Ioſephus aūt dicit, q fuerūt. lxx. Et iō dicēdū q. lxx. erāt pricipaliores alijs: & illas tm̄ nūerat Ioſephus. ℭ Vel alit pōt dici, q ſcriptura hīc nūerat domicellas & ſeruiētes aſſiſtentes ſuis vxorib': & ſic de ſeptingentis hīc nūeratis, ſeptuagita erāt vxores eius & reginę: cęterę autē earū domicellę. Si quis autem velit ſequi textum prout ſonat, poteſt dicere quòd Salomō ad tantā carnalitatē deuenerat, quòd frequēter de nouo virgines habere volebat, ſicut habet Eſther. ij. ca. de Aſſuero rege, q qualibet die habebat vnā; & q̄ ingrediebat veſpere, egrediebat mane: nec habebat licētiā reuertēdi ad regē, niſi rex eā vocaſſet ex noīe. & ſcd'm hūc modū īfra duos annos poterat multiplicari numer' vſq; ad ſeptingentas. i ℭ Et auerterūt. Ab amore dei & obſeruātia pręceptorū eius, ſicut dixerat dominus per Moyſen. k ℭ Cūq;. Hīc cōſequēter oñditur eius trāſgreſsio pc̄tō idololatrię, cū dicit: l ℭ Et ſequeretur. Qd' nō eſt intelligēdū Salomonē ſic fuiſſe infatuatū, qd' in idolis crederet aliquid eſſe diuinitatis, ſed nolens offendere vxores ſuas ea adorabat. Sicut & Adā comedit lignū vetitū ad pſuaſionē ſuæ vxoris, ne eā contriſtaret, ſicut dicit Augu. ſup Gen̄. li. xj. & de ciuitate dei li. xiiij. c. xj. qa vir nō fuit ſeductus, vt dicit Apl's. j. Timot. ij. ita qd' crederet, qd' per eſum illi' ligni haberet ſcientiā boni & mali, ſicut ſuggeſſerat ſerpēs, prout diffuſius declaraui Gen̄. iij. c. o ℭ Tunc ædificauit. id eſt ī monte Oliueti: & iō cult' idololatrię de tota ciuitate Ierl'm poterat videri: qd' erat magnū incitamētū ad idololatriā, ad quam populus erat pronus. p ℭ Atq; &c. Qd' non eſt intelligendum, qd' cuilibet faceret vnum templū: ſed oībus de vno cultu idololatriæ fecit vnū templum p idolo earum. Hīc occurrit dubiū quō Salomon dicatur ſenex quando deprauatus fuit p mulieres, quia dicit Ra. Sa. & alij Hebræi, qd' erat tm̄ duodecim annorū quādo īcepit regnare: & ī fine hui' capituli dicit, q regnauit quadragīta annis, & ſic vixit tm̄. lij. annis. Ipſe autē deprauatus fuit per mulieres an̄ mortē ſuā per ſex annos vel circiter: qa ædificauit templa idolorū plura pro ſuis vxorib' poſtq́ fuerat deprauatus, in quorū ędificationibus fluxerunt plures anni: & ſic quando deprauatum fuit cor eius nō videtur habuiſſe vltra. xlvj. annos vł' circiter: ex tali verò ętate nullus propriè dicitur ſenex. Ad hoc autem reſpōdet magiſter in hiſtorijs, dicens qd' Salomon regnauit. lxxx. annis. & allegat Ioſephū hoc dicentem. ſcriptura tamē regni ſui tacet xl. annos, ſicut ſuprà. j. I. xiij. c. dicitur de Saule, qd' duobus annis regnauit ſuper Iſrael. ſ. bene & inocēter, & tacētur. xviij. anni in quib' malè ſe habuit, vt ibidem fuit dictum. Sed de dicto magiſtri parū eſt hæc curandum, quia contradicit ſibi ipſi & etiā ſcripturæ. Dicit eīn ibidem q Salomon. xj. annorū genuit Roboā, & qd' Roboā mortuo pr̄e fuit. xl. & vnius anni. & infrà. xiiij. dicitur, q. xl. & vnius anni erat Roboam cū regnare cœpiſſet, & ſic

† malum

Diuiſio

Ioſephus

C

* in multitudine

† Et exitus equorū erat ipi Salomoni, & cōgregatio negotiatorū capiebāt netū i. filum lini netū) p̄tio. Egrediebat i. netū accipiebāt p̄tio eq̄s v'ò nō educebāt dato p̄tio: qa Pharao dederat ipſi Salomoni exitū eq̄rū, vt poſſet educere eq̄s p volūtate & q̄ſq̄s regū terrę educebat eq̄s ex Aegypto, Salomonis pmiſſu educebat, cui dabāt qd' antea p equorū exitu dari ſolebat Pharaoni. Alij ſic interptāt. Et exitū equorū q erat Salomoni, & cōgregatione puēt' exitus, negotiatores accipiebāt p̄tio i. prouētū illū quē dederat Pharao Salomoni, ipſe Salomō vendebat mercatoribus

D

†32. q. 4. c. Salomon.

Moraliter, e ℭ Rex autem Salomon. In hoc autem facto Salomon non fuit figura Chriſti, ſicut dictum eſt. ſ. nam in ipſo nulli' fuit defectus peccati. Sed in hoc facto Salomon typū tenet ſapientis hominis dei iudicio nobis occulto à ſapientia cadentis. qui ſicut Salomon tria colit idola. ſ. Aſtarthen deam Sidoniorum, per quā delitiæ carnales ſignificantur, eò qd' Aſtarthē plaſmationis ſuperfluitas interpretatur, ſemen aūt coitus in cuius emiſsione eſt delectatio vehemens, de ſupefluo alimenti generatur. m ℭ Et Chamos de. Fecitq́ Salomon quod non placuerat coram domino. Per quem ſignantur diuitiæ tempotales, eò qd' Chamos congregatio interpretatur. n ℭ Et Moloch idolum Ammonitarum. Per qd' honores mūdiales ſignificantur, eò q Moloch plagę interp̄tatur. perſonæ v'ò in magnis honorib' poſitę de cōi curſu ſemper timent ſibi de plaga mortis, gladio vł' veneno, vel alijs modis contra

Moraliter

 eos excogita

adolebant thura, & immolabãt diis ſuis. Igitur iratus eſt domi- a nus Salomoni, quòd auerſa eſ- ſet mẽs eius à domino deo Iſra- ël, qui apparuerat ei ſecundò, & b præceperat [de] uerbo hoc, ne ſe- queretur deos alienos: & non cuſtodiuit quę mandauit ei dñs.

a ¶ Vtique per Nathan prophetam vel per alium.

Dixit itaq; domin⁹ Salomoni: Quia habuiſti hoc apud te, & non cuſtodiſti pactũ meum & præcepta mea quæ mandaui ti- bi, diſrumpẽs ſcindam regnum tuum, & dabo illud ſeruo tuo: c Verũtamen in diebus tuis non d faciam, propter Dauid patrem tuũ. De manu filij tui ſcindam illud, nec totum regnum aufe- ram, ſed tribum unam dabo fi- e lio tuo, propter Dauid ſeruum f meum, & *Ieruſalẽ quam elegi. g Suſcitauit autẽ dominus aduer- h ſarium Salomoni Adad Idumę um, de ſemine regio, qui erat in Edom. †Cùm enim eſſet Dauid in Idumæa, & aſcendiſſet Ioab princeps militiæ ad ſepeliẽdum i eos qui fuerant interfecti, & oc- cidiſſet omne maſculinũ in Idu mæa (Sex enim menſibus ibi moratus eſt Ioab & omnis Iſra ël, donec interimeret omne ma ſculinum in Idumęa) Fugit Adad ipſe & uiri Idumęi de ſeruis patris eius cum eo, ut in- grederentur Ægyptum. E- rat autem Adad puer paruu-

¶ Præter ſuam.

*propter

†2. Re. 8. d.

Porro Benadad. Rab. Benadad ſignificat diabolum, qui diuerſos exercitus malignorũ ſpirituum ad ſubuertendum populum dei contrahit: ſed per pueros principũ Iſrael vincitur. i. per bonos auditores doctorum, quia quod auribus audiunt, factis implent. Antiquus hoſtis in fugam vertitur, omniſq; ſuus exercitus à militibus Chriſti perturbatur, qui bene ducenta milia & triginta duo eſſe dicunt, qa qui vtriuſque teſtamenti ſcientiam perfectè tenent, & trinitatis fidem cum gemina charitate conſeruant, hi apti militiæ ſummi regis eſſe comprobant.
Hæc faciant

dominus ad eum: Vade & reuertere in uiam tuam per deſertum
a in Damaſcum†. Cũq; perueneris illuc, unges Hazaël regem ſuper Syriam, & Iehu filium Namſi unges in regem ſuper Iſraël. Eliſęũ autem filium Saphat, qui eſt de Abelmeula unges prophetã pro
b te. Et erit quicũq; fugerit gladiũ Hazaël, occidet eum Iehu, & quicunq; fugerit gladium Iehu, interficiet eum Eliſæus. † Et derelinquam mihi in Iſraël ſeptem milia uirorum, quorum genua non ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod non † adorauit eum oſcu
c lans manum. Profectus ergo inde Elias reperit Eliſæum filium Saphat arantem in duodecim iugis boum, & ipſe in duodecim iugis boum arantibus unus erat. Cumq; ueniſſet Elias ad eum, miſit pallium ſuũ ſuper illum. Qui ſtatim relictis bobꝰ cucurrit poſt Eliã, & ait: Oſculer oro te, patrẽ meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. Dixitq; ei: Vade & reuertere: † Quod enim meum erat feci tibi. † Reuerſus autem ab eo,
d tulit par boum & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederũt.
e Conſurgẽſq; abiit & ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.

Cap. XX.

f Porrò Benadad rex Syrię congregauit omnem exercitum ſuum, & trigintaduos reges ſecum, & equos & currus, & aſcendens pugnabat contra Samariam, & obſidebat eam. Mittenſq; nuntios ad Achab regem Iſraël in ciuita-

num propriam. ſecundum quod dicitur Iob xxvj. c. Si vidi ſolem cũ fulgeret & lunam incedentẽ clarè, & oſculatus ſum manum meã, in ſignum reuerentiæ. vnde ibi ſubditur. Quod eſt iniquitas maxima. i. idololatria. e ¶ Profectus ergo inde Elias &c. Hîc conſequenter ponitur mandati domini executio per Eliam vngendo Eliſæum in prophetam, quem primò reperit de tribus prædictis, cùm dr̃: f ¶ Miſit pallium. Hæc enim pallij impoſitio vocat̃ vnctio. vel ẽt cũ hoc vnxit eũ, licet nõ ſit ſcriptũ. qa nõ oĩa ſcribunt̃. Quòd aũt vnxerit Hazael nõ hr̃, niſi ꝙ. ĩ. iiij. li. ca. viij. dicitur ꝙ Eliſæus eius diſcipulus dixit ipſi Hazael ipm̃ fore regem Syriæ, & fortè tunc vnxit eum. licet nõ ſit ſcriptũ. De Iehu verò ſcribitur. ĩ. iiij. lib. capi. ix. ꝙ Eliſæus miſit vnũ de filijs prophetarum ad vngendum eũ regem ſuper Iſrael. g ¶ Qui ſtatim. Volens omnino adhærere ei, motus inſtinctu ſpiritus ſancti. h ¶ Tulit par. Præ gaudio em̃ ſuæ vnctionis fecit conuiuium ſocijs ſuis & vicinis. G

* a ¶ Vnges Haza. Dicitur enim ei, ꝙ vngat duos reges ad puniendũ idololatras gladio, & vnum ꝓphetã verbo. Per quod ſignificatur, ꝙ in eccleſia aliqui dimittũtur puniendi gladio materiali: aliqui verò puniuntur tantùm gladio ſpirituali.
¶ In ca. xix. vbi dr̃ in poſtil. Altaria tua dñe deſtruxerunt, non loquitur hîc de altaribus quæ erant in Ieruſalem &c.

† Ro. 11. Moralit. Eccle. 48.

## ADDITIO.

Rationabiliter poteſt dici ꝙ hîc loquitur Elias de ipſis altaribus Ieruſalem. Licet em̃ ipſa altaria non eſſent deſtructa realiter: tamen erant deſtructa ſecundum opinionem & affectionem idololatrarum. idololatræ enim ipſa deſtruerent ſi poſſent, & inquantum in ipſis erat illa deſtruebant, qui enim vitulos colebant publicè in contemptum dei, quãtũ in ſe erat deſtruebant altaria dei, id eſt totum cultũ diuinũ fatebãtur eſſe inanem. Et iſte modus intelligendi patet ex eo quod ſequitur. ſ. Et prophetas tuos occiderũt gladio. nõ enim legit̃ ꝙ tẽpore Eliæ ſeu ante ipſius tẽpus aliqui prophetæ dei fuiſſent occiſi gladio. ſed hoc eſt intelligendum modo prædicto, ſcilicet ꝙ Achab & Iezabel quantùm in ſe erat, occidebant prophetas domini: tum reputando eos vanos: tũ etiam quia appetebant eorum interfectionem. H

## REPLICA.

In ca autẽ. xix. deſtructionẽ altariũ dei de quibus conqueſtus fuit Elias. poſtillator exponit de reali deſtructione: Burg. autem de intentionali.

## NIC. DE LYRA.

Cap. XX.

Porro Bena. Poſtquã diuina prouidentia quantùm in ſe fuit Achab à ſua malitia reuocauit cæleſtibus ſignis, hîc conſequenter eũ reuocat in mirabilibus victorijs licet abuſus fuerit vtriſq; beneficijs. & diuiditur pars iſta in duas ſecundum duplices victorias, ſecunda ponitur, ibi: Accedens autem propheta. Circa primum Achab primò de obſidione anxiatur. ſecũdò per prophetam de victoriæ promiſſione cõſolatur, ibi: Et ecce propheta vnus. Anxiebatur aũt Achab: tum quia non habebat populum vt poſſet reſiſtere, tũ qa non poterat pacem niſi valde grauem habere. & hoc eſt quòd dicitur hîc: Diuiſio
Hæc dicit Be.

Moraliter. i ¶ Porro Benadad rex Sy. Syria ſublimis interpretatur. ideo per regem Syrię diabolus ſignificatur. de quo dicitur Iob. xlj. d. Omne ſublime videt. nam ſuperbiſſimus eſt. ideo de ipſo dicitur ibidem, quòd ipſe eſt rex ſuper omnes filios ſuperbiæ. Moraliter
* Ipſe verò

## Nicolaus de Lyra.

a ¶ Vnges Haza. Ad ſui cõſolationẽ noĩat ſibi tres pſonas ꝓmouendas ad idololatrarũ deſtructionẽ. & patet litera vſq; ibi: b ¶ Interficiet. Quòd aũt Hazael & Iehu multos idololatras de Iſrael interfecerit, ſatis habetur expreſſum infrà. iiij. ſed ꝙ Eliſęus aliquos interfecerit, non legit̃ niſi de quadraginta duobus quibus maledicit: propter quod vrſi lacerauerũt eos, vt habetur infrà. iiij. lib. ca. ij. erant enim illi filij idololatrarũ & idololatriam iam addiſcentes. erant enim de Bethel vbi colebatur vnus vitulus aureus, vt dictum eſt ſuprà. xij. capi. ſed credendum, ꝙ verbum domini in eo fuerit adimpletum. c ¶ Et derelinquam mihi in Iſrael ſeptem milia virorum. Hoc etiam dicitur ad Eliæ conſolationem, quòd cũ eo adhuc eſſent in Iſrael multi ab idololatria mundi. d ¶ Oſculans manum. ſilicet idoli ad eius reuerentiam, vel oſculans manum propriã

☞ a ℭ Hæc fa. mi. Samaria more ciuitatum habebat terram interius ipſis penè muris æqualem, quo ſubſidio ictibus arietis reſiſteret. Extrà murorum altitudo longè ſuperficiem terræ tranſcenderat. Ait ergo rex ſuperbus obſeſſos terrens, ꝙ tantam haberet multitudinem, vt ſi quiſq; militũ vnum lapidem vel ſtipitem, vel ceſpitẽ ad conſtruendum cõtra vrbẽ aggerem apportaſſet, agger exurgeret qui ſuperficiei quę erat intra muros eſſe videreť ęqualis, ita vt ex ęquo pugnantes contra ciuitatem tela vel faces mitterent. b ℭ Ne glo. ac. Ra. Accinctus eſt qui cingulo circundatur, diſcinctus qui ſingulum depoſuit. Ait ergo rex Iſrael, regi Syrię glorianti quaſi iam cœpiſſet Samariam quam obſidere cœperat: Ne glorietur accinctus æquè vt diſcinctus. Ac ſi dicat: Noli gloriari quaſi victor q adhuc in acie poſit⁹, quem victoria ſequatur ignoras. quippe q vincere credidit victus eſt.

A

†malũ iſte molitur,

⁎Fugitquoq;

tem, ait: Hæc dicit Benadad: Argentum tu- a
um & aurum tuum meum eſt, uxores tuę & fi
lij tui optimi mei ſunt. Reſpõditq; rex Iſraël: b
Iuxta uerbum tuũ domine mi rex, tuus ſum c
ego, & omnia mea. Reuertenteſq; nuntij di-
xerunt: Hæc dicit Benadad †qui miſit nos
ad te: Argentum tuum & aurum tuum &
uxores tuas & filios tuos dabis mihi. Cras
igitur hac eadem hora mittam ſeruos meos
ad te, & ſcrutabuntur domum tuam, & do-
mum ſeruorum tuorum, & omne quod eis
placuerit ponent in manibus ſuis, & aufe-
rent. Vocauit autem rex Iſrael omnes ſenio- d
res terræ, & ait: Animaduertite & uidete, quo e
niam †inſidiatur nobis. Miſit enim ad me
pro uxoribus meis & filiis, & pro argento &
auro, & non abnui. Dixeruntq; omnes maio
res natu & uniuerſus populus ad eum: Non f
audias, neq; acquieſcas illi. Reſpondit itaq;
nuntiis Benadad: Dicite domino meo regi:
Omnia propter quæ miſiſti ad me ſeruum
tuum in initio, faciam: hanc autem rem face g
re non poſſum. Reuerſiq; nuntij retulerunt
a omnia ei. Qui remiſit, & ait: Hæc faciant
mihi dij, & hæc addant, ſi ſuffecerit puluis h i
Samariæ pugillis omnis populi qui ſequi-
a ☞Temeritatem arrogantiæ modeſto ſermone compeſcens, ait:
tur me. Et reſpondens rex Iſraël, ait: Di-
a ☞Armis adhuc indutus.
b cite ei: † Ne glorietur accinctus æquè ut k
a ☞Depoſitis armis victor.
diſcinctus. Factum eſt autem cùm audiſ-
ſet Benadad uerbum iſtud, bibebat ipſe &
reges in umbraculis, & ait ſeruis ſui: † Cir l
cundate ciuitatem. Et circundederunt eam.
Et ecce propheta unus accedens ad Achab m
regem Iſraël ait ei: Hæc dicit dominus.
† Certè uidiſti omnem multitudinem hanc
nimiam. Ecce ego tradam eam in manu
tua hodie, ut ſcias quia ego ſum dominus. n
Et ait Achab: Per quem? Dixitque ei: Hæc o p
dicit dominus: Per †pediſſequos principum q
prouinciarum. Et ait: Quis incipiet præ- r s
liari? Et ille dixit: Tu. Recenſuit ergo t
pueros principum prouinciarum, & reperit
numerum ducentorum triginta duorum. Et
poſt eos recenſuit populum, omnes filios Iſ-
raël ſeptem milia, & egreſsi ſunt meridie. v x
Benadad autem bibebat temulentus in
umbraculo ſuo, & reges trigintaduo cum
eo, qui ad auxilium eius uenerant. Egreſsi
ſunt autem pueri principum prouinciarum
in prima fronte. Miſit itaque Benadad, y
qui nuntiauerunt ei, dicentes: Viri egreſsi
ſunt de Samaria. At ille ait: Siue pro pace ue-
niunt, apprehendite eos uiuos, ſiue ut prælien z
tur, uiuos eos capite. Egreſsi ſunt ergo pueri
principũ prouinciarũ, ⁎ac reliquus exercitus
ſequebatur⁎. Et pcuſsit unuſquiſq; uirũ qui
contra ſe ueniebat. Fugeruntq; Syri, & perſe-

*Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Hæc dicit. Achab enim primò miſerat nuntios ad Benadab pro pace requirenda: & ipſe reſpondit iſta quę dicta ſunt. b ℭ Reſponditq;. non dicit, ſed'm verbum tuum totaliter, quia bene concedebat ei aurum & argentum & bona mobilia, non autẽ vxores & pueros, ideo ſubditur: c ℭ Tuus ſum. non autem dixit de vxoribus & liberis. ſed Benadab huic oblationi non aſſenſit, imò totum habere voluit & abſq; dilatione: ideo ſubditur: Cras igitur. & patet litera. d ℭ Vocauit. vt haberet conſilium cũ eis: quia erat in arcto poſitus. propter multitudinem exercitus regis Syriæ quẽ formidabat, & propter pacem durã quam rex Syrię volebat. e ℭ Animaduertite. volens auferre vxores & filios, vt ſic non remaneãt in terra qui poſsint eã defendere in futuro, & ſic obtinebat eam pro ſua voluntate. f ℭ Non audias. magis enim volebant ſe exponere periculo belli. quia ſicut vulgariter dicitur: Melior eſt bona guerra q̃ mala pax, ideo reſpondit Achab: g ℭ Hanc. propter quod rex Syrię indignatus, & de ſua multitudine nimis confidens dixit: h ℭ Si ſuffecerit. & accipitur hîc ſi, pro non. i ℭ Puluis. vocatur aũt hîc puluis Samariæ terra quã ciues portauerunt iuxta muros in magna quantitate, ad hoc ꝙ muri eſſent fortiores ad ſuſtinendum ictus machinarũ: & ad hoc ꝙ illi de ciuitate per illam terram appoſitam poſſent faciliter ire vſq; prope propugnacula murorum ad defenſionem ciuitatis. Dixit igitur Benadad ſe iactando, ꝙ tanta multitudo erat in ſuo exercitu, ꝙ ſi quilibet acciperet pugillum de terra, implerentur foſſata, & fierent aggeres ita magni exterius, ſicut fecerant ciues interius: per hoc innuens, ꝙ ſtatim caperet ciuitatem. cui reſpõdit Achab: k ℭ Ne glorietur accinctus &c. Accinctus dicitur: ille qui vadit ad p̃lium. Diſcinctus verò qui iam depoſuit arma obtẽta victoria. p hoc inſinuans ipſi Benadad, ꝙ non debeat gloriari acſi iam cepiſſet ciuitatẽ. l ℭ Circundate ciui. ponendo machinas ad inuadẽdum eam. m ℭ Et ecce prophe. Hîc conſequenter Achab de promiſsione victoriæ conſolatur, cùm dicitur: Vidiſti omnem multitudinem. cuius cauſa ſubditur: n ℭ Vt ſcias quia ego. & reſilias ab idololatria. o ℭ Et ait Achab: per quem &c. quia videbatur ſibi impoſsibile propter populi ſui paucitatem. propter quod propheta ad eum aſſecurandum replicauit nomen dñi dicẽs: p ℭ Hęc dicit dominus: Per pediſſe. id eſt per armigeros principũ de terra Iſrael. vt communiter exponit Rab. Sal. dicens, ꝙ per hoc intelliguntur filij nobilium, qui non erant de filijs Iſrael, ſed erant dati obſides ipſi Achab. Vnde in Hebræo habetur: Per pueros principum prouinciarum. r ℭ Et ait. ſcilicet Achab. s ℭ Quis incipiet prę. id eſt, quis erit in prima acie. t ℭ Et ille dixit tu &c. vt magis tibi attribuat victoria: & per hoc debeas eſſe deo magis gratus. v ℭ Et egreſsi ſunt meridie. quia illa hora ſolent homines comedere. & iõ minus erãt parati ad reſiſtẽdum. ideo ſubdiť: x ℭ Benadad autẽ bibebat. Id eſt vino ſuffuſus & inebriatus. y ℭ Miſit itaque Benadad. Id eſt miſerat antè ad circũdandum ciuitatem, vt prædictum eſt. & iſti nuntiauerunt ei egreſſum Achab de ciuitate. z ℭ Apprehendi. eos viuos. volebat enim communi populo vti in operibus ſeruilibus in regno ſuo, & principales volebat interficere varijs ſupplicijs lõga morte. Cętera patent.

B

C

D

†i. Ne glorieť pergẽs in prælium tanq; exuiſſet arma iã victor.

† Nõnne

⁎eos

†dicens. Quia miſit ad te, dicẽs,

† Ponite ſub. inſtrumenta bellica. Et poſuerunt cõtra ciuitatem. alij ſic, Inſtruite vos. Et inſtruxerũt ſe aduerſus ciuitatẽ,

†pueros

⁎de vrbe

Accedens autem

⁎Ipſe verò congregat exercitum ſuum contra homines, ad ſubijciẽdum ſibi per peccatum, & maximè contra illos quia à ſua ſeruitute receſſerant per pœnitentię ſacramentum. & iſti bene ſignificantur per filios Iſrael, qui receſſerant à cultu Baal & adhæſerant deo dicẽtes: Dominus ipſe eſt deus, vt habetur ſuprà. xviij. capit. ſed dominus facit eum ſuperari cum ſuo exercitu. q ℭ Per pediſſequos principum prouinciarum. Per quos conuenienter intelligi poſſunt pauperes prædicatores, qui diſcurrunt ad prædicandum contra vitia ex autoritate prælatorum, qui bene dicũtur principes, eò ꝙ ſunt ſucceſſores apoſtolorũ de quibus dicitur Pſal. xliiij. d. Cõſtitues eos principes ſuper omnẽ terram. Per prædicationem verò pauperũ religioſorũ multi peccatores cõuertunť ad bonũ, & ſic in eis diabol⁹ cũ ſuo exercitu ſupať.

⁎Serui verò regis

E a ❡Fugit quo.Rab.Id eſt diabolus princeps iniquorum, quorum oculi ſublimes ſunt. Syria enim ſublimis in equo ſuæ ſuperbiæ confidens cū equitibus ſcilicet omnibus ſuperbis, qa ipſe eſt caput ſuper omnes filios ſuperbiæ, ab exercitu Chriſti ſuperatus in fugam vertitur, & rex Iſrael percutit equos & currus &c.quia rex regum nequitias ſpirituales obruit humani generis delēdo peccata. ❡Ra.Diabolus licet à ſanctis ſæpius vincatur, tamen iterum inſtaurat prælium contra eos: & dū vno modo vincitur, alio ſtatim vincere conatur. ❡Ra.Maligni ſpiritus ſi inſpiritualibus vincūtur, in corporalibus bellum parant, ſatagentes vt animas deſupernis ad ima præcipitent, quò facilius vincant. Si viderint cæleſtia deſiderare, terrena ad amādum ingerūt. Si proſperitate conceſſa deo gratiæ agantur, ſtudent vt p aduerſa frāgantur. Sed ſicut Syri, ita dæmones vbi ſe ſuperare confidebant, ibi ſuperati ſunt. ☞Abijt

verbum

## *Nicolaus de Ly.*

a ❡Accedens autem pro.&c. Hîc conſequenter deſcribitur ſecunda victoria ipſi Achab cōceſſa, vbi Achab primò de bello futuro præmonetur. ſecundò victoria ei prædicitur, ibi: Et accedens vnus vir dei. tertiò obtenta victoria Achab abutitur, ibi: Dixeruntq; ei ſerui ſui. Circa primum dicitur: b ❡Vade & confortare. Accipiēdo conſtantiam te defendendi in bello futuro. c ❡Et ſcito & vide. id eſt non ſis negligens in prouidendo tibi propter victoriam quam habuiſti.

F e ❡Dii montium. Hoc dicebant, quia templum vbi co[illegible]atur de⁹ in Ieruſalem erat in monte Moria, & altare quod reparauit Helias in monte Carmeli. f ❡Ideo ſuperauerunt. Credebant enim tanquam Gentiles & erronei, q poteſtas dei Iſrael ſe extenderet tantùm in montibus. g ❡Amo. reges ſingulos ab exercitu tuo. i. principes bellatorum qui non ſint ita delicati ſicut reges, nec in ſtatu tam alto poſiti: & ſic erunt fortiores ad pugnandum, & magis voluntarij, vt per hoc poſsint aſcendere ad altiorem gradum. h ❡Et aſcendit. Quæ eſt ciuitas fortis in tribu Aſer, quam abſtulerant Syri ab Hebræis. & eſt ſita in mōte: ſed ante eam eſt planities magna, vbi deſcenderunt Syri, vt pugnarent cum Hebræis in campeſtribus. i ❡Quaſi duo parui egreſ. Quia Hebræi erant valde pauci reſpectu Syriorum, vt ſic victoria magis appareret ex virtute diuina. k ❡Et accedens. Hîc conſequenter victoria ipſi Achab promittitur, cùm dicitur: Et accedens vnus vir dei. Licet non nominetur, dicitur tamen à doctoribus communiter, quòd fuit Micheas filius Iemla. & hoc etiā dicunt Hebræi. l ❡Quia dixerunt. id eſt quia blaſphemauerūt deum Iſrael, attribuentes ei potentiam limitatam debellabuntur propter iſtā blaſphemiā. Dicunt etiam q cum hoc dixit eis propheta, quòd non parceret ipſi Benadad & populo ei⁹; ſed magis interficeret propter blaſphemiam dei prædictam. & propter hoc in Hebręo ponitur bis: Et dixit. Vnde in Hebræo ſic habetur:

† de cubiculo in cubiculum

† Et viri augurati ſunt accelerauerunt ſe ſtinantes .i. vt quidā interpretant̄, viri augurati ſūt nō ab eo audituri eſſent, verbum bonū & audito frater meus eſt, feſtinauerunt ire ad Benadad &c.

* cutus eſt eos Iſraël. Fugit quoq; Benadad rex Syrię in equo cum equitibus ſuis: necnon egreſſus rex Iſraël percuſsit equos & currus, & percuſsit Syriā plaga magna nimis. Accedēs autem prophe- [a] ta ad regē Iſraël, dixit ei: Vade & confor- [b] tare, & ſcito, & uide quid facias. Sequen- [c] ti enim anno rex Syriæ aſcendet contra te. Serui uerò regis Syriæ dixerūt ei: Dij [d] [e] montium ſunt dij eorū, ideo ſuperaue- [f] runt nos. Sed melius eſt ut pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos. Tu ergo uerbum hoc fac. A- [g] moue reges ſingulos †ab exercitu tuo, & pone principes pro eis, & inſtaura numerum militum qui ceciderunt de tuis: & equos ſecundū equos priſtinos, & currus ſecundū curr⁹ quos antè habuiſti, & pugnabimus cōtra eos in cāpeſtribus, & uidebis quòd obtinebimus eos. Credidit conſilio eorum, & fecit ita. Igitur poſtq; annus trāſierat, recēſuit Benadad Syros & aſcendit in Aphec ut pugnaret [h] contra Iſraël. Porrò filij Iſraël recenſiti ſunt. Et acceptis cibariis profecti ex aduerſo caſtrametati ſunt contra eos, qua- [i] ſi duo parui greges caprarum. Syri autem repleuerunt terram. Et accedens [k] unus uir dei, dixit ad regem Iſraël: Hæc dicit dominus: Quia dixerūt Syri, deus [l] montium eſt dominus, & non eſt deus uallium, dabo omnē multitudinē grādem hāc in manu tua, & ſcietis quia ego ſum dñs. Dirigebāt itaq; ſeptē diebus ex aduerſo hi atq; illi acies, ſeptima autem die cōmiſſum eſt bellū. Percuſſerūtq; filij Iſraël de Syris centū milia peditum in die una: fugerunt autē *qui remanſerunt in Aphec, in ciuitatem: & cecidit murus [m] ſuper uiginti ſeptē milia hominū qui remanſerāt. Porrò Benadad fugiēs ingreſſus eſt ciuitatē †in cubiculū quod erat in- [n] tra cubiculū. Dixerūtq; ei ſerui ſui. Ecce [o] [p] audiuimus, q reges domus Iſraël †clemētes ſint. Ponamus itaq; ſaccos in lumbis noſtris, & funiculos in capitibus noſtris, & egrediamur ad regem Iſraël: forſitan ſaluabit animas noſtras. Accinxerunt ſaccis lūbos ſuos, & poſuerūt funiculos in capitibus ſuis, ueneruntq; ad regem Iſraël, & dixerūt ei: Seruus tuus Bēadad dicit: Viuat oro te anima mea. Et ille ait: Si adhuc uiuit, frater me- [q] us eſt. † Quod acceperunt uiri pro omi- [r] [s] ne. Et feſtinantes rapuerunt uerbum [t] ex ore eius, atq; dixerunt: Frater tuus [v] Benadad uiuit. Et dixit eis: Ite & adducite eum ad me. Egreſſus eſt ergo ad eum Benadad, & leuauit eum in cur- [x] rum ſuum. Qui dixit ei: Ciuitates quas

ſic habetur: Et accedens vir dei dixit ad regem Iſrael. & dixit: Hoc dicit dominus deus &c. quia de mandato dei dixit ei, q victoriā illi daret, & q Syris deuictis nō parceret. Cætera patēt vſque ibi: m ❡Et cecidit murus &c. Volebat enim fortificare murum ad ſe defendendum intra ciuitatem. Sed qa ædificium erat antiquum ex concuſsione & dei voluntate cecidit ſuper blaſphemos. n ❡Intra cubicu.&c. id eſt in loco valde ſecreto. Ioſephus autem dicit, quòd cum paucis ſibi fideliſſimis intrauit locum ſubterraneum ſecretum, cuius ingreſſus erat intra cubiculum. o ❡Dixeruntque ei ſerui ſui. Hîc conſequenter Achab victoria ſibi data abutitur in dimiſsione blaſphemi, quem occidere tenebatur de mandato dei. p ❡Audiuimus. Dicit enim Seneca in lib. de clementia, q nihil ex omnibus magis decet principē q̄ clemētia, tū ſemp cū ea debet eſſe iuſtitia, aliter non eſſet virtuoſa. & iō in pppoſito magis fuit demētia parcendo blaſphemis cōtra deū & iuſtitiā, qn̄ dixit Achab: q ❡Si ad vi.i. volo facere pacē cum eo & confœderationem. r ❡Quod.i. ſerui Benadad. s ❡Pro om. eſt aūt omē ſcd'mqd' dicit Valeri⁹ maxim⁹, v̄bū ex iſperato platū. ex quo ſequit̄ bonū alicui⁹ vl' aliquorū. & tūc dr̄ omē illi⁹ vel illorū. Et ponit exēplū de Romanis q̄rētib⁹ locū aptū vt ibi manerēt, & ciuitatē ædificarēt. & cùm veniſſent ad locum vbi nūc eſt Roma vexillarius qui præcedebat fixit vexillum in terra, dicens: Stemus, quia hîc optimè manebimus: & hoc verbum fuit acceptū pro omine. t ❡Et fe.ra. Tanquam firmiter dictum ne poſſet retractare. v ❡Atque dixerunt. frater tuus. Acſi diceret: ſicut dixiſti, ex nūc eſt fœdus inter te & ipm̄. x ❡Et leuauit eum in cur.&c. pacificè & honorificè.

G

† è loco ſuo,

Omen

H

Moraliter

* d ❡Serui uero regis &c. ideo. Per ſeruos regis Syriæ intelliguntur dæmones, qui ſunt ſub ſuo principe. ipſi verò aliquando pugnant cum viris ſanctis in montibus, ſcilicet qn̄ nituntur eos impedire à deuotis orationib⁹ quæ montes dicuntur: quia ſecundum Damaſcenum: Oratio eſt aſcenſus mētis in deum. ſed ibi debellātur, quia virtute orationis perſeuerantis fugantur. Quod fuit figuratum Exod.xvij.c. vbi dicitur: q Amalec cum ſuo exercitu fugatus fuit & deuictus per Moyſen in monte orantem. Sed dæmones ſic deuicti à viris deuotis aliquando reuertuntur ad pugnandum cum eis in campeſtribus. Nam aliquando viri deuoti occupantur circa adminiſtrationes, tēporalem curā requirentes: propter qd' per campeſtria deſignantur: & dæmones ſperant eos in ſuis tentationibus deuincere: ſed frequēter cōtingit, q ſicut victi fuerunt in montibus, ſic in cāpeſtribus debellant̄. Et hoc eſt qn̄ viri deuoti in adminiſtratiōibus ſibi cōmiſsis bn̄ ſe hn̄t ad honorē dei & bonū proximi: ſed aliqn̄ cōtingit deo pmittente & diabolo pcurāte, q ex tali victoria victor in ſuperbiam erigit̄, & ſic cum diabolo q rex eſt ſup filios ſupbiæ cōfœderatur. & hoc per fœdus Achab cum rege Syriæ ſignificatur. Per hoc autem

*Syri

† miſericordes

*q propheta in

A a ℭ Abiit er. Michę as parabola vſus eſt propter ſermones quos regi erat dicturus, vt oſtēderet hoc ad illū magis quàm ad ſe pertinere. b ℭ Erit a. Prouidendū eſt ſeruis dei, ne ſecundū exemplū Achab pernitioſa ſecuritate ſibi blandiant̃, quandiu hoſtis uiuit: ne dum ſe quaſi victores arbitrent̃ per fraudē diaboli pacem promittentis citius elidantur: quia ſicut tunc propheta regi pro īcōſiderata pietate pronuntiauit affore vltionem, ita nūc propheticus ſermo pronūtiat: ſi paciſcamur cū diabolo, æternam nobis per hoc imminere pœnam. c ℭ Et furibundus. Iratus Achab prophetam clauſum ſeruari iuſsit, & confuſus verbis Michçæ domum remeauit.

## GLOS. ORDIN. CAP. XXI.

POſt ver. &c. d ℭ Naboth interpretat̃ cōſpicu⁹, ſiue poſſeſſio. Iezrael honeſtas dei ſiue ſemē dei, hoc totū conuenit filio dei, q eſt ſplendor eius gloriæ, quē cōſtituit de⁹ heredē vniuerſorū. Hic Naboth habuit vineā de q. Vineā AEgypto tra. Hāc cōcupiuit Achab, q iterptat̃ frater patris. i. ppl's Iudaic⁹ de q Chriſtus ſcd'm carnē. Vt faceret hortū olerū. hoc eſt: vt vbi vinū ſpūale germinare debuit, ibi fragilia Phariſæorū dogmata trāſplantaret. Naboth vineam dare nolenti. i. Chriſto Phariſęorū ſuperſtitionibus nō conſentienti, impia Iezabel. i. ſynagoga machinata ē mortē. Interpretatur enim Iezabel cohabitatrix ſiue fluxus vanus vel inanis: quia ſynagoga habitare videbatur ī domo dñi, ſed per vana deſideria defluebat.

Heb. 1. a. Pſal. 79. b.

B

In vineam

## Nicolaus de Lyra.

honorificè recipiēs ipſū. a ℭ Et plateas. id eſt in ciuitate mea regia fac forū rerū venalium. vt inde recipias tributū, tanquā habēs ī regno meo pricipale dominium. Dicit autem Ra. Sa. hîc, q non habebat in animo hoc facere, ſed intendebat Achab decipere. b ℭ Tunc vir. Poſtq̃ diuina pꝛuidentia reuocauit Achab q̄tū in ſe fuit ſignis & victorijs mirabilib⁹, hîc conſequēter eū reuocat cōminationibus. & primò cōminat̃ ei mortē in pſona ppria. ſcd'ò cū hoc in vxore & ple ſua c. ſequēti. Circa primū ſciendū, q propheta de mādato dñi voluit pponere ipſi Achab parabolā p quā ignorans cōtra ſeipſū daret ſentētiā, ſicut Nathā ppoſuit ipſi Dauid, vt hr. ĩ. ij. lib. xij. c. Et iō ad proponendū primò diſponit̃ p plagā ſuſceptā, cū dr̃: c ℭ Dixit ad ſociū. ex quodā horrore. d ℭ Cui ait &c. & perc. te. propter pc̄m inobedientiæ, qa eū cognoſcebat & ſciebat eſſe pphetā dñi; cui eſt in oib⁹ obediēdū, cū ſit dñs vitę & mortis, ſanitatis & infirmitatis. Cætera patēt vſq ibi: e ℭ Et muta. In Heb. habetur: Et mutauit pāno. i. inuolutióne panni, qa ligauit caput ſuū vulneratū, ſicut ſolet fieri: ita tñ q ex illis ligaminibus facies p magna parte erat operta, ne Achab eū cognoſceret, & ſic ad parabolā ppoſitā reſponderet, ſicut vni de populo q ppheta nō eſſet. f ℭ Cūq; fug. adduxit eū. ſ. captū. g ℭ Cuſtodi. ſub pacto qd' ſequitur in litera. Et ſub intelligit: Et ſic recepi eū. h ℭ Et ait rex. Ignorās q p ipſo diceret. Vbi etiā cōſiderādū, qd' iſta parabola vera eſt in ſenſu p q ponit̃, ſ. pro Achab & Benadad, ſicut & parabola Ioathan filij Ieroboal quæ habetur. Iudi. ix. b. Dixeruntq; omnia ligna ad rhamnū veni & impera ſuper nos. de Sichimitis & Abimelec: prout ibidē plenius fuit dictum. In hoc em̄ cōſiſtit veritas parabolę, quòd ſit vera in ſenſu p q ponitur. i ℭ At ille. In Heb. habet̃: Et amouit pānum ſeu ligamētū de facie ſua, vt cognit⁹ à rege parabolā ad ppoſitum applicaret dicens: k ℭ Quia dimi. ppter dei blaſphemiam, & ei⁹ ſententiā cōtra Benadad tibi denūtiatam, vt eam exequiris. l ℭ Erit anima. i. morieris. iſte em̄ fuit idē ppheta q denuntiauerat ſibi victoriā & dei ſniam de Benadad. m ℭ Reuerſus. Audire cōtēnēs tāq; obſtinat⁹ in malitia ſua. n ℭ Furibundus ve. dicit Ioſephus quòd incarcerauit pphetam, ⁂ qd' ppheta increpauit Achab de hoc fœdere di. k ℭ Quia dimi. ſignificat̃ qd' ex tali fœdere cū dæmone incurrit̃ mors gehēnæ. ℭ In ca. xx. vbi dr̃ in poſtil. Poſtq; diuina prouidentia quātùm in ſe fuit Achab à ſua malitia reuocauit cæleſtibus ſignis &cę.

C

Moraliter

† inuoluit ſe velamie vel tegmine, ſuper oculos ſuos.

† in mediū prelij.

† amouit velamē ab oculis ſuis.

† aut ſi placuerit tibi dabo tibi argētū pretij ipſius.

tulit pater meus à patre tuo reddam, & a plateas fac tibi in Damaſco ſicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœdera tus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, ſ Micheas. & dimiſit eum. Tunc uir quidam de fi b liis prophetarum dixit ad ſociū ſuum, c ſ In capite. in ſermone domini: Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait: Quia no d luiſti audire uocem domini, ecce receſ ſ Quod cum contigiſſet. des à me, & percutiet te leo. Cumq; paululum receſsiſſet ab eo, inuenit eū leo, atq; percuſsit. Sed & alterum inueniēs uirum dixit ad eum: percute me. Qui a percuſsit eum, & uulnerauit. Abiit er ſ Alligato capite. go propheta & occurrit regi in uia, & e † mutauit aſpſione pulueris os & oculos ſuos. Cumq; rex tranſiſſet, clamauit ad regē, & ait: Seruus tuus egreſſus eſt † ad prælíandum cominus. Cumq; fu f giſſet uir unus, adduxit eum quidā ad me, & ait: Cuſtodi uirum iſtum. Qui g ſi lapſus fuerit, erit anima tua pro anima eius: aut talentum argenti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucq; me uerterem, ſubitò non comparuit. Et ait rex Iſraël ad eum: Hoc eſt h iudicium tuū, quod ipſe decreuiſti. At i a ſ Et ſoluto capite. ille ſtatim † abſterſit puluerem de faciē ſua, & cognouit eum rex Iſraël, quòd eſſet de prophetis. Qui ait ad eū: Hæc a ſ Benadad blaſphemum. dicit dominus: Quia dimiſiſti uirum k b dignum morte de manu tua, erit ani l ſ Quia ipſe te perimet. ma tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuerſus eſt igi m tur rex Iſraël in domum ſuam, † audire c contemnens, & furibundus uenit in Samariam.

## Cap. XXI.

d POſt uerba autem hæc o tempore illo uinea erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrahel, iuxta palatium Achab regis Samariæ. Locutus eſt ergo Achab ad Naboth dicens: Da mihi uineam tuam, ut faciam mihi hortum olerum, quia uicina eſt & prope domum meam. Daboq; tibi pro ea uineam meliorem: † aut ſi tibi cōmodius

## ADDITIO.

Si diuina prouidētia quātū in ſe fuit, reuocaſſet Achab à ſua malitia, vt dr̃ in poſtil. indubiè fuiſſet reuocat⁹. Nā vt eccl'ia cātat: Diuina puidētia ī ſua diſpoſitiōe nō fallit̃. Vñ meli⁹ diceret̃: q diuina puidentia fecit ſupernaturalia ſigna ſufficientia ad reuocationem Achab, ſi ipſe non fuiſſet obſtinatus.

## REPLICA. In. cap. xx. vbi poſtillator cōtinuando dicit, q puidentia diuina q̄tū in ſe fuit Achab à ſua malitia reuocauit cæleſtib⁹ ſignis. Bur. nitit̃ eū capere in ſermone: qa dixit, q̄tū in ſe fuit, volēs q p hoc circūloq̄i volūtatē dei bñplacitā, & ita Achab fuiſſet cōuerſus, qa illa volūtas ſemp efficax eſt. Sed Burgē. noluit aduertere naturā terminorū theologicalū: q volūtas ſigni pręcipiēdo, cōſulēdo &c. pōt facere qd' in ſe eſt, ſicut volūtas bñplaciti. Et ita verè dicit̃: deus q̄tū in ſe eſt vult oēs hoies ſaluos fieri: ſed defectus eſt ex parte hominum non dei, qd' nō omnes homines ſalui fiant. Hæc igitur Burgen. obiectio potius eſt pueriliter tentatiua, quā veritatis inquiſitiua: quemamodum valde reprehendit, beatus Hiero. & beatus Auguſti. de doctrina Chriſtiana.

D

## NIC. DE LY. CAP. XXI.

POſt ver. Hîc cōſeq̄nt̃ additur ſcd'ā comminatio facta ipi Achab de morte ei⁹, vxoris, & plis. Circa quā ſic pcedit̃: qa priò pōit̃ ipſi⁹ Achab noua p̄uaricatio. ſcd'ò pōit̃ pœnę cōminatio ibi: Fact⁹ eſt igit̃. tertiò executio ſeu inflictio. ca. xxij. Noua p̄uaricatio ipſi⁹ Achab fuit, qa poſtq; multiplicit̃ deū offēderat per idololatriam, innocentem occidit propter hęreditatis ſuæ cōcupiſcētiam, & pa-

† triſtis

Diuiſio

Moral'o ℭ Poſt verba &c. Per vineam Naboth poteſt intelligi poſſeſsio vel aliud bonū viri iuſti. Per Achab regē hāc vineā cupiētē, hō qcūq; & maximè potēs q cupidus eſt boni alieni. Per vxorem autem Achab quę viā peſsimā inuenit habendi vineam prædictam. ſ. p innocentis mortē, ſignificātur homines mali qui ſunt potentibus cōiūcti, & dant eis cōſilia peſsima rapiēdi ſimpliciū & innocētiū bona.

Moraliter

E

a ☞ In vineam. vinea Naboth eccleſia de gentibus. Hanc occiſo Chriſto mali coloni præripere moliebantur, cū fidem quę per eū eſt extinguere, & ſuā quæ ex lege eſt iuſtitiam pręferre, ac gentibus imbuendis conabantur inſerere.

*Nicolaus de Ly.*

tiā & patet litera vſq; ibi: a ☞Propitius &c. p pretioſo vł hæreditate alia. Terra enim Iſrael ꝓpriè erat ipſius dei: ꝓpter qđ nō poterat ſimpliciè vendi, ſed ſolùm vſque ad iubileū, ſicut hr̃ Leui. xxv. & iō nec illud cōcedebat̃ i lege, niſi in neceſſitate. Naboth autē erat diues: ꝓpter qđ nō erat cōpulſus hęreditatē ſuā vēdere. Rex etiā volebat eam ad ꝑpetuum hr̃e. b ☞Et proiici. ex indignatione & impatiētia. Ex hoc patet ꝙ rex nō poterat accipere agros ſubditorū ſuorū pro voluntate ſua. c ☞Grādis. ironicè loq̃bat̃. q. d. ex regia poteſtate poſſes eam de facili habere. d ☞Scripſit &c. & ſignauit. qa antiq̃ in annulis principum erat impreſſio ad literas ſignandum. & ex hoc patet qđ iſtę literæ de morte Naboth fuerunt factę & miſſę de ei⁹ ſcitu & voluntate. e ☞Prędicate. hoc eñ faciebant Iudæi, qñ iudiciū de aliquo magno ſcelere debebat fieri. f ☞Et ſe. Tū quia erat de maioribus ciuitatis, tū vt nō videret̃ q̃rere eius mortem, ſed honorē. g ☞Bñdixit. i. maledixit: ſicut Iob. ij. c. Bñdic deo & morere. Propt̃ horrorē eñ maledictiōis eā ſignabant Iudæi nomine contrario. h ☞ Deo &cę. & ſic accuſabat̃ de dei blaſphemia, & de crimine lęſæ maieſtatis: & vtriq; debebatur pœna mortis. Cætera patent vſque ibi: i ☞Quamobrē eduxe. tanquā indignum mori in ciuitate. Cætera patet vſque ibi: k ☞Surrexit & deſcen. Hîc eſt duplex opinio Hebræorum. Aliqui dicunt, qđ pro criminibus impoſitis ipſi Naboth bona ei⁹ omnia erant confiſcata humano iudicio: & ideo rex deſcendebat ad poſſidendum, tāq; ſibi acquiſita. Alij dicunt, qđ Naboth fuit frater patris Achab: & quòd pro criminibus ſibi impoſitis non ſolū fuit ipſe lapidatus, ſed & filij eius cum eo, ſicut & de Achan dicitur Iudic. vij. Et ideo Achab eius nepos deſcēdit ad poſſidendum tanquā heres, quia nō remanſerat alius propinquior. Et huic dicto concordat quod dicitur infrà. iiij. li. ca. ix. f. Si non pro ſanguiē Naboth & pro ſanguine filiorum ei⁹, quem vidi heri ait dominus, reddam tibi in agro iſto. l ☞Fact⁹ eſt igitur. Hîc poſt pręuaricationem Achab deſcribitur pœnæ conſequentis comminatio, cùm dicitur: m ☞Occidiſti. q̃a ſicut dictum eſt, & patet ex hoc loco: literę mortis Naboth de ſcitu & volūtate Achab factę fuerunt & miſſę. n ☞Inſup. valde iniquè. o ☞Hęc di. Dicunt aliq̃ꝗ, ꝙ ſi accipiat̃ ſanguis Achab i ꝓpria pſona: tunc ly in hoc loco, non deſignat locū ſignatū, ſed regionē. qa ſicut dicitur ca. ſequenti, curr⁹ vbi fluxerat ſanguis Achab lotus fuit in piſcina Samariæ, & ibi linxerūt canes ſanguinē ſic ablutū. Si āt accipiat̃ ſāguis Achab in pſona filij ſui, cuius ſāguis erat q̄dāmō ſāguis patris, ſic ly hoc loco ſignat locū determinatū vbi lapidatus fuit Naboth, ꝑut patet. j̃. li. iiij. c. ix. Ra. Sa. dicit ꝙ de ſāguie Naboth i pſona ꝓpria itelligit̃, ꝙ i eodē loco canes lixerūt ſanguinē Achab vbi pri⁹ lābuerūt ſāguinē Naboth. q̄lit aūt iſtud poſſit itelligi, videbitur ca. ſequenti. p ☞Num inueniſti me inimice mi. ita eſt in Hebræo & in libris correctis. & eſt ſenſus nūqd iueniſti me talē qđ deberes mihi iimicari. q ☞Qui dixit: inue. eò qđ es inimicus dei cuius ſum ſeruus. vnde ſubditur: r ☞Eo qđ. ſicut eñ res vēdita trāſit i dñm & poſſeſſionē emētis, ſic Achab videbat̃ totaliter ſubdit⁹ idolis & ſeruiēs eis. s ☞Et deme. exponatur ſicut. ſ̃. de Ieroboā & Baaſa. t ☞Et pec. nō ſolū in cultu vitulorū ſicut alij reges ꝓcedētes, ſed etiā i cultu Baal. v ☞ Canes. hoc fuit ipletū tp̄e Iehu, vt hr̃. j̃. iiij. li. ix. c. x ☞Igit̃. ſ. i regibus ipſum pręcedentibus.

Moraliter

l ☞Factus eſt igi. Quia Achab deſcēdenti ad poſſidēdū vineam prædictam

†Abſit mihi à dño, vt †23. q. 8. c. †vel furibūdus cōueni or

†iucūdetur cor tuū,

†impios

†impijs †viri impij

F

acquieſcere, &

†De pœ. di. 3. c. Achab

†vł auferā poſteriora tua

†š. 14. c. & 26. b. & . j. 22. f.

†eū q mortuus fuerit de Achab

†4. Re. 9. b.

putas, argenti pretium quantū digna eſt dabo. Cui reſpondit Na- a
both: †Propitius ſit mihi dominus, ne dem hæreditatem patrum
meorum tibi. †Venit ergo Achab in domū ſuam †indignans &
†frendens ſuper uerbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iez-
rahelites, dicens: Non dabo tibi hæreditatem patrum meorum.
Et proiiciens ſe in lectulum ſuum, auertit faciē ſuam ad parietem, b
& non comedit panē. Ingreſſa eſt autē ad eum Iezabel uxor ſua,
dixitq́ ei: Quid eſt hoc unde anima tua contriſtata eſt, & quare
non comedis panem? Qui reſpōdit ei: Locutus ſum Naboth Iez-
rahelitæ, & dixi ei: Da mihi uineam tuā accepta pecunia: aut ſi tibi
placet, dabo tibi meliorē uineam pro ea. Et ille ait: Non dabo tibi
uineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel uxor eius: †Grandis au- c
toritatis es, & bene regis regnum Iſraël. Surge & comede panem,
& †equo eſto animo: ego dabo tibi uineam Naboth Iezrahelitæ.
Scripſit itaq; literas ex nomiē Achab, & ſignauit eas annulo eius, d
& miſit ad maiores natu & ad optimates qui erāt in ciuitate eius,
& habitabant cum Naboth. Literarum autem erat hæc ſententia: e
Prædicate ieiunium, & ſedere facite Naboth inter primos popu- f
li, & ſubmittite duos uiros †filios Belial contra eum, & falſum te-
ſtimonium dicant: Benedixit Naboth deo & regi. Et educite eum g h
& lapidate, ſicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores
natu, & optimates qui habitabant cum eo in urbe ſicut præcepe-
rat eis Iezabel, & ſicut ſcriptum erat in literis quas miſerat ad eos.
Prædicauerunt ieiuniū, & ſedere fecerunt Naboth inter primos
populi. Et adductis duobus uiris †filiis diaboli, fecerunt eos ſedere
contra eum. At illi †ſcilicet ut uiri diabolici dixerunt contra eū te-
ſtimoniū corā multitudine: Benedixit Naboth deo & regi: †Quā- i
a ☞Et Chriſtus falſis teſtibus paſſus eſt extra portam.
obrem eduxerunt eum extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt.
Miſeruntq́ ad Iezabel, dicentes: Lapidatus eſt Naboth & mortu-
us eſt. Factum eſt autē cùm audiſſet Iezabel lapidatum Naboth
& mortuum, locuta eſt ad Achab: Surge poſſide uineam Naboth
Iezrahelitę, q noluit tibi acquieſcere, & dare eam accepta pecunia.
Non enim uiuit Naboth, ſed mortuus eſt. Quod cùm audiſſet A-
chab mortuū uidelicet Naboth, ſurrexit: & deſcēdebat in uineam k
Naboth Iezrahelitę: ut poſſideret eā. Factus eſt igitur ſermo do- l
mini ad Eliam Theſbitē, dicens: Surge, & deſcende in occurſum
Achab regis Iſraël, qui eſt in Samaria. Ecce ad uineam Naboth de-
ſcendit, ut poſſideat eam: Et loqueris ad eum, dicēs: Hæc dicit do-
minus deus: †Occidiſti, inſuper & poſſediſti. Et poſt hæc addes: m n o
Hæc dicit dominus: In loco hoc in quo linxerūt canes ſanguinem
Naboth, lambent quoq; ſanguinē tuum. Et ait Achab ad Eliam: p q
Num inueniſti me inimice mi? Qui dixit: Inueni eò quòd uenun- r
datus ſis ut faceres malū in conſpectu domini. Hæc dicit dñs. Ecce
ego inducam ſuper te malū, & †demetam poſteriora tua, & inter- s
ficiam de Achab mingentē ad parietem, & clauſum, & †ultimum
in Iſraël. Et dabo domum tuam ſicut domum Ieroboam filij Na-
bat, & ſicut domum Baaſa filij Ahia: quia egiſti ut me ad iracundi-
am prouocares, & peccare feciſti Iſraël. Sed & de Iezabel locutus t
eſt dominus, dicens: †Canes comedent Iezabel in agro Iezrahel. v
Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes. †Si au-
tem mortuus fuerit †in agro, comedent eum uolucres cæli. Igitur x
non fuit alter talis ſicut Achab, †qui uenundatus eſt ut faceret ma-
lum in conſpectu domini. Concitauit enim eum Iezabel uxor ſua,

G

†triſtis

ad parietem

†LXX. tu nūc facis ſic ſup regnū Iſrael. i. tu reges, licet qđ vis, vis alijs ſubdi.

falſum

†Act. 7. g.

H

†derelictū

†intra ante murale

A ipſum p̃cedẽtib⁹,q̃a introduxit cultũ Baal in regnum ſuum ad icitamẽtũ vxoris ſuę,ſicut.ſ.dictũ eſt capitulo.xvj. & hîc repetitur. a ℭ Itaq; cũ au.ſ.Eliæ de morte ſua & poſteritatis ſuę. b ℭ Scidit ve. in ſignũ pœnitẽtię & humiliationis corã deo. iſta tñ pnĩa fuit timor pœnę,vt cõiter dicitur, nec obſtat qđ ſubditur, q̃ propt eã dilata eſt deletio domus ſuæ: quia talis pnĩa licet non ſit meritoria grẽ & euaſionis pœnę ęternæ; tamẽ bñ eſt meritoria aliq̃n dilationis pœnę tpalis. Alij autẽ dicũt, q̃ fuit vera pnĩa,ſed ad horam:q̃a nõ pmãſit in ea;ſed magis reuerſus fuit ad mala pręterita. c ℭ Nõ inducam malum.ſ.deletionis domus ſuę in diebus ſuis:ſed in dieb⁹ filij ſui:vt habetur infrà.iiij.lib.c.x.

†vel abominatiões fecit

*iuxta oĩa

† ſacco

† pededẽti vel,quietè

† à facie mea

†2.Pa.18.a.

Moraliter * prędictã,denũtiauit ex parte dñi terribilẽ ſententiã contra ſe & vxorem ſuam.per qđ deſignatur qđ prędicator veritatis contra malos homines & eius conſiliarios debet prędicare conſtanter,& denũtiare niſi pœniteant pœnam æternam. a ℭ Itaq; cum audiſ.in ſignũ pniæ,propter qđ pœna cõminata fuit ad tẽpus dilata. & p hoc ſignificatur qđ quando peccator verè pœnitet æterna pœna quam meruerat,in temporalẽ cõmutat.

†4.Re.3.a. De ſũ.trini. c.dãnamus

*NIC. DE LY.*

CAP. XXII.

TRanſierunt. Deſcripta cõminatione pœnę ipſi⁹ Achab,hîc cõſeq̃nter ponit eius inflictio quãtũ ad perſonã Achab, & primò deſcribitur eius occiſio.ſcđ'ò Ioſaphat regis Iudæ cõditio,ibi Ioſaphat vˀò. Circa primũ ſciẽdũ,q̃ Achab fuit occiſus in bello qđ mouit cõtra regẽ Syriæ & ideò priò deſcribitur belli tractatus.ſcđ'ò cõgreſſus,ibi: Aſcẽdit itaq;.In tractatu vˀò belli priò req̃rit auxiliũ,ſcđ'ò cõſiliũ,ibi: Dixitq; Ioſaphat. Circa primum dicitur: d ℭ Trãſierũt.ſ. a tpe q̃ Achab dimiſit abire Benadad,vt dictũ eſt ſ.xx.capi.ita qđ lapidatio Nabot fuit media inter illã dimiſſionem & iſtud bellũ.in anno aũt tertio deſcẽdit Ioſaphat rex Iuda ad regẽ Iſrael ad videdũ eum:q̃a erant cõfœderati adinuicẽ & filius Ioſaphat habebat filiã Achab vxorẽ.f ℭ Ignoratis.q.d.non debetis ignorare. erat em̃ ciuitas ſacerdotalis & refugij,vt habet Deut.iiij. & Ioſue.xx. ſed reges Syrię abſtulerãt eã à filijs Iſrael.& iõ Achab volebat eã recuperare & ait Ioſaphat requirendo eius auxilium,qui ei conceſſit. di. g ℭ Sicut ego. id eſt vnum ſumus ad hoc qđ vnus proſequatur negotia alterius,& econuerſo. h ℭ Dixitq; Ioſaphat. Hîc cõſequenter quæritur conſilium,Ioſaphat enim qui erat fidelis,conſiderans pericula belli, volebat ſup hoc audire verbum domini, ſed Achab infidelis vocauit prophetas Baal,qui prophetabant ſpiritu maligno.

Diuiſio

B

& †abominabilis effectus eſt, intantum ut ſequeretur idola *quę fecerant Amorrhæi, quos
a conſumpſit dominus à facie filiorũ Iſraël. †Itab que cùm audiſſet Achab ſermones iſtos, ſcidit ueſtimenta ſua,& operuit †cilicio carnẽ ſuam, iciunauitq; & dormiuit in ſacco, & ambulauit †demiſſo capite. Et factus eſt ſermo domini ad Eliam Theſbiten,dicens: Nónne uidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur humilia
c tus eſt †mei cauſa,non inducã malum in diebus eius:ſed in diebus filij ſui inferã malum domui eius.

Cap. XXII.

d TRanſierũt igitur tres anni abſque bello inter Syriã & Iſraël.
e In anno autem tertio deſcendit Ioſaphat rex Iuda ad regem Iſraël. Dixitq; rex Iſraël ad ſer-
f uos ſuos: Ignoratis quòd noſtra ſit Ramoth Galaad,& †negligimus tollere eã de manu regis Syrię? Et ait ad Ioſaphat: Veniés ne mecũ ad prçliandũ in Ramoth Galaad?
g Dixitq; Ioſaphat ad regẽ Iſrael: Sicut ego ſum ita & tu. †Populus meus & populus tuus unũ
h ſunt,& eq̃tes mei equites tui. Dixitq; Ioſaphat ad regẽ Iſraël: Quęre,oro te,hodie ſermonẽ domini. Cõgregauit ergo rex Iſraël pphetas quadragintos circiter uiros,& ait ad eos: Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandũ,an quieſcere?
i Qui reſponderũt: Aſcẽde, & dabit eam dñs in k manu regis. Dixit autẽ Ioſaphat: Non eſt hîc l propheta dñi quiſpiã,ut interrogem⁹ per eum? Et ait rex Iſraël ad Ioſaphat: Remanſit uir unus m per quẽ poſſumus interrogare dñm,ſed ego odi eũ,quia non prophetat mihi bonũ ſed malũ, Michęas filius Iemla. Cui Ioſaphat ait: Ne loquaris ita rex. Vocauit ergo rex Iſraël eunuchũ quendã,& dixit ei: Feſtina adducere Michęam filiũ Iemla. Rex aũt Iſraël & Ioſaphat rex Iuda ſedebãt unuſquiſq; in ſolio ſuo,ueſtiti cultu regio in area iuxta oſtiũ portę Samarię, & uniuerſi prophetę pphetabãt in cõſpectu eorum. Fecit quoq; ſibi Sedechias filius Chanaana cor n nua ferrea,& ait: Hęc dicit dñs: His †uentilabis Syriã,donec deleas eã. Omneſq; prophetę ſimiliter prophetabãt,dicẽtes: Aſcende in Ramoth Galaad,& uade proſperè,& tradet eam dñs in manu regis. Nũtius uerò q̃ ierat ut uocaret Michęã,locutus eſt ad eũ,dicens: †Ecce ſermones prophetarũ ore uno bono regi prędicãt. Sit ergo & ſermo tuus ſimilis eorũ,& loquere bona. Cui Michęas ait: Viuit dñs, q̃a quodcũq; dixerit mihi dñs,hoc loquar. Venit itaq; ad regẽ,& ait illi rex: Michęa,ire debemus in Ramoth Galaad ad prçliandũ,an ceſſare? Cui ille reſpõdit:
o Aſcende,& uade proſperè,& tradet dñs in manu regis. Dixit autẽ rex ad eũ: Iterũ atq; iterum adiuro te,ut non loquaris mihi, niſi quod uerũ
p eſt in nomine dñi. Et ille ait: Vidi cunctũ Iſraël
q diſperſum in mõtibus,quaſi oues nõ habentes paſtorem. Et ait dñs: Non habent iſti dñm,re- r

maligno. i ℭ Qui reſponde. Iſta propoſitio erat dubia,habens duplicem intellectum,ſicut & iſta: Aio te Aeacida Romanos vincere poſſe;quę fuit reſponſio dæmonis in idolo.per quam poterat intelligi,qđ iſte vinceret Romanos, vel econuerſò q̃ Romani vincerent Aeacidem. Ille igitur accipiẽs i ſenſu qui videbatur pro ſe,pugnauit contra Romanos & fuit deuictus ſecundum intellectum dæmonis, & ſic fuit in propoſito. k ℭ Dabit eam dominus. Poterat intelligi de rege Syrię vel rege Iſrael. prophetæ autem Baal & Achab acceperunt eam in ſenſu falſo. l ℭ Nõ eſt hîc. quia Ioſaphat abhorrebat prophetas Baal. m ℭ Reman. vir &c. eò q̃ ſibi dixerat: Erit anima tua pro anima eius,vt habetur ſuprà.xx.ca. Cætera patent vſque ibi. n ℭ Fecit quoq; &c. Sicut enim prophetæ domini aliquando prophetabant non ſolũ verbis ſed etiã ſenſibilib⁹ ſignis:& ſicut Ieremias poſuit catenas i collo ſuo, vt hr̃ Iere.xxviij.d. ſic etiã falſi prophetę vt magis eis crederet. Cætera patẽt vſq; ibi: o ℭ Aſcẽ.&c.& va.proſ. Hoc non dixit aſſertiuè, ſed magis negatiuè vł optatiuè, vt ſit ſenſ⁹;vtinã ſic poſſes ire.& hoc p ſigna percepit Achab; ppter qđ adiurauit pphetã,vt diceret clarẽ vˀitatẽ.& tũc dixit: p ℭ Vidi .i. fugiẽtẽ de p̃lio.q̃a ſicut veniunt ad prçlium vnitè,ita fugiunt diſperſè. q ℭ Quaſi oues.i.ducẽ.& p hoc deſignat ipſi⁹ regis Achab mortẽ. r ℭ Reuertat. Per hoc oſtendit propheta,qđ ſolus Achab erat in hoc prælio moriturus. Sed cõtra videt eſſe pphetia Michęę,q̃a dixit ſuprà.xx.g. Quia dimiſiſti virum dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & ppl's tuus pro populo eius. Ad hoc poteſt dici,qđ ibi deſignauit tantùm mortem Achab, & propter hoc dixit: Erit anima tua pro anima eius;non

C

†50.diſt.§. econtra. De pœ.diſt. 1.c. voluiſſent.ver. Achab.& diſt. 3.c.illud vˀ. Achab & c.talis in ſi. &c. ſicut Achab.

†4.Re.10.c.

† tacemus

D

Moraliter. d ℭ Trãſierũt ergo &c. Sequit: e ℭ Deſcẽdit Ioſophat. Per affinitatẽ Ioſaphat iuſti cũ Achab peſſimo ſignificat ſocietas iuſti cuiuſlibet cũ iniq̃, de q̃ iuſt⁹ eſt arguendus, ppter qđ.ſ.dicit ipſi Ioſaphat p pphetã: Impio p̃bes auxilium,& his q̃ oderũt dominũ amicitia iũgeris:& ideo iram dñi merebaris,ſed bona opera inuenta ſunt in te. Et nõ ſolũ,ſpũale prouenit iuſto ex impij ſocietate, ſed etiam aliquando malum corporale:ſicut fuit in propoſito.nã Ioſaphat ex ſocietate cũ Achab in prçlio fuit in mortis periculo. Nã Achab iniquus ſub ſpecie honorandi Ioſaphat,fecit eum ingredi bellũ in apparatu regio, vt ſic totũ põdus belli ſuper eum verteretur, ſed dei prouidentia Ioſaphat clamauit ad dñm,& ſic fuit liberatus: & Achab deceptor fuit lętalit vulnerat⁹, ſcđm qđ ſcribit Prouerbi. xxvj.d. Qui fodit foueã,icidet i eã,

Moraliter

† cornupetes vel pcuties

†2.Pa.18.c.

a ℭ Vidi dñm. CAP. XXII.

E Solium domini angelicæ ptãtes, qrũ mẽtib⁹ deus pſidens inferi⁹ cũcta diſponit. Exercit⁹ cęli miniſtrantiũ angelorũ multitudo, dextera pars angelorum electa, ſiniſtra ps reproba. Neq; eñ dextera cõcluditur deus, neq; ſiniſtra: qui ita eſt intra omnia, vt ſit & extrà. Sed quomodo mali de exercitu cæli? Quia q̃uis ab æthereo cælo pulſi, adhuc tñ in aereo demorantur cælo. vnde Paulus: Contra ſpũalia nequitię i cęleſtib⁹. Omnis exercit⁹ aſsiſtit deo, qa & volũtas electorũ ſpirituũ diuinę deſeruit poteſtati, & reproborũ ſeſ⁹ ſuę ſeruiẽs malitię iudicio oĩpotẽtis obtẽperat. Ephe.6.c.

*Nicolaus de Ly.*

eius: non autem dixit hoc de populo: erunt animę populi tui &c. & ſic deſignauit tãtũ populi fugam. ℭ Aliť ſoluit Ra. Sa. dicens, qđ ſanguis Michęæ iuſti exiẽs de capite eius quando vulneratus fuit à ſocio ſuo in ſermone domini, vt habetur ſuprà. xx. ca. expiauit mortem comminatam populo, non autem ipſi Achab. a ℭ Nunquid non. q. di. iſte falſò ꝓphetat mihi malum ex odio. & ideo ꝓpheta declarauit modum deceptiõis Achab, dicens: b ℭ Vidi dñm. in ſimilitudie ipſum repręſentãte; ex hoc exteri⁹ formata, vel interius in imaginatione ꝓphetæ, intellexit tamen quid talis ſimilitudo ſignaret & alię q̃ conſequenter ponũtur. c ℭ Et omnem. i. multitudinem angelorum. d ℭ A dextris. q̃tũ ad bonos angelos. e ℭ Et a ſini. q̃tũ ad malos, qui dicũtur deo aſsiſtere, eò qđ i pluribus ſunt executores diuinę iuſtitię. Vñ Iob. ij. a. dicitur: Cùm veniſſent filij dei, & ſtarent coram domino, affuit inter eos & ſatan. f ℭ Et ait. Per hoc & per illud qđ dicitur infrà: Et dixit dominus: decipies

F & præualebis &c. non eſt intelligendum qđ falſitas ſiue falſum reueletur à deo: vel de eius mandato, cùm ſit veritas per eſſentiam, ſed per hoc intelligitur permiſſio diuina; quia iuſto iudicio deus permittit malos homines decipi à dæmonibus, qui non habẽt poteſtatem aliquid faciẽdi, niſi quantũ ipſe permittit. g ℭ Egreſſus eſt autem ſpiritus. ſcilicet malus, ideo ſubditur: h ℭ Ero ſpiritus mẽ. & ex hoc patet falſitas dicti Ra. Sa. Qui dixit hunc fuiſſe ſpiritum Naboth defũcti, quia Naboth fuit iuſtus, & per conſequens ſpirit⁹ eius erat in parte iuſtorum. Præterea animæ perfectorum non loquuntur i prophetis falſis, ſed angeli mali: quando à deo permittuntur. i ℭ Percuſsit. volẽs oñdere qđ eſſet falſ⁹ ꝓpheta, tũ qa man⁹ ſua nõ aruit ſicut man⁹ Ieroboã extenſa contra ꝓphetã dñi, vt habetur ſuprà. xiij. capit. tum quia ſecundũ apparentiam Michęas videbatur loqui contra dictum Eliæ qui erat maior propheta, quia dixerat: In hoc loco in quo linxerunt canes ſanguinem Naboth lambent ſanguinem Achab, qui locus eſt iuxta Iezrahel, Michęas autem dicebat eum interficiendum in Ramoth Galaad. & iõ ex hoc conſequenter arguebat Sedechias, quòd nec Eliæ nec Michęæ erat credẽdum, eò qđ dicta eorum diſcrepabant. k ℭ Viſurus es in die. Dicunt aliqui, qđ hoc fuit quando Iehu interfecit prophetas Baal, vt habetur infrà. iiij. lib. c. x. Alij autem dicunt & melius, vt videtur, qđ hoc fuit in regreſſu de Ramoth Galaad; qa

† vel regis

uertatur unuſquiſq; in domum ſuam in pace. Dixit ergo rex Iſraël ad Ioſaphat: Nunquid non dixi tibi, quia non prophetat mihi bonũ, ſed ſemper malum? Ille uerò addens ait: Propterea audi ſermonẽ dñi. Vidi dominum ſedentem ſuper ſolium ſuũ, & omnẽ exercitum cęli aſsiſtentẽ ei à dextris & à ſiniſtris. Et ait dñs: † Quis dẽcipiet Achab regem Iſraël, ut aſcẽdat & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit unus uerba huiuſcemodi, & ali⁹ aliter. Egreſſus eſt autẽ ſpiritus, & ſtetit coram dño, & ait: Ego decipiã illum. Cui locutus eſt dñs: In quo? Et ille ait: Egrediar, & ero ſpiritus mendax in ore omniũ prophetarum eius. Et dixit dominus: Decipies, & præualebis. Egredere & facita. Nunc igitur ecce dedit dñs ſpiritum mendacij in ore omniũ prophetarum tuorum qui hîc ſunt, & dñs locutus eſt contra te malum. Acceſsit autẽ Sedechias fili⁹ Chanaana, & percuſsit Michęam in maxillã, & dixit: † Méne ergo dimiſit ſpiritus dñi, & locutus eſt tibi? Et ait Michęas: Viſurus es in die illa quando ingredieris † in cubiculum intra cubiculum ut abſcondaris Et ait rex Iſraël: Tollite Michęam, & maneat apud Amon principem ciuitatis, & apud Ioas filium † Amalech, & dicite eis: Hæc dicit rex: Mittite uirum iſtum in carcerem, & ſuſtentate eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ, donec reuertar in pace. Dixitq; Michæas: Si reuerſus fueris in pace, non eſt locutus in me dominus. Et ait: Audite populi omnes. Aſcendit itaq; rex Iſraël & Ioſaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixit itaq; rex Iſraël ad Ioſaphat: † Sume arma & ingredere prælium, & induere ueſtibus tuis. Porrò rex Iſraël mutauit habitum ſuum, & ingreſſus eſt bellum. Rex autẽ Syriæ præceperat principibus curruum trigintaduobus, dicens: Non pugnabitis cõtra minorem & maiorem quempiam, niſi contra regem Iſraël ſolùm. Cùm ergo uidiſſent principes curruum Ioſaphat, † ſuſpicati ſunt, quòd ipſe eſſet rex Iſraël. Et impetu facto pugnabant contra eum. Et exclamauit Ioſaphat: Intellexeruntq; principes curruum, quòd non eſſet rex Iſraël, & ceſſauerunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcum † in incertum ſagittam dirigens, & caſu percuſsit regem Iſraël inter pulmonem & ſtomachum. At ille dixit aurigæ ſuo:

a ℭ Quod exigebant merita eius.

ℭ A ſiniſtris.

laad; quia tunc filius Achab & principes quærebant Sedechiam ad interficiendũ eò qđ fuerãt de eius conſilio in Ramoth Galaad ad pręliandum. l ℭ Tollite Michęam, & maneat apud Amõ principem ciuitatis, & apud Ioas. id eſt præpoſitum regis. m ℭ Mittite virum iſtum in carcerem, & ſuſtẽtate eum pane tribulationis & aqua anguſtiæ, donec reuertar in pace. Di. Ex hoc patet obſtinatio Achab in malo. n ℭ Et ait, audite. Adhuc enim volebat loqui propheta, ſed fuit amotus & ductus ad carcerem. o ℭ Aſcendit itaq; rex. Hîc conſequenter deſcribitur belli congreſſus, cũ dicitur: p ℭ Sume arma tua & ingredere prælium, & induere. ſic eſt in libris correctis. & concordat litera Hebraica, quæ talis eſt. Immuteris & vade ad prælium, & tu indue veſtimenta tua. quæ ſic exponitur: Immuteris ſci. amouendo veſtem communem & accipiendo arma bellica, & tu induere veſtimenta tua. i. inſignia regalia quę ſoles portare ad pręlia. q ℭ Porro rex Iſrael. i. non accepit inſignia regalia. Dicunt aliqui, qđ hoc fecit ad honorandum Ioſaphat qui venerat cum eo in eius adiutorium: & idem volebat ſibi atribuere pricipalitatem belli. Alij autem dicunt, qđ licet hoc videatur ſecundum apparentiã literę, tamen intendebat aliud ſcilicet qđ pondus belli verteretur ſuper Ioſaphat. Rex autem Syrię. Sequitur: r ℭ Nõ pugnabitis cõtra minorem & ma. quempiam, niſi contra regem Iſ. Ratio autem huius pręcepti fuit, vt dicit Ra. Sa. quia exploratores regis Syrię erãt pręſentes, licet occultè, quando Michæas dixit ſolũ Achab moriturum in illo pręlio. & cũ retuliſſent hoc regi Syriæ, dedit hoc pręceptũ: quia aliâs probauerat veritatem verborum prophetę, propter qđ volebat ſe eis conformare. s ℭ Et exclamauit Ioſaphat. inuocando diuinum auxilium, & eleuando ſuum vexillum, ſicut ſolet fieri in talibus. & per hoc intellexerunt principes regis Syrię, qđ eſſet rex Iuda. t ℭ In incertum ſagittã dirigens. quia mittebat ſagittam contra multitudinem, non contra aliquam determinatam perſonam. v ℭ Et caſu percuſsit regem Iſrael. Iſta percuſsio licet fuerit caſualis ex parte ſagittantis, q non dirigebat ſagittam ex intentione ad regem Iſrael, non tamen fuit caſualis ex parte dei qui hoc præordinauerat. x ℭ Inter pulmonem & ſtomachum. ij. Para. xviij. dicitur: Inter ceruicem & ſcapulas, & vtrumque fuit verum, quia ſagitta à parte anteriori itrauit prope pulmonem, & in parte oppoſita exijt ſuperius verſus ſcapulas: quia illa ſagitta protẽdebat ſe inaltando, quia iſte ſagittator erat de peditib⁹, & rex Iſrael pugnabat in alto ſtans in curru ſuo. In Hebręo habetur: Inter ſquamas & loricam. Habebat enim ſuper loricam armaturam de laminis ferreis ad modum ſquamarum factis: & vna fuit eleuata ſeu amota à loco ſuo, & ſic ſagitta inuenit ibi loca intutata & armis nudata. vel foramina loricæ diſcooperta, & ſic facilius intrauit & pforauit regẽ modo prædicto. & ſic trãslatio nrã nõ diſcordat ab Hebræo in ſentẽtia; ſed noſtra deſignat percuſsionem in corpore, litera verò Hebraica in armis.

G

H

† 2. Pa. 18. c.

† Quando me

† de cubiculo intra cubiculum

† Mutabo me. i. habitũ meum & igrediar

† dixerunt

† in ſimplicitate ſua alij vertunt, ſumma vi.

casu

Eijce me

a Verte manum tuam, & eiice me de exerci-
tu, quia grauiter uulneratus ſum. Commiſ-
b ſum eſt ergo prælium in die illa. Et rex Iſra-
ël ſtabat in curru ſuo contra Syrios, & mor
tuus eſt ueſpere. Fluebat autem ſanguis pla
gæ †in ſinum currus, & præco inſonuit in
uniuerſo exercitu, antequam ſol occumbe-
ret, dicens: Vnuſquiſque reuertatur in ci-
uitatem & in terram ſuam. Mortuus eſt au
tem rex, & perlatus eſt in Samariã, ſepelie-
runtq́; regem in Samaria. Et lauerunt cur-
c rum eius in piſcina Samariæ, †& linxerunt
d canes ſanguinẽ eius, & †habenas lauerunt,
e iuxta uerbum domini quod locutus fue-
rat. Reliqua uerò ſermonum Achab, & uni
f uerſa quæ fecit, & domus eburnea quam
ędificauit, cunctarumq́; urbium quas extru
g xit: nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermo-
num dierum regum Iſraël? Dormiuit ergo
Achab cũ patribus ſuis, & regnauit Ocho-
h zias filius eius pro eo. Ioſaphat uerò filius
Aſa regnare cœperat ſuper Iudam, anno
quarto Achab regis Iſraël. Trigintaquin-
que annis regnauit in Ieruſalem. Nomen
matris eius Azuba filia Salai. Et ambulauit
in omni uia Aſa patris ſui, & non declina-
i uit ex ea. Fecitq́; quod rectum erat in con-
k ſpectu domini, ueruntamen excelſa nõ †ab-
ſtulit. Adhuc enim populus ſacrificabat, &
l adolebat incenſum in excelſis. Pacemq́; ha
buit Ioſaphat cum rege Iſraël. Reliqua au-
tem uerborum Ioſaphat, & opera eius quę
geſsit & prælia, nónne hæc ſcripta ſunt in li
m bro uerborum dierum regum Iuda? Sed
& †reliquias effœminatorum, qui remanſe
rant in dieb⁹ Aſa patris eius abſtulit de ter
n ra. Nec erat tunc rex conſtitutus in Edom.
†Rex uerò Ioſaphat fecerat claſſes in mari,
quæ nauigarent in Ophir propter aurum,
& ire non potuerunt, quia confractæ ſunt
in Aſiongaber. Tunc ait Ochozias filius
Achab ad Ioſaphat. Vadant ſerui mei cum
ſeruis tuis in nauibus. Et noluit Ioſaphat.
Dormiuitq́; Ioſaphat cum patribus ſuis: &
ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid patris
ſui, regnauit Ioram filius eius pro eo. Ocho o
zias autem filius Achab regnare cœperat
ſuper Iſraël in Samaria, anno ſeptimodeci-
mo Ioſaphat regis Iuda: regnauitq́; ſuper
Iſraël duobus annis. Et fecit malum in con
ſpectu domini, & ambulauit in uia patris
ſui & matris ſuæ, & in uia Ieroboã filij Na-
bat qui peccare fecit Iſraël. Seruiuit quoq́;
Baal & adorauit eũ, & irritauit dominum
deum Iſraël iuxta omnia quę fecerat pater
eius.

A a ¶ Eijce de exercitu quia gra
uiter &c. Nõ ſimpliciter, ſed de pri
ma acie in qua erat, vt eſſet in alia po-
ſteriore, ĩ qua non ſic impugnaretur,
& poſſet magis occultare ſe eſſe talẽ
vulneratum, ideo ſequitur: b ¶ Et
rex ſtabat curru contra Syrios.
†i. medium ne ſui aduerterent illum lętaliter vul-
neratum & fugerent de prælio. Cæte
ra patent vſq; ibi: c ¶ Et linxerunt
canes ſanguinem. in eadem regio
ne in qua infectus fuit Naboth, pro-
ut expoſitum fuit ca. præce. ſecundũ
vnum modum, quia Samaria vbi lo
tus fuit currus à ſanguine Achab, &
Iezrahel vbi lapidatus fuit Naboth,
diſtant quaſi per. xv. milliaria quę faci
unt ſeptẽ Leucas. d ¶ Et habenas
lauerunt. In Hebręo habetur: Et ar
maturas lauerunt. ſ. à ſanguĩe Achab.
e ¶ Iuxta verbum domini. i. ꝑ
pe locum in quo lapidatus fuit Na-
both, ſecundum qđ dixerat dominus
per Eliam. qualiter autem hoc fuerit,
ſciendum qđ Achab habebat domũ
regiã ĩ Samaria & Iezrahel, & vinea
Naboth Iezrahelitę erat ꝑpe domũ
illã q̃ erat ĩ Iezrahel & ibi erat arma-
mẽtariũ regis. ꝑpter qđ ibi portata
fuerunt arma in quibus vulnerat⁹ fu-
erat, & ibi lota à ſanguĩe Achab: quẽ
linxerunt canes in loco determinato
vbi fuerat interfectus Naboth. Et iõ
B ſcriptura fecit diſtinctionem inter lo-
turam currus & armorum, dicens ꝙ
arma fuerunt lota iuxta verbum do-
mini. & ſecundum hoc verificatur di
ctum Ra. Sa. dicentis qđ ſanguis A-
chab in perſona propria intelligitur,
cũ dicitur ſuprà capit. præce. In loco
hoc in quo linxerunt canes ſanguinẽ
Naboth &c. ſicut ibidem dictũ fuit.
f ¶ Et domus eburnea quam.
†reliq̃ ſcorta maſcula quę Qualis autẽ fuerit dom⁹ iſta, nõ habe
tur ex ſcriptura, ſed de ipſa fit hîc mẽ
tio notando Achab de curioſitatę ex
ceſsiua in qua non modicum eſt pec-
catum. g ¶ Nõne hæc ſcripta.
ex hoc patet qđ liber hîc allegatus nõ
†Sed ꝑfect⁹ vł dux erat rex. i. ꝑfect⁹ quẽ cõſtitu erat eis ipſe Ioſaphat, e- rat eis vitæ regis. eſt idem qđ Paralipomenon, in quo
nulla fit mentio de iſta domo ebur-
nea, ſed eſt alius liber à Nabuzardan
combuſtus, vel à Syrijs, nec poſtea fu
it reparatus. h ¶ Ioſaphat vero.
Hîc conſequenter ponitur ipſius Io-
ſaphat regis Iudę conditio, cuius vita
commendatur excepta familiaritate
quam habuit cũm Achab idololatria
& excelſorum permiſsione. ideo ſub-
ditur: i ¶ ¶ Fecitq; qđ rectum
eſt in conſpectu domini. ſicut &
fecerat Aſa pater ſuus. k ¶ Verũ-
tamen excelſa non abſtulit. In q
bus populus ſacrificat deo, tamen vt
prędictũ eſt qđ iõ non erat licitum,
quia prohibitum. ſ. poſt templi ędifi-
cationem, vt frequentèr ſuprâ dictũ
eſt. & quia populus erat ad hoc aſſuę
tus; ideo difficile erat amouere pro-
pter conſuetudinem: veruntamen E-
zechias tempore ſuo abſtulit, vt habe
tur infrâ. iiij. lib. cap. xviij. l ¶ Pa-
cem habuit Ioſaphat. Iſtud recoli
tur, quia inter Aſa patrem ſuum &
Baaſa regem Iſrael fuerat bellũ, tñ de
hac familiaritate reprehenſus fuit per
prophetam tanquam in hoc reprehenſibilis. ij. Para. xix. Impio prę
bes auxilium, & his qui oderunt dominum amicitia iungeris. &
idcirco

idcirco iram domini merebaris C
&cæ. m ¶ Sed & reliquias
effœminatorum, qui reman
ſerãt in diebus Aſa patris ei⁹
abſtulit de terra. Qui autem di
cantur effœminati expoſitum fuit
ſuprà. xv. cap. & licet Aſa eos ab-
ſtuliſset, non tamen totaliter, ſed
iſte perfecit. n ¶ Non erat tũc
rex conſtitutus in Edom. à te
pore Dauid quo ſubiugauit ſibi il
lud regnum, & poſuit ibi vnum p̃
fectum qui reſpondebat de terra
regi Iuda. & hoc durauit vſq; poſt
tempus Ioſaphat. Sed tempore Io
ram filij ſui rebellauit Edom, & cõ
ſtituit ſibi regem, vt habetur infrâ †. 3̃. 21. ſ.
lib. iiij. ca. viij. & propter hoc de il
lo fit hîc mentio. Rex verò Ioſa- † arma LXX, & meretrices lotæ ſunt in ſanguĩe ei⁹.
phat fecerat claſſes in mari, ſed con
fractę fuerunt diuino iudicio, eò
qđ habebat familiaritatem & ſo-
cietatem cũ Ochozia rege Iſrael.
ſecundum quod habet. ij. Par. xx.
Et propter hoc noluit ſecundò aſ
ſociari cum eo in nauigio, vt habe
tur hîc in litera. o ¶ Ochozias
autem filius Achab regnare
cœperat. Hîc vltimò agitur de re
gno Ochozię regis Iſrael, vt con-
tinuetur finis iſtius libri ad princi-
pium quarti; & patet litera ex præ
dictis hoc excepto. p ¶ Anno
ſeptimodecimo Ioſaphat re-
gis Iuda. quia ſicut dictum eſt in
hoc capitu. Achab regnauit. xxij. † remoue- runt.
annis; & hîc dictum eſt, qđ Ioſa-
phat cœpit regnare anno quarto D
ipſius Achab; & ſic videtur, qđ A-
chab regnauerit vſq; ad completi-
onem anni. xviij. Ipſius Ioſaphat:
& per cõſequens filius Achab cœ
pit regnare. xix. anno Ioſaphat.
Hoc poteſt ſolui per regulas ſupe-
rius datas, ſcilicet ca. xv. quòd pri-
mus annus & vltimus, in quo A-
chab regnauit cum Ioſaphat fue-
runt imperfecti. & ideo hîc com-
putantur. Et ſi aliqua ſimilia occur
rant, de cætero ſoluantur per regu
las ſuperius datas.
*c ¶ Et linxerunt canes ſan Moraliter
guĩem eius, & habenas laue.
ſcilicet Achab, Per iſtos canes ſi-
gnantur dæmones peccatorum a-
nimas cruciantes. Cætera verò q̃
de Ioſaphat hîc ſcribuntur, com-
pleti⁹ ponũt. ij. Par. c. xvij. & xviij.
& xix. & xx. & ibi ponetur expoſi
tio myſtica, domino concedente.
¶ In capit. xxij. vbi dicitur in po-
ſtilla: Audite populi omnes. Ad-
huc enim volebat loqui prophe-
ta, ſed fuit amotus.

ADDITIO.

Hęc verba Michęę ſcilicet: Audite
populi omnes. magis propriè poſ
ſunt referri ad præterita. hoc eſt di
cere, illud quod dico regi: Si re-
uerſus fueris in pace, non eſt domi
nus locutus in me. Audite populi
omnes, quaſi diceret: ſitis omnes te
ſtes, qđ ego dico de rege: quia nõ
reuertetur in pace. & iſtum modũ
tenent prophetæ prouocando te
ſtes ad ſua dicta; ſicut Eſa. j. a. Audite cęli & auribus percipite &c. &
non eſt neceſſarium dicere, quòd propheta volebat alia loqui.

E Præuaricatus eſt. a ℂCeciditq́ Ocho. Cap. I. Domus Ochoziæ eſt ſynagoga,q̃ legalibus preceptis quaſi cancellis cœnaculi undiq́ circũdata erat.Sed ſicut Ochozias per cancellos quibus tueri debuit ruens,ægritudinem nimiam incurrit,ita & Iudæus legis cuſtodiam excedens in languorem deſperabilem peccatorum cecidit. Vbi quia dei preſidium dereliquit, ſalutis remedium non inuenit.Confugit em̃ ſicut rex impius ad falſos deos,& ideo ꝓphetico ore corripitur,& de eius morte vicina ꝑdicit̃. Ochozias Iudeorum maximè principes ſignificat,q vitijs dediti veritatẽ pſequunt̃.vñ:Miſerũt principes & Phariſei miniſtros,vt apprehẽderẽt Ieſum &c.b ℂMiſit &c.Quinquagenarius, confeſsio pœnitẽtiæ eſt, q̃ declaratur remiſsio peccatorum. Iudei ergo nolentes Chriſtum deum eſſe, nec principem pœnitentiæ, dicunt ei: Quinquaginta annos nondum habes & Abraham vidiſti? & in futuro igni incendĩtur.Terti⁹ quĩquagenari⁹. qa cõuerſus ad fidẽ trinitatis,pœnitẽtię ſacramẽtũ cognouit,indulgẽtiã meruit.

Ioh.7.c.
Ioh.8.g.

# QVARTVS REGVM
*Liber. Secundum Hebræos, Melachim ſecundus.*

## Caput I.

†vl',Defecit aũt Moab ab Iſrael

P†Ræuaricatus eſt autẽ a
Moab in Iſraël, poſt- b
quã mortu⁹ eſt Achab.
Ceciditq́ Ochozias per c
cancellos cœnaculi ſui
quod habebat in Samaria,
& ægrotauit,miſitq́ nuntios dicens d e
ad eos:Ite cõſulite Beelzebub deum Accaron,
utrum uiuere queã de infirmitate
mea hac. Angelus autem dñi locutus f
eſt ad Eliam Theſbiten, dicens: Surge
& aſcende in occurſum nuntiorũ regis
Samarię,& dices ad eos:Nunquid non g
eſt deus in Iſraël,ut eatis ad conſulendũ
Beelzebub deum Accaron? Quamob h
rem hæc dicit dñs:De lectulo ſuper quẽ
aſcendiſti non deſcẽdes,ſed morte mo- i
rieris.Et abiit Elias. Reuerſiq́ ſunt nun k
tij ad Ochoziam? Qui dixit eis:Quare
reuerſi eſtis? At illi reſpõderunt ei: Vir
occurrit nobis,& dixit ad nos:Ite & re-
uertimini ad regem qui miſit uos, & di-
cetis ei: Hæc dicit dñs: Nunquid quia
non erat deus in Iſraël, mittis ut conſu-
latur Beelzebub deus Accarõ? Idcirco
de lectulo ſuper quẽ aſcendiſti non de-
ſcendes,ſed morte morieris. Qui dixit l
eis:Cuius figuræ eſt & habitus uir q oc-
currit uobis, & locutus eſt uerba hæc?
At illi dixerunt: Vir piloſus,& zona m n
pellicea accinctus renibus. Qui ait:Eli-
as Theſbites eſt.Miſitq́ ad eum quin- o p
quagenarium principem, & quinqua-
ginta uiros qui erant ſub eo. Qui aſcen q
dit ad eum, ſedentiq́ in uertice montis
ait:Homo dei,rex †præcepit ut deſcen- r

a ¶El Syriace ſol.addita.b.bel .inde pro varietate linguarum.bel.bãl.baal.Beelzebub.

† dixit

ℂ*Poſtilla uenerabilis magiſtri Nicolai de Ly. ſuper quartum librum Regum incipit.*

CAP. I.

PReuaricatus. Poſtq́ actũ eſt tertio libro de regno biperlito tpe q̃ floruit,hîc cõſequẽter agit de ipſo tẽpore quo cadere cœpit.Et qa regnũ Iſrael prius fuit infectũ idololatria q̃ regnũ Iuda,ideo citi⁹ defecit & captiuatum fuit:& qa regnũ Iſrael deſcribitur ſub regno Iuda,ſicut dictum fuit ſuprà,iij.li.c.xij.iõ ſub regib⁹ Iuda primò deſcribitur deiectio regni Iſrael ſil' vſq́ ad regni Iſrael captiuationẽ,ſecundò deiectio regni Iuda p ſe vſque ad tranſmigrationem.xviij.c. Circa primũ ſciendum,qđ licet regnũ Iuda vſq́ ad captiuationem regni Iſrael cucurrerit ſub viij.regibus & vna regina: qa tamẽ ſub aliquib⁹ nihil fuit innouatum,ideo iſte quart⁹ liber vſq́ ad.xviij. ca.excluſiuè diuidit̃ in ſex partes,qa primò agitur quid factum ſit ſub Ioram. ſecũdò qd ſub Athalia.c.xj.tertiò quid ſub Ioas.c.xij.quartò quid ſub Amaſia c.xiij.quintò qd ſub Ozia vel Azaria & additur, quid ſub Ioathan.c.xv.ſextò quid ſub Achaz.cap.xvj.Circa primũ deſcribitur primò mors Ochoziæ, & Ioram fratris eius ſubſtitutio, ſcđò regni Ioram proſecutio.iij.c. tertiò totius domus Achab exterminatio capi. viij.Circa primũ ſciẽdum,q in deiectione vtriuſq́ regni, ſcili. Iſrl' & Iuda ſil' cucurrit ꝑuaricatio regũ:& cõtra eos exclamatio ꝓphetarũ tẽporib⁹ ſuis exiſtẽtiũ,& iõ priò deſcribit̃ hîc deſcẽſus Ochoziæ ad inferos ꝓpẽ ſuã malitiã,ſcđò aſcenſ⁹ Elię ad cælos propter virtutis conſtantiam.ij.ca.Circa primum ſil' oſtenditur malitia Ochoziæ,& conſtantia Elię,& ideo primò deſcribitur peruerſitas Ochoziæ idola conſulentis.ſecundò veritas Eliæ ex hoc mortẽ eius prædicentis, ibi:Angelus autem domini.tertiò indignatio Ochoziæ per tres principes eum capere cupientes,ibi:Qui dixit eis.q̃rtò cõſtantia Elię veritatem ſibi in facie dicentis,ibi: Locutus eſt autẽ. quintò mors Ochozię & creatio Ioram ſibi ſuccedentis,ibi: Mortu⁹ eſt ergo,Circa primũ dicitur:a ℂPræuaricatus eſt autem. Quia rex Moab per iuramentum ſe obligauerat & regnũ ſuum ad ſeruiendum regi Iſrael ſub tributo, ſed rebellauit & iuramentum fregit,quæ fractio dicitur preuaricatio. b ℂPoſtquam mortu⁹ eſt Achab &c.Achab enim fuit bellicoſus,vt patet ex ſupradictis iij.lib. &

F

Diuiſio

G iij.li.& habuit plures victorias notabiles:& iõ tẽpore ei⁹ nõ rebellauit,ſed tempore filij ſui qui erat puſillanimis. c ℂCeciditq́ Ocho.i.deambulatoria. d ℂEt ægro.quia ex caſu conquaſſatus fuit. e ℂMiſitq́ nun.de conſilio matris ſuæ Iezabel, quæ erat idolatrix peſsima: & ideo fecit eũ recurrere ad idolũ, & non ad deum.Aliqñ em̃ ĩ idolis demones dabãt reſpõſa deo permittente propter malitiam recurrẽtium ad idola:p quã demerebantur vt in ſuo errore detinerẽtur.f ℂAngelus.Hîc conſequẽter deſcribitur Eliæ conſtantia mortẽ eius prædicentis,cùm dicitur:g ℂNũquid &c.q.d.vos oſtenditis facto q credatis ibi non eſſe deum qui poſsit reſpondere vobis. h ℂQuamobrem. id eſt propter infidelitatem. i ℂMorte morieris.per diuinam ſententiam. k ℂReuerſiq́ ſunt. propter verbum Eliæ eis dictum ex parte domini. l ℂQui dixit eis. Hîc conſequenter deſcribitur obſtinatio regis volentis punire prophetam propter dei ſententiam.Primò tamen inquirit de perſona dicens:Cuius figurę & habitus eſt. Et ſequitur: m ℂVir piloſus,id eſt habens habitum hirſutum,ſicut de ſancto Iohãne baptiſta dicitur Matt.iij.qđ habebat veſtimentum de pilis camelorũ. & in hoc commendat eum ſcriptura de vilitate & aſperitate habitus. Ex q̃ etiam ſequitur, qđ nimia mollities & curioſitas eſt vitioſa.Vnde Matth.xj. H a.dicit ſaluator ad laudem Iohannis baptiſtę:Quid exiſtis ĩ deſertum videre hominem mollibus veſtitum? qđ negatiuè de Iohanne dicit̃.ideo ſubdit̃: Ecce qui mollib⁹ veſtiuntur,in domibus regum ſunt. n ℂEt zona pellicea accinctus renibus. In Heb. habetur: zona de corio.vtrum aũt illud corium eſſet piloſum vel non, de ſcriptura non habetur.o ℂMiſitq́ ad eum quinquagenarium principem,& quinquaginta qui erant ſub eo. Volebat enim qđ violenter adduceretur ſi recuſaret venire, & puniretur. q ℂQui aſcendit. Erat enim in monte vacans vitæ contemplatiuæ.r ℂHomo dei:rex precepit vt deſcendas.Cognouit autem Elias per reuelationem,qđ irri- ſoriè voca

Moraliter

Moral. a ℂPreuaricatus eſt. Sequitur: c ℂCeciditq́ Ochozias per. Cœnaculum eſt pars domus ſuperior.nam idem eſt quod ſolarium; & ideo ſignat altitudinem ſuperbiæ. Per Ochoziam autem idololatriam ſignificatur ſuperbus, qui deo repugnat,eius auferendo culturã. Igitur Ochozias cadit de cœnaculo quãdo iudicio dei ſuperbus deijcitur à ſtatu ſuo,ſecũdum illud Prouerbi.xvij.ca.Qui altam facit domum ſuam,querit ruinã. d ℂEt ęgrota.Tunc enim ſuperbus ex ſuo caſu ęgrotat,quando propter hæc contra deum murmurat. e ℂMiſitq́ nuntios dicens. Tunc enim ad conſulendum Beelzebub mittit,quando per modos illicitos,& maximè per ſortilegia & conſimilia in quibus ſunt quędã pacta cum dæmonibus inita contra ſuam infirmitatem remedium quærit. f ℂAngelus autem domini locutus eſt ad Eliã. ſcilicet ad indicandum Ochoziæ mortem ſuam propinquam. Per qđ ſignificatur obſtinati ſuperbi damnatio,quam debet denuntiare conſtãter ꝑdicator veritatis contra ſuperbos in ſua malitia obſtinatos.Per hoc autem qđ mors Ochoziæ ſibi fuit dupliciter nũtiata.ſ.per nuntios proprios,& per Eliam,ſignificat̃ duplex ſupbi dãnatio.ſ.quantũ ad corpus & animam. p ℂMiſitq́ ad &c.Per du- os primos.

A Matth.8.c. †23.q.4.c.ſi illic.&.c.ca vindicta De cōſe.diſ. 3.c.reuera in fine.

FActum eſt. CAP.II. Turbo.i.validiſsimus vent⁹ rapuit Eliā in cælū aëreū.vñ volucres cęli,vt i ſecretā quā dā terrę regionē repēte illum deponeret, vbi in magna iā carnis & ſpūs qete viueret,quouſq; in fine mūdi mortis debitū ſoluat.Currus igneus,q̄ raptus dr̄,angelicę ſunt virtutes,quarū operatiōe ſubleuatus eſt.¶Subleuatio Eliæ aſcenſionē dn̄i ſignificat.Elias in curru aſcēdit, quia hō purus adiutorio egebat alieno.Redēptor noſter non curru, qa q oīa fecerat ſup oīa ſua virtute ferebatur.In deſignatione aſcēſionis ſuæ dn̄s p̄nuntios & teſtes habuit,vnū an̄ legem,alterū ſub lege: vt qn̄q; veniret ipſe q veraciter penetraret cælos.Qui credentib⁹ quoque carnis mūditiā largiretur,& ſub eo p incrementa tēporū virt⁹ caſtitatis excreſceret.Trāſlatus nanque eſt Enoch, per coitum generans & genitus.Raptus Elias,tn̄ p coitum genitus.Aſſumptus eſt dominus p

Gen.5.c.

coitum

*Nicolaus de Lyra.*

ſoriè vocabat eū hoīem dei,& qđ cōſentane⁹ erat regi i pc̄tō idololatrię & punitione Eliæ,& ſilr illi q cū eo erāt: & ex hoc ex dei ſentētia erant puniendi.ꝓpter qđ diuinā ſententiā pronuntiauit dicens: a ¶Si hō.verè & nō irriſoriè.b ¶Deſcēdat.Hoc mō btūs Petrus mortis ſententiam ꝓnūtiauit ſuper Ananiā & vxorē ſuā,vt habetur Act.v.a.Et ſicut dictum eſt de illo qnq̄genario primo,ita dicēdū de ſecundo. Tertius verò qnq̄genarius fuit Abdias,vt dicunt doctores Hebræi & catholici,q timebat deū valde,vt hr̄.ſ. iij.li.xviij.c.&.p pt̄ hoc humiliauit ſe corā deo & Elia eius ſeruo.d ¶Locutus. Hîc cōſequēter deſcribitur cōſtātia Eliæ denūtiantis regi mortem in ſua facie,angelo eū aſſecurāte,cū dicit: e ¶Deſcēde.Præcepit autē eū deſcendere & corā rege cōparere,ne Abdias rediēs ſine ipſo à rege puniretur:& aſſecurauit eū vt cōſtanter loqueretur,ſicut patet i litera.nec tn̄ propter hoc fuit retētus vel punitus, qa ſcribitur Prouerb.xxj.a.Cor regis in manu domini:quocūq; voluerit vertet illud.& iō licet Ochozias intēderet eū punire,tn̄ à deo territus non fuit auſus mutire. f ¶Mortuus eſt.Hîc conſequenter vltimò deſcribitur mors Ochozię,& fratris ſui ſubſtitutio, quia non habebat filium. g ¶Anno ſecun. Iſtud videt̄ eſſe falſum,quia.ſ.iij.li.ca.vlt.dicitur qđ Ioſaphat regnauit.xxv.annis:& ibidē ſubditur qđ Ochozias cœpit regnare ſuper Iſrael anno.xvij.Ioſaphat regis Iuda. Et ibidem dicit̄,qđ Ochozias regnauit tm̄ duobus annis & adhuc imperfectis.Ex qbus ſequitur,ꝙ Ochozias mortuus fuit xviij.anno regni Ioſaphat:& ſic de regno Ioſaphat adhuc remanebant.vij.anni futuri.Ex hoc videtur falſum qđ dicit̄ hîc, qđ Ioram frater Ochozię & ei ſuccedēs cœpit regnare anno ſecundo Ioram filij Ioſaphat:imò per ſeptem annos cœpit regnare an̄.ſ.xviij.anno regni Ioſaphat.Ad hoc reſpondent Hebræi dicentes,qđ qa Ioſaphat fuit in periculo mortis in Ramoth Galaad,vt habetur ſuprà.iij.lib.c. vi.ideo ex tunc filium ſuum Ioram regē inſtituit, ne poſt mortem ſuā de regno inter filios ſuos eſſet contentio.& ſic fili⁹ eius octo annis regnauit cū eo,q octo anni aliquando computantur in regno patris, aliquando

*horū qnquaginta.

B

*obſecro

das.Reſpondensq; Elias,dixit quinquagenario: † Si homo dei ſum,deſcendat ignis de cælo, & deuoret te & quinquaginta tuos. Deſcendit itaque ignis de cælo,& deuorauit eum

¶Quia conuiciando dixerunt,homo dei deſcende.

& quinquaginta qui erant cum eo. Rurſumq; miſit ad eum principem quinquagenarium alterum, & quinquaginta cum eo. Qui locutus eſt illi: Homo dei, hæc dicit rex: Feſtina,deſcende. Reſpondens Elias ait: Si homo dei ego ſum,deſcēdat ignis de cælo,& deuoret te & quinquaginta tuos.Deſcēdit ergo ignis de cælo, & deuorauit illum & quinquaginta eius.Iterum miſit principē quinquagenarium tertium,& quinquaginta qui erant cum eo. Qui cùm ueniſſet,

¶Hic eſt Abdias.

a ¶Quia humiliter acceſsit.

curuauit genua cōtra Eliam,& præcatus eſt eum,& ait: Homo dei, †noli deſpicere animā meam,& animas ſeruorum tuorū* qui mecum ſunt. Ecce deſcendit ignis de cælo & deuorauit duos principes qnquagenarios primos, & quinquagenos q cum eis erant:ſed nunc obſecro ut †miſerearis animę meę.Locutus eſt autem angelus dn̄i ad Eliam, dicens: Deſcende cū eo, ne timeas. Surrexit igitur & deſcēdit cū eo ad regē,& locutus eſt ei:Hęc dicit dn̄s: Quia miſiſti nuntios ad cōſulendū Beelzebub deū Accaron,quaſi nō eſſet deus in Iſraël,à q̊ poſſes interrogare ſermonē:iō de lectulo ſuper quē aſcēdiſti nō deſcendes,ſed morte morieris. Mortu⁹ eſt

¶Vel autem.

ergo iuxta ſermonē dn̄i quē locutus eſt Elias,& regnauit Iorā frater eius pro eo: anno ſecūdo Iorā filij Ioſaphat regis Iudę.Non em̄ habebat filiū.Reliqua autē uerborū Ochoziæ quæ operatus eſt, nōne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierum regum Iſraël?

Cap. II.

FActum eſt autē cùm leuare uellet dn̄s Eliā per turbinē in cęlum, ibant Elias & Eliſeus de Galgalis. Dixitq; Elias ad Eliſeū:Sede *hîc, quia dn̄s miſit me uſque in Bethel.Cui ait Eliſeus: Viuit dn̄s & uiuit anima tua, qa non derelinquā te. Cumq; deſcendiſſent Bethel,egreſsi ſunt filij prophetarum qui erant in Bethel ad Eliſeum, & dixerunt ei: Nunquid noſti, quia hodie dominus tollet dominum tuum à te? Qui

tris,aliquando in regno filij.Et qn̄ dicitur hîc,qđ Ioram frater Ochozię cœpit regnare ſecūdo anno Ioram filij Ioſaphat, hîc accipitur annus ſecundus Ioram filij Ioſaphat,quo cœpit regnare cū patre:& ille fuit annus decimuſoctauus patris,vt habetur infrà.iij.cap. C

*os primos principes,quinq̄genarios ex mandato Ochozię ſuperbè loquentes cū Elia,ſignantur miniſtri hominis ſuperbi deſeruientes ei in ſua malitia, quos ignis cū ſuis ſocijs deuorauit.Per qđ oſtendit̄ qđ ignis gehēnę debetur miniſtris ſuperbię. c ¶Iterum miſit principem quinquagenarium tertiū,& quin. Per iſtum qui non voluntate Ochoziæ, ſed ſua propria locutus fuit humiliter cū Elia,bonus ſeruus, hominis tamen mali deſignatur.& ſic cū ſuo domino & miniſtris malis non accipit damnationem,ſed cum ſuis ſocijs ſaluatur. Moraliter

*NICO. DE LY.*

CAP. II.

† p̄tioſa ſit aīa mea corā te, & aīæ Heb.

FActum eſt.Hîc conſequēter deſcribit̄ aſcenſ⁹ Elię i cęlū.& primò deſcribitur eius translatio.ſecundò Eliſei ſubſtitutio,ibi:Eliſe⁹ autem.Prima in duas. quia primò deſcribitur Eliæ circūitus.ſecundò eius rapt⁹,ibi:Cūq; trāſiſſent.Circa primū ſciēdū,ꝙ Elias p̄ſciēs ſuā translationem poſtq; fuerat i Galgalis,qui loc⁹ eſt iuxta Iordanem.qđ patet ex hoc, qđ filij Iſrael Iordane tranſito ibi primò poſuerunt caſtra,& ibi portauerunt.xij.lapides de Iordane,vt habetur Ioſue.iiij.inde trāſijt in Bethel,& inde Iericho, & inde redijt ad Iordanem,vt patet in litera: & ſic fecit quēdam circūitū.Rō autē hui⁹ fuit, quia Galgala locus ſacer reputabatur: Tū qa filij Iſrael ibi primò poſuerūt caſtra Iordane trāſito,vt dictum eſt: Tū quia filij Iſrael ibi circūciſionem fecerunt & paſcha celebrauerunt,vt habetur Ioſue.v.In Bethel autem Iericho manebāt filij prophetarum,vt patet in litera:& iſti erant viri religioſi ſimul collegiati,vacātes orationi & contemplationi,quorum aliqui habebāt ſpiritum prophetiæ: & tales fuerunt primò congregati ſub Samuele propheta,ſicut dictum fuit ſuprà j.lib.c.x.& poſtea ſub alijs prophetis excellentib⁹:propter qđ dicebantur filij ꝓphetarum,id eſt diſcipuli eorum,ſicut dicit Rab.Sal.ſuper locum iſtum.Elias igit̄ ante translationem ſuam voluit videre loca iſta,Galgalam ꝓpter loci ſanctitatē: Bethel & Iericho propter diſcipulorum ſuorum congregationem,& quia ibi volebat dimittere Eliſeum,vt patet in textu & ex dictis patet litera vſq; ibi: i ¶Nūquid noſti, quia hodie dominus tollet dominum tuum a te?Ex quo patet qđ dictū ē ſuprà.ſ.qđ aliq eorū habebāt ſpiritū prophetiæ per quem p̄ſciebant translationem Eliæ.Qui reſpondit:

† p̄tioſa ſit aīa mea i oculis tuis. D

frater ei⁹

Et ego

Moraliter.h ¶Factum eſt autem. Allegoricè per aſcenſum Eliæ in cælum aſcenſio domini noſtri Ieſu Chriſti fuit figurata, ſicut dicit Rabani gloſſ.& interpretatio nominis ad hoc aptatur. nam Elias aſcendens dominus interpretat̄. Moraliter

 *Ecce

coitū nec generās, nec generatus. a ℭ Fiat in. Elias ſpū pphetali
E & opatione miraculorū excellēter pollebat. geminā ergo gratiam
Matt.10.c. quā Eliſeus in magiſtro uigere cognoſcebat, ſibi tribui rogauit. Vn
de patet quòd nō eſſe diſcipul⁹ ſup magiſtrū poſtulauit. ℭ Ra. Fi
ducia petēdi accepta è dño eccleſia poſtulat duplicē ſpm̄ Chriſti. &
qa remiſſione pctōrū indiget q̄ nō eguit
Chriſt⁹, & mūere ꝟtutū q̄s ex plenitudi
Ephe.4.b. ne ſua p ſpm̄ſctū tribuit Chriſt⁹, q aſcē
dēs ī altū captiuā du. cap. de do. ho. ill' vi
delicet q ſpē ſuā ī illo ponūt. Hinc eſt qꝺ
ait: b ℭ Si videris. i. ſi oculos fidei ape
rueris, & cum paſſione & reſurrectione
etiam aſcenſionem meam fideliter credi
deris, petitiōis tuæ effectum cōſequeris.
☞ Pallium

respōdit: Et ego noui: ſilete. Dixit au- a
tem Elias ad Eliſeum: Sede hîc, quia b
dominus miſit me in Iericho. Et ille
ait: Viuit dominus & uiuit anima tua,
quia non derelinquam te. Cumq́ue-
niſſent Iericho, acceſſerūt filij prophe
tarum qui erant Iericho ad Eliſeum, &
dixerunt ei: Nunquid noſti, quia ho-
die dominus tollet dn̄m tuum à te? Et
ait: Et ego noui, ſilete. Dixit autem ei
Elias: Sede hîc, quia dominus miſit me
uſq; ad Iordanem. Qui ait: Viuit do-
minus, & uiuit anima tua, quia non de
relinquam te. Ierunt igitur ambo pari
ter, & quinquaginta uiri de filiis pro-
phetarum ſecuti ſunt. Qui & ſteterūt
econtrà longè. Illi autē ambo ſtabant
ſuper Iordanem. Tulitq́; Elias palli- c
um ſuum & inuoluit illud, & percuſsit
aquas, quæ diuiſæ ſunt in utranq́; par d
tem, & tranſierunt ambo per ſiccum.
a ☞ Chriſtus caput noſtrum ad eccleſiam corpus ſuum.
Cumq́; tranſiſſent: Eliās dixit ad Eliſe e
a ☞ Petite & accipietis.
um: Poſtula quod uis ut faciam tibi,
antequam tollar à te. Dixitq́; Eliſeus:
a Obſecro, ut fiat in me duplex ſpiritus f
☞ Spiritus tui largitio.
tuus. Qui reſpondit: Rem difficilem g
b poſtulaſti. Attamē ſi uideris me quan h
do tollar à te, erit tibi quod petiſti. Si
autem non uideris, non erit. Cūq́; per- i
gerent, & incedētes ſermocinarentur,
ecce currus igneus, & equi ignei diui- k
ſerunt utrunq́;, † & aſcendit Elias per l
turbinem in cælum. Eliſeus autem ui m
debat & clamabat: † Pater mi, pater n
mi, currus Iſraël & auriga eius. Et non o
uidit eū amplius. Apprehēditq́; ueſti- p
menta ſua, & ſcidit illa in duas partes.

*Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Et ego. Ex quo patet, qꝺ Eliſe⁹
iam habebat ſpiritum prophetiæ, nō tñ
in tanta plenitudine ſicut poſtea habuit.
b ℭ Silete. Nolebat enim, q̄ de hoc in
præſentia Eliæ loquerētur: ne ab Elia &
ipſis ſil' incitaret ad remanendū ibidē, qa
volebat remanere cū magiſtro ſuo q̄n-
tū poterat. c ℭ Tulitq́; Elias. id eſt pli
cauit aptādo ipm ad percutiēdū aquas.
d ℭ Quę diuiſæ. Non per aliquam ꝟ
tutem q̄ eſſet in pallio, ſed virtute diuina
qua voluit oſtēdere meritum Eliæ: ſicut
ad declarandum merita ſanctorum ali-
quando dantur à deo ſanitates ad tactū
veſtimentorū ipſorum. e ℭ Cūq́; trāſiſ
Diuiſio ſent. Hîc conſequenter deſcribitur Eliæ
raptus, & primò deſcribitur eius amica-
bilis cōdeſcēſio, ſecundò mirabilis aſcen
ſio, ibi: Cūq́; pergerent. Primum oſten-
ditur in hoc, qꝺ obtulit ſe Eliſeo ad faci-
endum qꝺ poſſet pro eo, dicens: Poſtula
qꝺ vis & cæt. Et ſubditur Eliſei petitio:
f ℭ Obſecro vt fiat. Dicit Ra. Sa. qꝺ
petijt habere ſpiritum in dupla propor
tiōe reſpectu Eliæ. & ad hoc inducit qꝺ
F octo miracula tātū ſcribuntur facta per
Miracula Eliæ & Eliſei Eliam in hoc. iiij. libr. & iij. Primum eſt
clauſio cęli. Secūdum cōtinuatio farinę et
lecythi. Tertiū ſuſcitatio filij viduę. Quar
tū deſcēſus ignis in mōte Carmeli. Quin
tū ipetratio pluuię. Sextū deſcēſus ignis
ſup primū quīquagenariū. Septimū ſup
ſecundum. Octauum diuiſio Iordanis,
†Ecc.48.b. vt tranſirent per ſiccum. Sedecim verò
Diuiſio ſcribuntur in Eliſeo: Primum eſt Iorda-
nis diuiſio. Secundum aquarum ſanatio.
Tertium puerorum laceratio. Quartum
aquę impetratio pro trib⁹ regib⁹. Quin
tū olei multiplicatio. Sextū Sunamitis fœ
cundatio. Septimū filij ei⁹ ſuſcitatio. O-
ctauū pulmenti dulcoratio. Nonū panū
multiplicatio. Decimum Naaman lepro
ſi curatio. Vndecimum Giezi infectio. Duodecimum ferri natatio.
Decimumtertium oculorum pueri ſui apertio ad videndum eq̄s
& currus igneos ad defenſiōem ipſorum. Decimumquartum aduer
ſariorum excęcatio. Decimumquintum abūdantia victualium ino-
pinata in porta Samariæ. Sextumdecimum ſuſcitatio mortui ad ta-
ctum oſſium Eliſei. Sed iſtud dictum non videtur conueniens: primò
quia non concordat literę ſequenti, vt videbitur. Secundò quia nō
concordat rationi. Dicit em̄ ſaluator Mat. c. x. c. Nō eſt diſcipul⁹ ſup
magiſtrū, & iō p̄ſumptuoſum fuiſſet ſi Eliſeus duplā ptātē reſpectu
magiſtri ſui petiuiſſet. Nec valet illud qꝺ inducit de plurib⁹ miracu
lis, qa forſitan Elias fecit plura q̄ Eliſeus: licet nō ſint ſcripta, qa nō o-
Luc.7.e. mnia ſcribunt, ſecundū qꝺ dr̄ Ioh. vlti. Itē Iohānes baptiſta nullū mi
raculū fecit, vt dr̄ Ioh. x. & tñ de ipſo dicit ſaluator: Inter natos mulie
rū nō ſurrexit maior Iohanne baptiſta. Dicendū igit cū alijs doctori
bus noſtris, qꝺ Eliſeus non petiuit ſpiritū in dupla proportione re
Gratia duplex ſpectu Eliæ, vt ſic ei p̄ferret: ſed petiuit qꝺ duplex gratia q̄ erat in E-
lia. ſ. gratia miraculorū, & gratia pphetię q̄ ſunt grę diſtinctę, ſcdm
qꝺ dicit Apl̄s. j. Cor. xij. ī ipſo fierēt: vt ſic magiſtro ſuo aſſimilare
tur, quia ſecūdū dictum ſaluatoris, perfectus oīs erit, ſi ſit ſicut magr̄
eius.

eius. g ℭ Rem diffi. Tum quia talis gratia non poteſt dari niſi G
à deo īmedaitè: tū qa pauci pphetæ legunt vtrāq́; grām habuiſſe.
h ℭ Attamen. quod exponit Ra. Sa. ſic: Si videris me &c. idē eſt ac
ſi diceret, quādiu ſum tecū in ſtatu cōmuni hominum non poſſum
iſtud facere, ſed quando tollar hinc ad ſuperiorē ſtatum, tunc pote-
ro. Qꝺ nō eſt intelligendū effectiuè, qa
ſolus deus efficit vtranq́; gratiam, ſed
īpetratiuè. qa tūc preces Eliæ eſſent ma
gis efficaces. Iſta tñ expoſitio nō conſo
nat literæ, qa Elias in raptu ita poterat
orare pro Eliſeo, ſi non videret: eū tūc
ac ſi videret: ita qꝺ viſio Eliſei nihil vi
debatur facere ad hoc qꝺ preces Eliæ
eſſent efficaciores pro eo: & tñ dicit E-
lias: Si videris me qn̄ tollar à te, erit: ſi āt
nō videris, nō erit. & iō aliter dicendū.
Spiritus enim ſanctus prout vult, tan-
git corda prophetarum, & ideo aliqn̄
reuelat aliquod futurum perfectius, ali-
quando minus perfectè, aliquando cō
ditionaliter, & aliquando abſolutè: ſi-
cut infrà ca. xiij. dixit Eliſeus regi Ioas:
Percute iaculo terram. Reuelatum em̄
erat Eliſeo, qꝺ toties percuteret Syri-
am quoties percuteret iaculo terram,
vt patet ex litera ſequēti ibidem. nō tñ
erat ſibi reuelatum, qꝺ eſſet percuſſu-
rus terrā tribus vicibus tm̄. Et ſic fuit
in propoſito vt videt. Fuit em̄ reuela-
tū Eliæ, qꝺ ſi Eliſeus eū videret in raptu
eius petitio impleretur: aliter non, tñ
nō fuit ſibi reuelatum, qꝺ eſſet eū viſu
rus pro tūc. i ℭ Cūq́;. Hîc cōſequen-
ter ponit aſcēſio mirabilis ipſius Eliæ,
cū dr̄: Cūq́; perge. Elias enim infor-
mabat Eliſeū de vnctione duorum re-
gū. ſ. Iehu & Hazael ad puniendum i-
dololatras, & conſolatione propheta- H
rum & aliorū fidelium. k ℭ Ecce cur
rus. Iſta fuerunt formata virtute diui-
na, vel angelica: ad oſtendendum qꝺ
Elias non aſcēdebat in cęlum virtute p
pria ſicut Chriſtus, in cuius aſcenſione
nō apparuit aliquis currus. l ℭ Et
aſcen. non ſydereum vel empyreum,
ſed aëreum tantùm: vt Elias per aërem
portaretur ad locum diſtantem, ſicut
Abacuk per angelum fuit portatus de
Iudæa in Chaldęam. Locus autem ad
quem deportatus fuit Elias ſecundum
doctores catholicos & Hebręos, eſt pa
radiſus terreſtris, vbi Enoc ante fuerat †. j. 13. c.
translatus & inde circa finem mundi
ambo proceſſuri ſunt ad prædican-
dum contra perfidiam Antichriſti.
m ℭ Eliſeus autem videbat &
clamabat. Alia translatio. Hîc conſe-
quenter deſcribit Eliſei ſubſtitutio, &
primò ſubſtituit, ſecundò ſuſpicio contra eum tollitur, ibi: Et veniē
tes. tertiò aquę corruptio pellitur, ibi: Dixeruntq́;. quartò iniuſta de
riſio punitur, ibi: Aſcendit aūt. Circa primū dr̄: Eliſeus &c. & per
hoc patet eius punitio adimpleta ſecundum qꝺ dixerat ſibi Elias.
n ℭ Pater mi. Ex hoc patet qꝺ dictum eſt ſuprà. ſ. qꝺ diſcipuli p
phetarū dicebantur eorum filij. o ℭ Currus. Currus enim ſup-
portat, & auriga dirigit, ſic Elias populum Iſrael ſupportauerat, de
fectus ſupplendo, ſicut patet ſuprà. iij. lib. c. xviij. in impetratiōe plu
uiæ periclitāti populo Iſrael. Similiter ipſum reduxit ad verā fidem
vnius dei per impetrationem ignis ſup holocauſtum ſuū, ad declara
tionem veræ deitatis: propter qꝺ tunc clamauit populus: Domin⁹
ipſe eſt deus. In Hebręo habetur: Currus Iſrael & militia eius, id eſt
potentior ad defenſionem Iſrael quam militia cum curribus bellicis
ſecundum quod exponit Ra. Sa. p ℭ Apprehenditq́; veſti-
menta ſua, &c. eò q̄ non poterat amplius magiſtro ſuo aſſociari.
Et leuauit
Moraliter ✱ k ℭ Ecce currus igneus & equi ignei diui, per quos ſi-
gnificantur angeli ſancti, q præſtiterunt obſequium ī aſcenſiōe Chri-
ſti. Nā in tali ſpecie venerunt in auxilium Eliſei, vt hr̄ infrà. vj. capi.
✱ Requieuit

A a ℭ Palliū. Ra. Incarnatio eſt per quā Lœti fluuiū dirupit: nobiſq; tranſitū ad vitā pręparauit. hoc Eliſeus poſt trāſitū Eliæ retinuit, q̄a fidē incarnationis eccleſia poſt aſcēſionē Chriſti reſeruauit: per quā pręſentis vitę fluctus trāſire ſatagit. ſed ſicut Eliſe⁹ nō niſi inuocato nomine Elię aquas diuiſit, ita eccleſia niſi p̄ inuocationē nōis Chriſti virtutes vllas facere nō pōt. de⁹ eſt em̄ q operat̄ in nobis & velle & perficere. b ℭ Mittite in. Iſid. Sal. i. ſapiētia in vaſe fictili. i. corpore humano poſita aquas ſanat. i. populos dulcedine dilectionis & bonorū operū per Chriſti incarnationē fœcundat. c ℭ Aſcendit aut. Iſid. Eliſeus ſalus dei. Is eſt qui ſaluator vocatur. cui illudūt Iudęi, quia in Caluarię loco aſcenſur⁹ erat in crucē, ſed Chriſtus poſtq; aſcēdit in cælos, ſicut Eliſeus aſcendit in Bethel. i. in domū dei quadrageſimoſecūdo anno, immiſit duos vrſos de ſyluis gētiū, Veſpaſianū ſcilicet & Titū, qui eos crudeli ſtrage deiecerunt, ibiq; ſanguis eorum effuſus eſt vbi dominum ſuſpenderunt.

Phil. 2. b.

† quę ℞ dominus

a Et leuauit palliū Eliæ quod cecide a
rat ei. Reuerſuſq; ſtetit ſuper ripā
Iordanis, & pallio Eliæ quod ceci
derat ei pcuſſit aquas † & non ſunt b
diuiſę. Et dixit: Vbi eſt * deus Elię c
etiam nunc? Percuſſitq; aquas &
diuiſę ſunt huc atq; illuc, & tranſiit
Eliſeus. Videntes autem filij pro
phetarū qui erant in Iericho econ
trà, dixerūt: Requieuit ſpiritus E d
liæ ſuper Eliſeum. Et uenientes in e
occurſum eius, adorauerunt eum f
proni in terrā. Dixeruntq; illi: Ec
ce cum ſeruis tuis ſunt quinquagin
ta uiri fortes, q poſſunt ire, & quę g
rere dn̄m tuū, ne fortè tulerit eum
ſpiritus dn̄i, & proiecerit eum in u
num montium, aut in unam ualli
um. Qui ait: Nolite mittere. Coe h i
geruntq; eū † donec acquieſceret,
& diceret: Mittite. Et miſerunt qn
quaginta uiros. Qui cùm quæſiſ
ſent tribus diebus nō inuenerunt,
& reuerſi ſunt ad eum. At ille habi
tabat in Iericho, & dixit eis: Num
quid non dixi uobis: nolite mitte
re? Dixerūt quoq; uiri ciuitatis ad k
Eliſeum. Ecce habitatio ciuitatis l
¶ Iericho.
huius optima eſt, ſicut tuipſe dn̄e
¶ Vel pro.
perſpicis, ſed aquę peſſimę ſunt & m
terra † ſterilis. At ille ait: Afferte mi
b hi uas nouū, & mittite in illud ſal.
† Quod cùm attuliſſent, egreſſus n
ad fontem aquarū, miſit in illum
¶ Verbum caro factum eſt,
ſal, & ait: Hæc dicit dominus; Sa
naui aquas has, & non erit ultrà in
eis mors, neq; † ſterilitas. Sanatæ o p
ergo ſunt aquę uſq; ad diem hanc,
iuxta uerbum Eliſei quod locutus
c eſt. Aſcendit autem inde Eliſeus in q
Bethel. Cumq; aſcenderet per uiā r
pueri parui egreſſi ſunt de ciuitate, s
& illudebant ei, dicentes: Aſcende
calue, aſcende calue. Qui cū reſpe
xiſſet, uidit eos: & maledixit eis in
nomine dn̄i. Egreſſiq; ſunt duo ur t
ſi de ſaltu, & lacerauerunt ex eis
quadragintaduos pueros. Abiit au
tem inde in montem Carmeli,
& inde reuerſus eſt in Samariam.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Et le. Non à caſu cecidit: ſed ex diuina ordinatione, vt Eliſeus ipſo operiretur, in ſignum q̄ ſpiritus Elię requieſcebat ſuper eum, & q̄ erat ſubſtitutus loco eius. Vnde & in ſua vocatiōe Elias poſuit pallium ſuum ſuper eum, vt habetur. 3. iij. lib. b ℭ Percuſſit. qd̄ à deo factū eſt, vt non nimis eleuaretur de aſſecutione ſpirit⁹ Elię. c ℭ Vbi eſt. Nunc ad hanc exclamationem diuiſę ſunt aquę, vt oſtenderetur, q̄ non proprijs meritis aſſecutus fuerat gratiam prophetandi & miracula faciendi, ſed ex diuina liberalitate, & meritis Elie. d ℭ Dixerunt. Hoc cognouerunt per ſignum prædictum. e ℭ Et ve. Hîc conſequenter tollitur ſuſpicio quę poſſet haberi contra Eliſeum, præmittitur tamen reuerentia ſibi facta à filijs prophetarum, cùm dicitur: f ℭ Adorauerūt eum. Adoratione dulię tanq; ſuperiorem ſuum, eò q̄ eſſet ſubſtitutus loco Elię, ſub cuius regimine vixerant, vt ſuprà dictum eſt. g ℭ Qui poſſunt ire & q̄re. Aliâs enim acciderat, q̄ Elias ſic de loco ad locū tranſportatus fuerat, ſicut dictum eſt. 3. iij. li. xviij. ca. h ℭ Qui ait: Noli. Sciebat enim ipſum tranſlatum abſq; reditu vſq; prope finem mundi. i ℭ Coegeruntq; eum. ne ipſi ſuſpicarentur ipſum nolle reditum Elię, vt ſic remaneret ſuperior omnibus alijs prophetis. k ℭ Dixerūt quoq;. Hîc conſequenter deſcribitur ſanatio aquę, cùm dicitur: l ℭ Ecce habitatio ciuitatis. Sed huic videtur contradicere qd̄ ſequitur: m ℭ Sed aquæ peſſimę ſunt & terra ſte. Ad qd̄ dicit Rab. Salomo, quod ſitus ciuitatis erat optimus pro prophetis, quia erat aptus cōtemplationi, nec terra erat ſterilis de ſe, ſed ex malitia aquę, vnde debebat irrigari: & ideo non indigebant niſi aquæ ſanatione. n ℭ Egreſſus ad fontem aquarum miſit in illum ſal, & ait: Hæc dicit dominus: Sanaui aquas has & cæte. vt miraculum eſſet euidentius, quia appoſitio ſalis non meliorat aquas de natura ſua, ſed magis peiorat. Ex quo patet, quòd hæc ſanatio aquæ fuit facta diuina virtute quę poteſt agere contra curſum naturæ. o ℭ Et non erit in eis vltra mors & cæt. quia factę fuerunt potabiles & ſanæ. p ℭ Neq; ſterilitas. Sanatæ ergo ſunt aquę vſq; ad diem hanc, iuxta verbum Eliſei quod locutus. q̄a poſtea non cauſabunt ſterilitatem terræ, ſed fertilitatem. q ℭ Aſcendit autē. Hîc conſequenter ponitur deriſio iniuſta, cùm dicitur: Aſcendit autem inde Eliſeus in Bethel. Ad viſitandum congregationem prophetarum ibidē C manentium, qd̄ erat opus valde bonum, & commendatiōe dignū, & non deriſione. r ℭ Cumq; aſcend. Quia locus erat excelſus. s ℭ Pueri par. Edocti ad hoc & incitati à ſuis parentibus idololatris, vt ſubſannarēt prophetam domini, & ideo maledixit eis vt parentes eorum in ipſis punirentur: & vt malitiam parentum amplius non imitarentur. Sciebat enim deo reuelante mortem eorum citò euenire poſt ſuam maledictionem, quam protulit ex ſententia diuinę iuſtitię. ℭ Myſticè exponendo Eliſeus aſcendens in Bethel, ſignificat Ieſum Chriſtum aſcendentem in crucē, quem deriſerunt Iudęi ſecundum textum euangelij, propter cuius vltionem venerunt poſtea duo vrſi in Iudęam, ſ. Titus & Veſpaſianus, qui deſtruxerunt locum & occiderunt gentem. xlij. anno poſt paſsionem domini in vindictam improperij ſibi facti.

* d ℭ Requieuit. per qd̄ ſignificatur deſcenſus ſpiritusſancti ſuper apoſtolos aliosq; diſcipulos poſt aſcenſionem dn̄i. qui ſpiritus dicitur duplex. ſ. miraculorū, & prophetię. nam vterq; fuit in apoſtolis, vt patet in Actibus apoſtolorum & eorū legēdis. ℭ Moraliter aūt p̄ Eliā in cælū aſcendentem, vir contemplatiuus ſignificatur. & interpretatio nominis conſonat. quia ſicut dictum eſt Elias aſcendens dn̄s interp̄tatur. Et bene dicit̄, aſcendens dn̄s: quia nullus poteſt aſcendere p̄ cōtemplationem in deum, niſi fuerit dominus ſenſibilium paſſionum. ℭ Gregorius in moralibus: Qui contemplationis arcem tenere deſiderant, prius neceſſe eſt vt in campo actionis ſe p̄ exercitium probent. Quod quidem exercitium conſiſtit in actibus moralium virtutum. Per hoc autem, q̄ Elias in igneo curru aſcendit, ſignificatur q̄ ad culmen contemplationis plus facit dilectionis feruor, q̄ ſplendor cognitionis. Vnde dicit commentator ſuper ca. cæleſtis hierarchię: Vbi ſcientia foris ſtat, dilectio intrat. Per hoc autem q̄ aſcendit in cælum per turbinem, ſignificatur q̄ omnis contemplatio vitæ pręſentis quantuncunq; ſit eleuata, tn̄ habet obſcuritatem annexam. Per hoc autem q̄ ſpiritus Elię requieuit ſuper Eliſeum, ſignificatur q̄ bona doctrina magiſtri redūdat in bonum diſcipulum. n ℭ Egreſſus ad. Per aquas intelligitur doctrina Prou. xviij. a. Aqua profunda verba ex ore viri. Sed amaræ dicuntur, qn̄ falſitas admiſcet̄, qd̄ cōmuniter in doctrinis philoſophicis inuenit̄, ſed ſanant̄ per immiſsionē ſalis, qd̄ fit qn̄ per bonā diſcretionē falſa ſeparant̄ à veris, & ſic ſunt potabiles filijs prophetarum, per quos ſignificant̄ ſtudioſi ſanctarum ſcripturarum. q ℭ Aſcendit. Sicut dictū eſt. 3. frequenter in expoſitiōe ſacræ ſcripturæ, & maximè myſtica, fit tranſitus de capite ad membra, & etiam econuerſo. propter qd̄ ſicut ſuprà per Eliſeū ſignificati ſunt Chriſti diſcipuli, ſic per eum hîc poteſt Chriſtus ſignificari. igitur per aſcēſum Eliſei in Bethel, quę domus dei interpretat̄ aſcenſus Chriſti in crucē ſignificat̄. nā ſancta crux porta cæli nominatur. s ℭ Pueri par. per quos ſignificati fuerunt ſacerdotes, ſcribę & Phariſei, q dicuntur parui pueri propter defectum verę innocentię, exeūtes de ciuitate Ieruſalem ad locum vbi crucifixus fuit Chriſtus illudebant ei, vt habet̄ Mar. xv. c. t ℭ Egreſſiq;. per quos ſignificati fuerūt Titus & Veſpaſianus, qui venerunt ad occidendum principes Iudęorum & populum captiuandum in vindictā vituperij Chriſto ab eis illati. Qd̄ fuit impletū āno. xlij. poſt paſsionē Chriſti: & hîc numerus annorū ſignificat⁹ fuit p̄ numerū puerorū laceratorum à duobus vrſis.

Myſticè

~ & nō ſunt diuiſę. Ne-i veteribus quidē hæc leguntur.

Moraliter

† donec puderet eum

B

† orbās ſub. habitatores ſuos

† De cōſ. di. 3. c. aquam,

† orbans, i. non inferēs mortē vltra

D

E Ioram uero fi. &c. ſequit: a ℭ Rex Cap. III. Iſrael. Rab. Tres reges contra Moab bellantes, rectores ſunt fidelium, qui per trinitatis fidem contra mũdi principem & populũ, i. philoſophos hęreticos, ſchiſmaticos atq; oẽs iniquos armis ſpũalibus cõfligũt. Moab interp̃tat̃ de patre. illis cõuenit ad quos dñs dixit: Vos ex patre diabolo eſtis. Hi aduerſantur eccleſię, minis, pſecutiõibus, & dolo: ſed p Chriſtũ qui caput eſt Chriſtianorũ, effugantur.

Ioh.8.f.

☞ Facite alue

## NICO. DE LY.

### Cap. III.

Ioram uerò filius Achab regnauit ſuper Iſraël in Samaria, anno decimooctauo Ioſaphat regis Iudæ. Regnauitq; duodecim annis, & fecit malum coram domino, ſed non ſicut pater ſuus & mater. Tulit enim ſtatuas Baal quas fecerat pater eius. Verũtamen in peccatis Ieroboam filij Nabat qui peccare fecit Iſraël adhæſit, nec receſsit ab eis. Porrò Meſa rex Moab nutriebat pecora multa, & ſoluebat regi Iſraël centum milia agnorum, & centum milia arietum cum uelleribus ſuis. Cumq; mortuus fuiſſet Achab, †præuaricatus eſt fœdus, quod habebat cum rege Iſraël. Egreſſus eſt igitur rex Ioram in die illa de Samaria, & receſſit uniuerſum Iſraël, miſitq; ad Ioſaphat regem Iuda, dicẽs: Rex Moab receſsit à me, †ueni mecum contra eum ad prælium. Qui reſpõdit: Aſcendam. † Qui meus eſt, tuus eſt, populus meus, populus tuus, & equi mei, equi tui. Dixitq;: Per quam uiam aſcendemus? At ille reſpondit: Per deſertum Idumææ. Perrexerunt igitur rex Iſraël & rex Iuda & rex Edom, & circuierũt per uiam ſeptem dierum. Nec erat aqua exercitui & iumẽtis quæ ſequebantur eos. Dixitq; rex Iſraël: Heu, heu, heu, congregauit nos dominus tres reges, ut traderet in manu Moab. Et ait Ioſaphat: Eſt ne hîc propheta domini, ut †deprecemur dominũ per eum? Et reſpondit unus de ſeruis regis Iſraël: Eſt hîc Eliſeus filius Saphat, qui fundebat aquam ſuper manus Eliæ. Et ait Ioſaphat: Eſt apud eum ſermo domini. Deſcenditq; ad eum rex Iſraël & Ioſaphat rex Iuda & rex Edom. Dixit autem Eliſeus ad regem Iſraël: Quid mihi & tibi eſt? Vade ad prophetas patris tui & matris tuæ. Et ait illi rex Iſrael: † Quare congregauit dominus tres reges hos, ut traderet eos in man⁹ Moab? Dixitq; ad eum Eliſeus: † Viuit dominus exercituum, in cuius conſpectu ſto, quòd ſi non uultum Ioſaphat regis Iudæ †erubeſcerẽ, non attendiſſem quidem te, nec reſpexiſſem. Nunc autem adducite mihi pſaltem. † Cúmque caneret pſaltes, facta eſt ſuper eum ma-

### CAP. III.

Diuiſio

Iorã. Superius poſita eſt regis Iorã filij Achab inſtitutio, hîc ponit̃ regni ſui pſecutio, & q̃a ſcriptura ſimul narrat facta regũ & prophetarũ eis cõtẽporaneorũ, Eliſe⁹ autẽ fuit huic Iorã cõtẽporane⁹, & ideo primò deſcribit̃ pſecutio ſui regni. Scd'ò magnalia Eliſei, ibi: Et ait Ioſaphat. Pria in duas, quia primò deſcribit̃ dicti regiminis cõditio, ſcd'ò regis Moab rebellio ibi: Porrò Meſa rex Moab. Circa primũ p̃mittit̃ tp̃s in quo incepit regnare, cũm dr̃: b ℭ Anno. frater em̃ ſu⁹ Ochozias cœpit regnare anno. xvij. regni Ioſaphat, vt dictũ fuit. ſ. iij. li. ca. vi. & regnauit duob⁹ annis incõpletè tñ: & ſic Iorã q̃ ſucceſsit Ochozię, cœpit regnare in. xviij. anno regni Ioſaphat: tñ fili⁹ eius iã añ cœpit regnare cũ eo, vt dictũ fuit ibi dẽ. c ℭ Et fe. q̃ introduxerãt cultũ idoli Baal, & iſte amouit: ſed in cultu vitulorum quos fecerat Ieroboam remanſit. d ℭ Porro. Hîc cõſequenter deſcribit̃ regis Moab rebellio, q̃ facta fuit ſub Ochozia mortuo Achab p̃re ſuo, ſicut habet̃. ſ. j. ca. Sed hîc repetit̃, eò q̃ Iorã frater Ochozię voluit eũ iterũ ſub tributo redigere, & hoc virtute armorũ. Et ideo priò deſcribit̃ belli appat⁹. Scd'ò aq̃ defectus, ibi: Perrexit igit̃. Circa p̃mũ dicit̃: Porro. q̃a terra illa eſt multũ paſcualis. e ℭ Et ſo. p modũ tributi. f ℭ Cẽtũ. ita q̃ ſi adducerentur agni vel arietes tõſi nõ erant receptibiles. g ℭ Cumq;. quia Ochozias erat puſillanimis & languidus p pte tp̃is ex caſu de cœnaculo ſuo. h ℭ Egreſſus. ad congregandum exercitus cõtra regẽ Moab. Et patet litera vſq; ibi: k ℭ Per de. Tum quia rex Edom erat cum eo in eodem exercitu: tum quia dñs voluit, vt ibi paterent̃ aquę defectũ, & ſic neceſſe haberẽt recurrere ad Eliſeum. l ℭ Perrexerunt ig. Hîc conſequenter ponit̃ aquę defectus. m ℭ Rex Edõ. Iſte nõ erat pprìe loquendo rex, ſed quidam p̃fectus ſub rege Iuda, vt magis patebit. i. viij. cap̃ſo. n ℭ Nec. vt neceſſe haberent recurrere ad Eliſeum. o ℭ Congregauit. i. congregare permiſit. p ℭ Et ait. Hîc incipit ſcriptura deſcribere magnalia Eliſei. Et priò q̃tũ ad id qđ fecit ad cõſolationem fidelium. Secundò q̃tũ ad conuerſionem infidelium: ca. v. Circa primum ponitur primò miraculum factũ ad conſolationem regis Iudę. Secundò mulieris viduę in prin. quarti ca. Tertiò Sunamitis deuotę, ibi: Facta eſt ergo dies quędam. Quartò congregationis famelicę, ibi: Erat autem fames. Circa primum Eliſeus primò requiritur. Secundò ab eo abundantia aquæ ſimul cum victoria prędicitur, ibi: Nunc autem. Circa primum dicitur: Et ait Io. Qui erat fide-

lis & deuotus. q ℭ Eſt ne hîc. tanquam per familiarem ſibi & amicum, ad ſupplendum noſtrum defectum. r ℭ Eſt hic Eliſeus. Hoc exponitur communiter de effuſione aquæ per modũ miniſterij in ablutione manuum, quia Eliſeus fuerat Elię diſcipulus, & loco eius ſubſtitutus, vt patet ex ſupradictis pręce. ca. Aliter autem exponit Ra. Sa. de ſpeciali fuſione aquę à caſu ſuper manus Elię in monte Carmeli, q̃ñ faciebat aquã effundi ſuper ſacrificiũ: & tũc ex digitis Elię fluxerũt aq̃ abundanter quaſi ex fontibus fœcundis: ſicut dictum fuit. ſ. iij. li. ca. xviij. & ideo hoc factum hîc repetitur, quaſi diceret: iſte eſt aptiſſimus ad ſupplendum nobis aquæ defectum, quia iam antè cũm à caſu ſunderet aquam ſuper manus Elię, aquæ fuerũt multiplicatę miraculoſè. s ℭ Vade ad. ſcilicet Iezabel, quę paſcebat prophetas Baal, vt habetur. ſ. iij. libr. xviij. t ℭ Quare congregauit dominus tres. id eſt permiſit congregari. v ℭ Vt traderet eos in ma. q. d. de facili poterit nos capere, niſi habeamus beneficium aquę. x ℭ Si non vultum Ioſa. re. Iu. eru. denegando ſibi petitionẽ ſuam cũm ſit fidelis & deuotus. y ℭ Nõ attendiſſem quidem. Quia ſcriptũ eſt Pſ. xiiij. b. de viro perfecto: Ad nihilum deductus eſt in conſpectu eius malignus, timentes autem dominum glorificat. z ℭ Nunc. Hîc conſequenter Eliſeus prædicit eis abundantiam aquæ & victoriam, pręmittitur tamen ad hoc diſpoſitio, cùm dicitur: a ℭ Adduci te mihi pſaltem &cæ. Dicit hîc Ra. Sa. q̃

† defecit à

† 3. Re. 22. a

† ſicut ego ſic tu.

F

† ingram⁹

† Nequaq̃ ſed

†honorarẽ

†nũc venies

G

Moraliter H

Moraliter. a ℭ Ioram ve. In hoc ca. agitur de bello trium regum. ſ. regis Iſrael, regis Iuda, & regis Edom contra Moabitas. Moab autem interpretatur ex patre, propter quod p Moabitas poſſunt intelligi peccatores, quibus dicitur Iohan. viij. f. Vos ex patre diabolo eſtis. Contra iſtos pugnauerunt tres reges, ſ. beatus Auguſtinus, beatus Dominicus, & beatus Franciſcus, eorum vitia fortiter impugnando, & adhuc impugnant per filios ſuos, & impugnabunt domino concedente. Dicuntur autem tres p̃dicti ſancti reges, non ſolũ quia ſunt in cælis coronati, ſed quoniam adhuc viuẽtes in terris domauerunt motus ſenſualitatis. Greg. in moralibus: Sacrę ſcripturæ teſtimonio ſancti viri reges nominantur, quia cunctis motibus carnis p̃lati, non conſentiendo ſuccumbere, ſed ſuperando bene pręeſſe nouerũt. i ℭ Per quam viam aſcendemus? Tres enim ſancti prędicti vita p̃ñti ad pugnãdum virilius contra peccatores proceſſerunt, per viam deſerti pœnitentiæ & obſeruantię regularis. n ℭ Nec e. per iſtum defectum aquę ſignificatur defectus temporalis ſubſtantię, quę fluens eſt ad modum aquę. Exercitus autem p̃dictorum regum, i. filij eorum aliq̃ñ patiuntur defectum temporalium: pter qđ neceſſe habent recurrere ad Eliſeum qui interpretatur, dei mei ſalus propter quod ſignat dominum noſtrum Ieſum Chriſtũ, q̃ p̃dictis religioſis ad ſe deuotè recurrẽtibus ſufficienter prouidit de bonis temporalibus, & etiam prouidebit, dum tamen faciant debitum, ſicut dicit Mat. vj. d. Primum quęrite regnum dei & iuſtitiam eius, & hęc omnia adijcientur vobis. Et ſic poterunt de Moabitis ſpiritualibus triumphare.

† 3. Re. 17. a & 18. c.

† 1. Re. 16. d

A

a ¶ Facite. Ra. Propheta pplō ſiti fatigato per miraculū cōſuluit, & ꝓphetię dicta cōſilium pbent fidelibus, qualiter ſpirituali doctrina animum reficiant. ¶ Ra. Foſſam in alueo torrentis facit, qui ꝓfunda myſteria in ſcripturis quęrit. Quę abſq; pluuia & vento aqua replent. quia ſępe abſq; humano ſolatio ſapientiam confert ſuis inueſtigatoribus potētia diuina. Vñ Iohannes dicit: Non neceſſe habetis vt aliquis vos doceat, ſed ſicut vnctio eius docet vos de omnibus &c. Vnde: Bibent homines & iumenta, i. doctrinam accipient ingenioſi & ſimplices. b ¶ Parūq;. Rab. Non enim ſufficit ſeruis dei, abdita myſteria ſcire; quinetiam debent ea alijs prędicare, & contradicentes redarguere: quibus promiſſa eſt certa de hoſte victoria, vt percutiant omnem ciuitatem.
c ¶ Ciuitatem. Ra. Ciuitas, ſecularis eſt prudentia, in qua philoſophi & hęretici cōfidunt. hęc p pdicatores ſubuertitur.
d ¶ Lignum. Ra. Non qđ facit fructū ſed mortiferum qđ ſecuturo examine ſuccisum, pabulum fiet ignis ęterni. Fontes aquarum obturant, cū hæreſiarchæ cum ſuis ſequacibus per catholicos damnant. Agri egregij lapidibus operiuntur, cùm venuſtas locutionis hereticę & philoſophicę anathematis pondere obruit. Remanent tm̄ muri fictiles, i. falſę rationes, q̄ à fundibularijs, i. ſanctis prædicatoribus ad nihilum rediguntur. ¶ Rab. Ita philoſophi verbum crucis ſtultitiam exiſtimantes, derident paſsionē Chriſti, & eccleſiæ martyrium dementiam exiſtimant.

† torrētem hunc foſſas foſſas. i. plenum foueis inſtar ciſternarum.

1. Ioh. 2. d
Ione. 3. d.

† ſup aquas

B

nus domini, & ait: Hæc dicit dominus: Facite † alueo torrentis huius, foſſas & foſſas. Hæc enim dicit dominus: Non uidebitis uentum neq; pluuiam, & † alueus iſte replebitur aquis, & bibetis uos & † familię ueſtrę & iumenta ueſtra. † Parumq; eſt hoc in conſpectu domini: inſuper tradet etiam Moab in manus ueſtras, & percutietis omnem ciuitatem munitam, & omnem urbem electam: & uniuerſum lignum fructiferum ſuccidetis, cunctóſque fontes aquarum obturabitis, & omnem agrum egregium operietis lapidibus. Factum eſt igitur mane, quando ſacrificium offerri ſolet, & ecce aquæ ueniebant per uiam Edom, & repleta eſt terra aquis. Vniuerſi autem Moabitæ audientes, quòd aſcendiſſent reges ut pugnarent aduerſum eos, conuocauerunt omnes qui accincti erāt † baltheo déſuper, & ſteterunt in terminis. Primóque manè ſurgentes, & orto iam ſole, † ex aduerſo aquarū: uiderunt Moabitæ econtra aquas rubras quaſi ſanguinem. Dixerūntque: Sanguis gladij eſt. Pugnauerunt reges contra ſe, & cæſi ſunt mutuò. Nunc perge ad prędam Moab. Perrexeruntq; in caſtra Iſraël. Porrò conſurgens Iſraël percuſsit Moab. At illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui uicerant & percuſſerunt Moab, & ciuitates deſtruxerunt, & omnem agrum optimum: mittentes ſinguli lapides & repleuerunt, & uniuerſos fontes aquarum obturauerunt, & omnia ligna fructifera ſucciderūt, † ita ut muri tantùm fictiles remanerent. Et circundata eſt ciuitas à fundibulariis, † & magna ex parte percuſsa. Quod cùm uidiſſet rex Moab, pręualuiſſe ſcilicet hoſtes, tulit ſecum ſeptingentos uiros educentes gladios, ut irrumperent ad regem Edom, & non potuerunt. Arripienſq; filium ſuum primogenitum qui regnaturus erat pro eo, obtulit holocauſtum ſuper murum, & facta eſt indignatio magna in Iſraël. Statímque receſſerunt ab eo, & reuerſi ſunt in terram ſuam.

*Nicolaus de Lyra.*

Ra. Sa. q̄ ſpirit⁹ prophetię receſſerat ab eo, eò q̄ exaſperatus fuerat contra regem Iſrael. Sed hoc non videtur rationabiliter dictum, quia illud proceſsit ex zelo dei. Et ideo aliter dicendum. ſ. q̄ ſpiritus prophetię non ſemper tangit corda prophetarum. Vnde capitulo ſequenti dicit Eliſeus de Sunamite: Aīa eius in amaritudine eſt, & dn̄s celauit à me. Ad hoc aūt q̄ ſpiritus tangat cor prophetę facit eleuatio mentis per deuotionem. Ad quod iuuat melodia ad hoc ordinata. Sunt enim aliquę melodię, quę mouent ad pietatem & fletum, quibus vtebantur antiquitus in planctu mortuorum, & aliquæ quæ mouent ad audaciam, ſic tubę quibus vtūtur in bellis, & aliquæ ad deuotionem q̄bus vtendum eſt in diuinis officijs: quia laudes diuinæ cantabantur inſtrumentis muſicis, & talem reqſiuit Eliſeus. a ¶ Facite alueum. id eſt foueas magnas in pluribus locis, vt aqua poſsit ibi colligi & remanere ſicut in ciſternis. Videbat enim propheta pluuiam magnam valde futuram de propinquo, in loco tamen ab eis diſtanti, & abundantiam aquę per alueū deſiccatum deſcendere. Ideo ſubditur: Non videbitis. prædixit etiam victoriam, dicens: Inſuper tradet etiam. Sequitur: b ¶ Et vni. Videtur qđ dixerit contra legem Deute. xx. vbi in obſidione ciuitatis prohibentur abſcindi ligna fructifera regionis illius. Ad hoc reſpondent doctores communiter, q̄. ſ. in illa prohibitione tunc fuit à deo diſpenſatum propter malitiam populi Moab. Poteſt tamen dici & melius, vt videtur ſcđm intentionem textus, q̄ illa prohibitio facta fuit de arborib⁹ fructiferis, quę erant intra terminos filiorū Iſrael, vt patet ibidem. Et hoc fuit prohibitum, ne regio quam habituri erant, vaſtaretur. Terra verò Moab non erat huius conditionis; imò de illa dixit dominus filijs Iſrael, q̄ non daret eis quicq̄, vt habetur Deute. ij. Cetera patent vſq; ibi: c ¶ Et ſic. vt non permitterent aduerſarios ingredi regionem ſuam, & quia ibi erāt loca anguſta & difficilia ad tranſeūdum: & ideo ibi melius poterant aduerſarios impedire. d ¶ Viderunt. Talis enim apparentia fiebat in aquis ex reuerberatione ſolis quę à longe videbantur. Vel forſitā miraculo factum eſt hoc, vt Moabitę feſtinarent ad ſpolia, & ſic deordinarent ſe, & eſſent faciles ad debellandum. Cętera patent vſq; ibi: e ¶ Vt muri. Dicit Ra. Sa. q̄ omnes muros lapideos deſtruxerūt vt lapides proijcerent ſuper campos fructiferos prout eis dixerat Eliſeus. f ¶ Et circundata. i. à viris ponentibus machinas in circuitu ad proiciendum lapides magnos. g ¶ Vt irrumperent. Quia ex illa parte obſidio erat debilior. h ¶ Arripienſq;. Qđ exponitur communiter ſic, quia vidit q̄ via humana nō poterat reſiſtere; ideo voluit ſe ad diuinū auxilium conuertere, ad immolandū primogenitum ſuum. i ¶ Et fac. eſt. Ex cōpaſsione enim reputauerunt indignū vltrà obſidere regem in tanta afflictiōe poſitum. Sed hęc expoſitio non videtur rationabilis. Primò, quia illa immolatio nō erat ad dei placationem, ſed magis ad offenſionem, etiam dato q̄ ſibi fieret. quia occidere innocentem eſt contra pręceptum diuinum, niſi hoc eſſet ex ſpeciali & expreſſo dei pręcepto, cui omnis homo quantuncunq; innocens eſt mortis debitor. propter qđ Abraham hoc modo voluit immolare filium ſuum, vt habeť Gen. ca. xxij. Iſte autem rex Moab nō habuit tale pręceptū: erat etiam idololatra. Secundò, quia filij Iſrael quęrebant mortem regis Moab & populi ſui: & ideo nō eſt veriſimile, q̄ recederent ab obſidione propter immolationem primogeniti ſui: ſed q̄ magis remanerent, quia illa immolatio fuit ſignum, q̄ non poterant diu tenere ciuitatem; & hoc prouocat ad remanendum in obſidione magis q̄ ad recedendum. Propter qđ aliter exponit Ra. Sa. literam prędictam, dicēs, q̄ rex Moab requiſiuit à ſapientibus ſuis quod eſſet meritum, propter qđ deus Iſrael tanta fecerat pro illo populo & faciebat. Et reſpōderunt q̄ hoc erat propter meritum Abrahę patris ipſorum, qui filium ſuum Iſaac voluit immolare deo Iſrael. qđ audiens rex Moab cepit filium ſuū primogenitū, & immolauit eū deo ſuo. ſ. ſoli, quē ꝓ deo colebat. Et facta. In Hebręo habetur: Ira ſuper Iſrael ſcilicet ipſius dei offenſi contra filios Iſrael, eò q̄ tunc fuerunt recordatę iniquitates eorum coram deo p angelum qui pręerat Moabitis: videlicet q̄ ipſi tanta mala vel peiora fecerant immolando filios ſuos & filias ſuas dęmonibus, vt habetur Pſ. ciij. propter qđ tunc in vindictam huius mali cecidit peſtilentia & mortalitas in exercitu Iſrael: & ſic fuerunt compulſi recedere ab obſidione ꝓpter pctā ſua pterita. Sile aūt huius habeť Da. x. vbi dr̄, q̄ angel⁹ q pẽrat Perſis, reſtitit angelo q pẽrat Iudęis: & īpediuit liberationē captiuitatis Iudęorū ad tps, q̄rēdo & ꝓcurādū bonū Perſarū qb⁹ pẽrat. vt ibi plen⁹ expoſitū ē.

1.4.d.

Melodiarū diuerſitas animum alterat

† & pcuſſerunt eam

C

† torrens

† greges vrī

† Leueq;

† cingulo

D

† vel donec dimitterent lapides ei⁹ i piere Hareſeth. i. totū dirruerunt q̄ fuerat extra vrbē Hareſeth, vrbē magnā inť vrbes Moab, & nihil pter murū illi⁹ reliq̄rūt

¶ In quarto li. Reg. in ca. iij. vbi dr̄ in poſtil. Arripiēſq; filium ſuū primogenitū. qđ exponiť ſic &c. Aliter exponit Ra. Sa. literam prędictam, dicens, q̄ rex Moab requiſiuit à ſapientibus &c.

*ADDITIO*

Hęc expoſitio Ra. Sa. nō vr̄ rationabilis. Tum quia nō videť indignatio dei ſuper Iſrael rationabiliter cauſari ex peccato aduerſariorum licet ipſi Iſra-

E licet ipſi Iſraelitę magis offendiſſent. Nõ em̃ videt rationabile, vt peccatum alicuius aggrauet ex eo ꝙ alius in eodem genere peccati minꝰ peccet. Tũ quia hĩc nõ fit aliqua mẽtio de angelo Moabitarũ, ſicut ĩ Daniele. Tũ quia nec ipſe angelus habuiſſet ratiõe impugnãdi Iſraelitas ex pc̃tõ Moabitarũ. Et ideo melius diceret, ꝙ rex Moabitarũ quęrens à ſacerdotibꝰ ſuis, qđ eſſet meritũ Iſraelitarum ꝓpter qđ deus eorũ tanta feciſſet ꝓ eis: Ad qđ ipſi rñderunt: ꝙ ppl's Iſrael colebat deos Moloch, & hoc cum tãta deuotiõe & affectiõe, ꝙ etiã filios ſuos eis offerrent & in igne immolarent. Iuxta illud Pſ. allegati. ſ. Immolauerunt filios ſuos &c. Et ideo rex audiens hoc immolauit
Pſa.105.f. filium ſuum. Ex quo rationabiliter indignatio dei fuit ſuper pplm Iſrael, eò ꝙ peccata eorum p̃bebant exẽplum pnitioſum & occaſionem, vt etiã alię gentes grauiter peccarẽt, quę quidem expoſitio magis cõſonat rationi. Veriſimile em̃ eſt ꝙ ſacerdotes Moabitę magis cõmendarent pplm Iſrael de cultu deorũ q̃ de cultu dei. Primò, qa hoc erat magis cõforme ritui gentiũ. Scđò qa in eodẽ tpe iam ppl's Iſrael receſſerat à cultu dei. Tertiò, qa magis referendũ erat meritum Iſraelitarũ ad hoc qđ principaliter exercebant, q̃ ad immolationẽ Iſaac, q̃ tot tpibꝰ retroactis fuit facta. & fortè nunq̃ venerat ad Moabitarum notitiam, qui hiſtorias ſacras non habebant.

*REPLICA.* In ca. iij. quarti libri regũ vbi poſtil. adducit Ra. Sa, exponentẽ indignationẽ dei cõtra Iſrael propter factum regis Moab qui immolauit filium ſuum. Burgen. autem non videtur expoſitio Ra. Sa. rationabilis: ideo dicit aliter, ꝙ ſacerdotes Moab quęſiti à rege de merito filiorũ Iſrael, G
rñderunt ꝙ colluerunt Moloch, & ei filios ſuos immolauerunt, & ſic prauo exẽplo motꝰ rex immolauit filium ſuum, vnde deus indignabatur Iſraeli. Sed illud Burg. dictum videtur irrationabile. Sciebant enim ſapientes gentium, ꝙ ex receſſu à deo Iſrael & cultu idolorum Iudęis non poterant prouenire proſpera, ſed potius aduerſa: prout Balach de conſilio Balaam practicauit cum filijs Iſrael, de qua practica habetur Num. xxij. Sapientes igitur Moabitarum hãc practicam ſcientes non poterant allegare Iudęorum idololatriam pro merito, ſed potius pro demerito: de quo rex Moab non quęſiuit quo merito filij Iſrael tanta bona à deo receperint. Ad qđ benedicit Ra. Sa. ſapientes reſpondiſſe, ꝙ merito patris Abraham, qui filium ſuum immolauit. vnde ad inſtar Abrahę rex ille volens habere ſimilem à deo ſuo fortunam, immolauit filium ſuum. ſed offenſus deus propter crudelitatem illam, quia innocentem occidit, & nõ deo, ſed idolo immolauit, nec ad mãdatũ dei, ſicut Abrahã: ideo potius debuit ei cedere ad demeritum, quia non ad inſtar exempli Abrahę factum. ſed angelꝰ Moabitarũ reſtitit, quia exemplum virtuoſum Abrahę in exẽplum pernitioſum cõuertit, allegãs corã deo, ꝙ filij Iſrael immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dęmonijs. & ſic fuit ex quadam (vt ita dicam) rememoratione dei contra Iſrael indignatio. Et nõ valet ꝙ Bur. obijcit, qa de illo angelo nõ ſcribit. Eſt em̃ argumentum vuicklef, ab autoritate negatiua, ſicut nec ſcribitur ꝙ rex conſulerit ſacerdotes: & tamen in hoc concordat cum Ra. Salo. Cętera Burgen. argumenta ſolubilia ſunt faciliter.

*GLOS. ORD.*

CAP. IIII.

MVlier. Sancta eccleſia duorũ pplorũ. i. Iudaici & Gẽtilis ẽ mater, q̃ priꝰ ex pverſo ope cõſentiẽdo callidi ſpiritꝰ pſuaſiõi quaſi quẽdã
F pc̃ti nũmũ à creditore acceperat, & duos quos ĩ fide genuit amittere filios timebat, ſed ꝓphetæ verbis. i. ſacrę ſcripturę p̃ceptis obediẽs, ex paruo qđ habebat olei vacua vaſa infu-
† vas olei dit, qa dũ ab vniꝰ ore doctoris parũ qd de amore diuinitatis multorũ vacuę mẽtes hauriũt, exuberante gr̃a vnguentorum diuini amoris vſq; ad ſummũ replent. & iã nũc multorũ corda q̃ priꝰ fuerãt vacua vaſcula vnguẽto ſpiritꝰ plena ſunt, q̃ ex paucitate olei ſolũmodo infuſa videbant. Qđ dũ alijs atq; alijs dat & ab auditoribꝰ fides accipit, erepta mulier. i. ſancta eccleſia ſub creditoris ſui iã debito nõ tenet. Mulier quę ꝓphetã hoſpitio ſuſcepit originẽ inſinuat ppli Iſraelitici, quę fuit ĩ patriarchis. Vñ ſicut iſta Eliſeum ꝓphetã: ita & illa dominum prophetarum hoſpitio ſuſcepit. Nam Abraham & Sara tres viros ſuſcepit & pauit.
Gen.18.a.

Creuit aũt

Cap. IIII.

[a] MVlier autẽ quædam de uxoribus prophetarum clamabat ad Eliſeum, dicens: Seruus tuus uir meus mortuus eſt, & tu noſti quia ſeruus tuus fuit timens dominum. Et [b] ecce creditor uenit ut tollat duos [c] filios meos ad ſeruiendũ ſibi. Cui dixit Eliſeꝰ. Quid uis ut faciã tibi? Dic mihi: Quid habes in domo tua? At illa dixit: Non habeo ancilla tua quicquã in domo mea, niſi †parum olei quo ungar. Cui ait: Vade, [d] & pete mutuò ab omnibus uicinis tuis uaſa uacua nõ pauca, & ingredere & claude oſtium tuum, cùm in- [e] trinſecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia uaſa hæc, & cùm plena fuerint tolles. Iuit itaq; mulier & clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper filios ſuos. Illi offerebant uaſa, & illa infundebat. Cumq; plena fuiſſent uaſa, dixit ad filium ſuum: Affer mihi adhuc uas. Et ille reſpondit: Non habeo. Stetitque oleum. Venit aũt illa, & indicauit homini dei. Et ille: [f] Vade, inquit, uende oleum, & redde creditori tuo. Tu autem & filij tui uiuite de reliquo. Fa- [g] cta eſt autem quædam dies & tranſibat Eliſeus [h]

*NICO. DE LY.*

CAP. IIII.

MVlier. Hĩc cõſequẽter ponit miraculũ factũ ꝑ Eliſeũ ad cõſolationẽ viduę, cũ dr̃: a ¶ Mulier. ſcđm doctores Hebraicos & Latinos iſta mulier fuit vxor Abdię, q ad paſcendũ ꝓphetas tpe ꝑſecutiõis Iezabel, vt habet. iij. li. xviij. cõtraxit debita. b ¶ Et ecc. Dicit Ra. Sa. ꝙ iſte creditor fuit Iorã, q viuẽte adhuc patre ſuo Achab accõmodauit Abdię ad vſurã. Cętera patẽt vſq; ibi: d ¶ Niſi pa. i. reficiar aliquantulũ ad pulmentu cõdimentũ. e ¶ Ingredere. Cũ enim fiunt miracula ad cõfirmationẽ multitudinis in fide, vel eiꝰ cõſolationẽ, fiunt in palã: cũ autem ad conſolationẽ ſingularis ꝑſonæ, fiunt cõiter magis ſecretè. Et hoc modo ſaluator noſter filiã Archiſynagogi ſuſcitauit à morte, & non permiſit ibi aliquem intrare niſi Petrum & Iohannem, & patrem & matrem puellę, vt habetur Mar. v. Et hoc modo fecit in hoc loco Eliſeus. Cętera patent vſq; ibi: f ¶ Venit au. Ad regratiandum ſibi, ne ingrata videretur, & ad quęrendum conſilium, qd faceret

*Nicolaus de Lyra.*

faceret de illo oleo: quia nolebat agere niſi ſcđm diſpoſitionẽ Eliſei. g ¶ Facta. Hĩc cõſequẽter ponitur miraculum factum ꝑ Eliſeum ad cõſolationem Sunamitidis deuotẽ. & ꝑmò mirabiliter fœcundat. ſecundò mirabilius eius filius ſuſcitat, ibi: Et egreſſa. Circa primũ dr̃: h ¶ Trãſibat. In Hebręo habet per Sunẽ שׁונם. Erat a. id eſt potẽs diues & deuota. Dicit Ra. Sal. ꝙ hec mulier fuit ſoror Abiſac vxoris Dauid, ſed hoc patet falſum, qa poſt mortẽ Dauid Salomõ regnauit. xl. annis: Roboam xvij. Abia tribus: & Aſa. xlj. Ioſaphat. xviij. añ regnũ Iorã regis Iſrael: cui Eliſeus fuit cõtemporaneus. & ſic iſta mulier ſi fuiſſet ſoror
Diuiſio
H

Moraliter. a ¶ Mulier a. Dicunt expoſitores aliqui, ꝙ hęc mulier vidua ſignat eccl'iã, & eiꝰ duo filij ſignant duos populos. ſ. Gentiles & Iudęos in Chriſto tñ regeneratos. ſed q̃liter huius mulieris vir qui eſt Chriſtus, poſsit cõueniẽter dici mortuꝰ ꝓut exprimit in textu, nõ apparet mihi. qa Ro. vj. b. dr̃: Chriſtꝰ reſurgẽs à mortuis iã nõ morit, mors illi vltrà non dñabit. Propter qđ mihi videtur dicendũ, ꝙ hęc mulier vidua ſignificat eccleſiam particularẽ bono paſtore viduatã, & quia tali tpe ſolet magis illiꝰ eccleſiæ perſecutor inſurgere. ideo ſubdit: b ¶ Ecce. i. tyrannus perſecutor. c ¶ Vt t. i. filios eccleſię vult indebitè ſubijcere ſeruituti. & dicunt iſti duo filij ꝓpter geminã charitatem. ſ. dei & proximi, quam habere debent eccleſię filij. & in tali caſu Chriſtꝰ ꝑ Eliſeũ ſignificatus. vt. ſ. dictũ eſt eccleſiã cõſolat, oleũ gratię ſuę multiplicando, ꝑ qđ viuit cũ filijs ſuis vita gratię, & pacem habet temporalẽ cũ perſecutore Prou. xvj. b. Cũ placuerint dño vię hominis, inimicos quoq; eiꝰ cõuertet ad pacem. ¶ Aliter ꝑ creditorẽ põt intelligi diabolus, qui defuncto bono paſtore ſolet gregẽ grauiꝰ inuadere. Vñ diſcipuli beati Martini dicebãt ad eũ: Inuadũt em̃ gregẽ tuũ lupi rapaces, & qs nos à morſibꝰ eorũ mortuo paſtore ꝓhibebit? Quęrit igit iſte creditor poſt mortẽ boni paſtoris ſui filios eccl'ię ſuę ſubijcere ſeruituti ꝑ pc̃tm̃ mortale. ſed Chriſtꝰ ꝑ Eliſeũ ſignificatꝰ p̃cibus eccleſię clamantis ad ipſum, dat abundanter gratię ſuę oleum, quo filij ſui liberantur à ſeruitute diaboli, & ipſa cum filijs in ſtatu gratiæ nutritur. g ¶ Facta eſt autem quędam dies, & trã. Per Sunamitidẽ q̃ mortificata interpre
Moraliter

A a ℭ Creuit.Ra.Sic ppl's Iſraelitic⁹ poſtq̃ i AEgypto excreuit,& ꝑ Moyſen in deſertum eductus dñi vocē audierat,qñ lumine ſciētię debuit illuſtrari, mox aīo ad idololatriā rcurrēs mortu⁹ eſt. b ℭ Et ille. Rab. Dū dñs ꝑ Moyſen legē dedit q̃ſi ꝑ puerū virgā miſit.ſed puer ꝑ virgā.i.terrorē legis mortuū ſuſcitare non valuit,qa lex neminē ad pfectū ducit.Ipſe ꝑ ſe veniens ſup cadauer ſternitur: qa cū in forma dei eſſet,ſemetipſum exinaniuit, formā ſerui accipiēs.huc & illuc deambulabat,qa & Iudęos & gētes ad ęterna ꝑ fidē vocat.Sup mortuū ſepties inſpirat,qa ꝑ apſionē diuini muneris gratiā ſeptiformis ſpiritus in peccati morte iacentibus aſpirat. Moxq̃ is quem terroris virga ſuſcitare non potuit , per amoris ſpiritum puer ad vitam redijt.

Heb.7.c

Phil.2.a.

† Equidem filium

☞ Filij prophetarum

per Sunam ciuitatem. Erat autē ibi mulier magna, quæ tenuit eum ut comederet panem. Cumq́ frequenter inde tranſiret,diuertebat ad eam, ut comederet panem. Quæ dixit ad uirum ſuum: Animaduerto quòd uir dei ſanctus eſt iſte,qui tranſit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum,& menſam,& ſellam, & candelabrum:ut cùm uenerit ad nos,maneat ibi. Facta eſt igitur dies quædam, & ueniens diuertit in cœnaculum,& requieuit ibi. Dixitq́ ad Giezi puerum ſuum: Voca Sunamitidem iſtā. Qui cùm uocaſſet eam,& illa ſtetiſſet coram eo,dixit ad puerum ſuum:Loquere ad eam: Ecce ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis, quid uis ut faciam tibi? Nunquid habes negotium,& uis ut loquar regi ſiue principi militiæ? Quæ reſpōdit: † In medio populi mei habito. & ait: Quid ergo uult,ut faciam ei? Dixitq́ Giezi: Ne quæras: † Filium enim non habet,& uir eius ſenex eſt. Præcepit itaq́ ut uocaret eā. Quæ cùm uocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium, dixit ad eam:

a ☞ Similia dominus ad Abraham,tempore iſto habebit Sara filium.

† Gen.18.b

† In tempòre iſto,& † in hac eadem hora, ſi uita comes fuerit,habebis in utero filium. At illa reſpondit: Noli quęſo domine mi uir dei,noli mentiri ancillæ tuæ. Et concepit mulier & peperit filium in tempore † & in hora eadem,qua dixerat Eliſeus. Creuit autem puer. Et cùm eſſet quædam dies,& egreſſus iſſet ad patrem ſuum ad meſſores,ait patri ſuo: Caput meum doleo, caput meum doleo. At ille dixit puero: Tolle,& duc eum ad matrē ſuam. Qui cùm tuliſſet & adduxiſſet eum ad matrem ſuam, poſuit eum illa ſuper genua ſua uſq́ ad meridiem & mortuus eſt. Aſcendit autem & collocauit eum ſuper lectulum hominis dei,& clauſit oſtium & egreſſa uocauit uirum ſuum,& ait: Mitte mecum obſecro unum de pueris & aſinam,ut excurram uſq́ ad hominem dei,& reuertar. Qui ait illi: Quam ob cauſam uadis ad eum? Hodie non ſunt calendæ neq́ ſabbathum. Quæ reſpondit: † Vadam. Strauitq́ aſinam & præcepit puero: Mina & ꝓpera, ne mihi moram facias in eundo: † & hoc age quod pręcipio tibi. Profecta eſt igitur & uenit ad uirum dei in montem Carmeli. Cumq́ uidiſſet eā uir dei ęcontrà, ait ad Giezi puerum ſuum: Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum eius, & dic ei: Rectè ne agitur circa te & circa uirum tuum,& circa filium tuū? Quæ reſpondis: Rectè. Cumq́ ueniſſet ad uirum dei in monte, apprehendit pedes eius. Et acceſsit Giezi ut amoueret eam. Et ait homo dei: Dimitte illam, anima eius in amaritudine eſt: & dominus celauit à me,& non indicauit mihi. Quæ dixit illi: Nunquid petiui filium à domino meo? Nunquid non dixi tibi,ne illudas me? Et ille ait ad Giezi: Accinge lumbos tuos,& tolle baculū meū in manu tua,& uade. Si occurrerit tibi hō,nō ſalutes eū,& ſi ſalutauerit te quiſpiam,non reſpōdeas illi,& pones baculum meū ſuꝑ faciē pueri. Porrò mater pueri ait: Viuit dñs & ui

† ipſo, ipſa viuente qd⁹

† Pax.i.oīa bñ habent.

† niſi dixero tibi.

† id eſt ſum cōtēta meis rebus,nihil eſt mihi negotii i aulis quietè ſatis inter vicinos ago.

† viuēte te amplexaberis filium

*Nicolaus de Lyra.*

fuiſſet ſoror Abiſac,qñ cōcepit iā fuiſſet ad min⁹.cxx.annorū.Et ſi dicať, q̄ miraculoſè cōcepit,nō valet:qa q̄ nō habuerat filiū,hoc ſolū fuit,ꝓpter ſenectutē viri ſui quā allegauit Giezi,& nō mľieris. a ℭ Quęte.i.inſtāter inuitauit. b ℭ Vt co.i.accipet cōpetētē refectionē,qa noīe panis ītelligiť oīs cibus vt frequenter dictum eſt. c ℭ Animaduert.Dicit Ra.Sa.q̄ hoc percepit eò q̄ nulla muſca vel alia immunditia ſuꝑ menſam ei⁹ reſidebat. Facia. Sequitur: e ℭ Vt cū.i. decenter accipiať,ſicut decet virū ſanctū recipe. Cętera patent vſq́ ibi: f ℭ Nunquid. Habebāt eñ Eliſeū in reuerētia,eò q̄ ſuccurrerāt exercitui Iſrľin aq̄ penuria,vt dictum eſt ca. præce. g ℭ Quę re.i.ita vallata ſum amicis meis, q̄ nullus infert mihi moleſtiā:& ſic nō habeo negotiū ad regē vel militię principē. h ℭ Et ait.ſ.Eliſeus Giezi famulo ſuo.ꝓpť qd⁹ rñdit giezi dicēs: i ℭ Ne q̃.q.d.hoc eſſet fruſtra.Cui⁹ cā ſubdiť cū diciť: k ℭ Filiū.qui poſsit ei in bonis ſuccedere. l ℭ Et vir ei⁹. Ita q̄ eſt impotēs de cętero ad generandū. m ℭ In tē.In Hebręo habeť ſic:In tpe iſto ſicut eſt tp̄s vitę amplexaberis filiū.i.anno reuoluto viues ſana ſicut nunc:& amplexaberis filiū iā natū.ſcd'm qd⁹ exponit Ra. Sa. n ℭ Noli men.Hebręi dicūt: Noli deficere ancillę tuę.Verbum enim Hebraicū qd⁹ ponitur hîc eſt ęquiuocū ad mētiri & deficere.Et eſt ſenſus ſcd'm Ra.Sa.Si impetrares mihi filiū citò moriturum,nō eſſet mihi materia gaudij, ſed mœroris: & ideo rogo vt non deficiat verbū tuum,ſic q̄ filius mihi donādus nō moriať,ſed viuat. Cętera patent vſq́ ibi: o ℭ Collocauit.ſperans q̄ per eius ꝓces ſuſcitaretur,

B

retur,quia petiuerat ab eo filiū victurum. p ℭ Et clauſit. Ne puer mortuus inueniretur & ſepelireť ante aduentū Eliſei. q ℭ Et egreſſa.Hîc conſequenter fili⁹ Sunamitidis ſuſcitatur ad preces ipſi⁹. r ℭ Quā ob cauſam vadis ad eum. Ignorabat eñ mortem pueri. s ℭ Hodie nō ſunt calendę.Hoc dixit,qa in illis diebus feſtiuis hoīes frequentius ibant ad ꝓphetas ad audiendū v̄bū dei. Cętera patent vſq́ ibi: t ℭ Quę re.In hoc q̄ videť mentita fuiſſe non oportet eā excuſari. Vel poteſt dici,q̄ ſic locuta eſt in ſpe reſurrectionis filij ſui ꝑ Eliſeū,q̄ fuit materia maioris gaudij q̃: cōceptio vel parturitio. v ℭ Et acceſsit. Eliſeus enim non erat aſſuetus ꝑmittere,q̄ mulier tangeret ipſum. x ℭ Dimitte.vt non ſolùm per preces Eliſei,ſed etiā per lachrymas matris impetraretur reſurrectio filij. y ℭ Et dominus.quia ſpiritus ſanct⁹ nō ſemper tangit corda prophetarum, neq́ de omnibus. z ℭ Nunquid petiui fil. q.d.ſicut proprio motu mihi filium impetraſti,ita debes eius reſurrectionem impetrare,vt verbum tuū ſit ſtabile. a ℭ Accinge.id eſt diſpone te ad currendum velociter & expeditè. b ℭ Si occur.id eſt non cōmiſceas cum eo verba te ab itinere impedientia.Et per talem modum loquitur ſaluator diſcipulis ad prędicandum miſſis,Luc.x.a.Neminem per viā ſalutaueritis,Giezi. Sequiť:

C

D

Et non erat

Kcata interꝑtať,ꝑſona religioſa ſignificať,q̄ mortua mundo dicitur.Hęc autem recipit in hoſpitio ſuę mentis Chriſtum per Eliſeū ſignificatū,ſed vt maneat ibi iugiter,debet ei facere cœnaculū.i.ſolariū,per qd⁹ ſignificatur ſupernorum meditatio, Phil.iij.d.Noſtra aūt conuerſatio in cælis eſt. Et lectum in quo dormiat,per quē intelligiť pacifica conuerſatio.Pſ.iiij. b. In pace in idipſum:dor.& re. d ℭ Et ſel.Per quam intelligitur ſtabilitas mentis in bono. Et mēſam. Per quā intelligiť ſcripturę ſacrę lectio. Et cande.per qd⁹ intelligitur exēplaris conuerſatio,Matt.v.b. Sic luceat lux veſtra corā hominib⁹,vt videant opa veſtra &c. In tali verò loco manet Chriſt⁹ ꝑ dilectionē,Ioh.xiiij. Si qs diligit me,ſermo.meū ſeruabit & pater meus dili.eū:& ad eū ve.&c.Huic aūt perſonę dať à deo filius.i.bonus diſcipulus q tamen aliquando diabolo inſtigante per pctm̄ moritur,ſed ꝑ ꝓces boni magiſtri qui ꝑ matrē hîc ſignificatur,eò q̄ aluit diſcipulum ſicut mater,& per compaſſionem Chriſti per Eliſeum ſignificati,ad vitam gratiæ reuocatur.

Erat autem

a ☞ ¶ Filij .i. pdicatorũ q̃ ambulant in E lege dñi,& ſcrutant̃ teſtimonia eius,in pñ tia ſaluatoris ſemp viuũt. b ¶ Cõcidit. Qui lr̃ę legis intẽtus vel philoſophię ſtudioſus amaritudinẽ de lege vel mortiferũ de philoſophis ſumẽs inter-
† attentio miſcet ❦itati euãgelicę,& in olla cordis coquẽs tale pulmẽtũ,hoc eſt documentũ p̃pat auditorib⁹ ſuis. Dicit em̃
2.Cor.3.b Apl̃s:Lr̃a occi.ſpi.aũt viuificat. Et,Pru
Roma.8.a dẽtia carnis mors eſt:prudẽtia aũt ſpũs vita.hoc ſentiẽtes fideles,mortẽ .i. olla clamãt. Sed farina .i. olla mittit̃,cũ ſcia
†3.Re.17.d ſpũalis in tale cõdimẽtũ intromittit̃,vt
Act.20.c excluſa amaritudine paſt⁹ fiat ſalubris. ç ¶ Vir au. Ra. Vir iſte coct⁹ eſt patrũ q de Baal Saliſa eſt,qa ternarium in cõfeſſiõe trinitatꝫ ſeruat. Baal Saliſa em̃ tertiũ hñs interpretat̃. Hic vir viro dei panes p̃mitiarũ offert,cũ redẽptori gr̃a ei⁹ iſpirat⁹ offert libro; de origine creaturarũ cõpoſitos, Offert frumẽtũ nouum in pera,cũ nouũ teſtm̃ in euãgelij & apl'orũ ſcriptis ꝓfert. Iubet Eliſę⁹ nr̃ miniſtris .i. p̃dicatorib⁹ vt hęc fidelib⁹ diſpẽſent,& de theſauro ſuo ꝓferãt no
Mat.13.g. ua & vetera.qđ myſteriũ in euãgelio legim⁹ in fractiõe .v. & .vij. panum,vbi
†Luc.7.c ſatiatis turbis collegerũt .xij. cophinos ſiue .vij. ſportas fragmẽtorũ,qa nullus
Ioh.6.b. ſacra ſcripturę p oia capit qn ſibi ſatia
Mat.15.d. to ſupererit iuxta verbum domini.

## GLO S. ORD. CA .V.

NAamã. Gẽtiles ſignificat virtute bellorũ principatũ gerẽtes,ac rerum decore fruentes. Vñ Naamã decus ſiue cõmotio eorũ iterp̃tat̃:vir fortis & diues,ſed leproſus,qa q̃uis p potẽtiã regni ac rerum abũdantiã dñari videretur:tñ per errorem idololatrię lepra fœdus apparuit. ☞ Porrò

## *Nicolaus de Lyra.*

F a ¶ Et non. Dicit Ra. Sa. ꝙ hoc
† vel ſylueſtres fuit ꝓpter demeritũ Giezi,q nõ ſeruauit p̃ceptũ Eliſęi:ſed occurrẽtibus ſibi
† viris hoibus iactanter dicebat ſe miſſum ad ſuſcitandũ mortuum. Expoſitores aũt nr̃i dicũt,ꝙ hoc fuit ad deſignandũ ꝙ lex vetus q̃ p baculũ deſignat̃:nõ cõferebat gr̃am viuificãtẽ:ſed hoc facit verbũ incarnatũ,qđ ſignificabat̃ p extẽſionem Eliſęi ſup puerum.vñ dr̄ Ioh. j. b. Lex p Moyſen data eſt,gr̃a & ❦itas per Ieſũ Chriſtũ. b ¶ Poſuitq̃. hoc fecit ad oſtendũ magnũ deſideriũ ad pueri ſuſcitationẽ,vel ꝓpter cãm myſticã iã dictã vel poti⁹ ꝓpter vtrũq̃. c ¶ Voca. Non vocat eã ꝓprio noie,ad oſtẽ
†ſpicas viri dendũ ꝙ habebat cũ ea tantã familiari
des plenas tatẽ,ꝙ petiuiſſet ei⁹ ꝓprium nomen.
in veſte d ¶ Erat. Hic conſequenter ponit̃ miraculũ ad cõſolationẽ cõgregatiõis famelicę. Et primò ponit̃ duplex miraculũ. Secundũ ponitur ibi:Vir quidã. Primũ miraculũ eſt de pulmenti dulcoratiõe,cui⁹ p̃paratio ponit̃,cũ dicit̃: e ¶ Coque .i. diſcipulorũ eorũ qui viuebant religioſè,vt dictum eſt,ſ̃ .ij. ca. f ¶ Collegit. quę ſunt valde amarę,& ſunt quaſi cucurbitę ſylueſtres,& folia eius herbę habent quandã ſimilitudinem cum folijs vitis. g ¶ Neſciebat. Id eſt ꝙ eſſent talis amaritudinis. i ¶ Afferte. nõ ꝙ haberet ex ſe virtutẽ dulcorãdi,ſed hoc factum eſt meritis Eliſęi. k ¶ Vir au. Hic ponitur ſcđm miraculũ de muliplicatiõe panũ,cùm dicitur:Vir au. Duę ſunt dictiones

uit anima tua non dimittam te. †Surrexit ergo & ſecutus eſt eam:Giezi autem præceſſerat ante eos,& poſuerat baculum ſuper faciẽ pueri,& non erat uox ne a
que† ſenſus. Reuerſusq́ eſt in occurſum eius & nuntiauit ei,dicens:Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſæ⁹ domum, & ecce puer mortuus iacebat in lectulo eius. Ingreſſusq́ clauſit oſtium ſuper ſe & ſuper puerũ,& orauit ad dominum. †Et aſcendit & incubuit ſuper puerum,
poſuitq́ os ſuum ſuper os eius, & ocu- b
los ſuper oculos eius,& manus ſuas ſuper manus eius,& incuruauit ſe ſuper eum,& calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus,deambulauit in domo ſemel huc atq́ illuc:& aſcendit & incubuit ſuper eum,& oſcitauit puer ſepties,aperuitq́ oculos. Et ille uocauit Giezi,& dixit ei:
Voca Sunamitidẽ hanc. Quę uocata in c
greſſa eſt ad eũ,qui ait:Tolle filium tuum. †Venit illa & corruit ad pedes eius, & adorauit ſuper terrã. Tulitq́ filium ſuum & egreſſa eſt. Et Eliſeus reuerſus eſt

a ¶ Non vtiq́ panis ſed audiendi verbum dei.

in Galgala. Erat autẽ fam^a^es in terra, & d
a filij prophetarũ habitabant coram eo. Dixitq́ uni de pueris ſuis:Pone ollã grã
dem,& coque pulmentũ filiis propheta e
rum. Et egreſſus eſt unus in agrũ,ut colligeret herbas agreſtes,inuenitq́ quaſi ui

a ¶ Id eſt cucurbitas agreſtes, minores illis quæ in hortis naſcuntur:& ſunt am̃a riſsimæ.

tem ſylueſtrẽ:& collegit ex ea colocyn- f
tidas †agri,& impleuit palliũ ſuũ,& re
b uerſus concidit in ollã pulmenti. Neſcie g
bat enim quid eſſet. Infuderunt ergo †ſociis ut comederent. Cumq́ guſtaſſent de
coctione,exclamauerunt dicẽtes:Mors h
in olla,uir dei. Et non pôtuerunt come
dere. At ille:Afferte,inquit,farinã. Cũq́ i
tuliſſent,miſit in ollã & ait:Infunde turbæ ut comedant. Et non fuit amplius
c quicquã amaritudinis in olla. Vir autẽ k
quidã uenit de Baal Saliſa,deferens uiro l
dei panes primitiarũ,& uigĩti panes hor m
deaceos,& †frumentũ nouũ in pera ſua. n
At ille dixit:Da populo,ut comedat. Re o
ſponditq́ ei miniſter eius:Quantum eſt p
hoc,ut apponam coram centum uiris? Rurſum ille ait:Da populo,ut comedat. Hæc enim dicit dñs:Comedent &
ſupererit. Poſuit itaq́ coram eis:Qui q
comederunt,& ſuperfluit iuxta uerbum domini.

## Cap. V

d NAaman princeps militiæ regis Syriæ erat uir magnus apud dominũ ſuum, & honoratus,

ctiones in Hebręo. & Baal vt hîc acci- G
pitur eſt nomẽ appellatiuum,& ſignifi † Luc.19.h
cat planiciẽ ſeu regionẽ. Saliſa verò eſt Ioh.11.e.
nomẽ propriũ ciuitatis in illa regione. l ¶ Deferens. Non accipiuntur hîc panes primitiarũ quales offerebant̃ in templo dñi:ſed dicunt̃ primitiarũ,quia erant de primis frugib⁹ illi⁹ anni. hordeũ aũt primò venit ad maturitatem, maximè in terra illa,ideo ſubditur: ¶ Viginti pa. in quo oſtendit̃ numerus panum & materia. Aliqui aũt libri habent interpoſitũ ly & ſic, & .xx. panes.ſed ly & nõ eſt in Hebręo nec in libris correctis,nec de textu. n ¶ Et fr. In Heb. habetur. Et granatã. frumentũ em̃ non ita citò venit ad maturitatem ſicut hordeũ,& ideo granũ nõ erat adhuc aptũ vt inde fieret panis. poterant tñ ſpicę illę aliquantulum torreri,& ſic granum excuti per confricationem. p ¶ Quantum. Erãt enim valde parui illi panes,ita ꝙ vn⁹ non ſufficeret ꝓ vno hoie. Quod patet ex hoc ꝙ ille homo apportauerat panes illos & granatã intra peram ſuam,vt dicit̃ in litera. q ¶ Qui co. quia illi panes fuerunt miraculoſè multiplicati propter meritũ Eliſęi. Talis aũt multiplicatio põt fieri à deo dupl'r. Vno mõ p additionem alteri⁹ materię. Alio mõ ſine tali additione.qa ſicut de⁹ de nihilo ꝓduxit materiã,ita de modica materia vel pauca p̃t facere magnã & multã,ſicut dictũ eſt pleni⁹ Ge. ij. de formatiõe mulieris de coſta Adę. Et Ioh. vj. de multiplicatiõe qnq́ panũ in manibus ſaluatoris. Quis aũt iſtorũ modorũ multiplicatiõis fue H
rit in hoc facto,nõ habet̃ ex ſcriptura. ► quaſi
*d ¶ Erat. Sequitur: e ¶ Coque. Moraliter
Per prophetarũ filios intelligunt̃ religioſi,nã & patres eorũ ſaltẽ plures habuerũt ꝓphetię ſpm̃. Per hoc igit̃ ꝙ factum fuit eis pulmẽtũ,& nõ fit hîc mẽ
tio de aliquo cõdimẽto,ſignificat̃ ꝙ re † viris
ligioſi cibo paruo & vili debẽt eſſe cõtẽti. h ¶ Mors. per hoc ſignificat̃,ꝙ hoibus delicatè nutritis in ſeculo,vita religioſa videt̃ amara in principio.ſed ſicut pulmẽtũ p immiſſionẽ farinę factum fuit ſapidũ,ſic p dei gr̃am & bonã aſſuefactionẽ vita religioſa q̃ prius dura videbat̃:non ſolũ portabilis,ſed etiã ſuauis efficit̃. Per hoc aũt econtrario alij deberẽt cõfundi,q fuerũt in ſeculo ſatis durè nutriti;& tñ in religiõe nõ ſufficit eis vict⁹ illorũ q fuerũt in ſeculo dulciter educati. k ¶ Vir au. per iſtum qui obtulit Eliſęo panes hordaceos & frumẽtũ nouum,ſignificat̃ homo exercens ſe in ſtudio ſcripturę veteris ac noui teſtamenti ad honorem Chriſti. o ¶ Da po. Nam per dictũ exercitium ſequũtur prędicatio & doctrina,quibus reficit̃ ppl's Chriſtianus.

## *NI. DE LY.*

## CAP. V

NAaman. Hîc cõſequẽter po Diuiſio
nunt̃ miracula Eliſęi corã infidelib⁹.& primò circa hoc triplex miraculum ponit̃. Scđ'ò ſcriptura hiſtoriam proſequitur .viij. cap. Prima in tres:quia primò ponitur miraculũ ad Naamã Gentilis cõuerſionẽ. Scđ'ò ad inſidiantiũ repreſſionẽ,ca. vj. Tertiò ad pœnitẽ-
Moraliter. r ¶ Naaman prince Moraliter
Per Naaman qui erat leproſus,põt intelligi quilibet

A a ¶ Porro de.Ra. Latrunculi de Syria quod eſt ſublimitas, egreſſi ſunt, cũ cupiditate ducti & diuerſis negotiis ĩplicati Gẽtiles p totam terrã vagabant̃. Hi de terra Iſrael captiuã duxerunt, q̃ de ꝓpheta in Iſrael teſtabat̃, qa fama de Iſrael p negotiatores gentiũ tranſlata in toto orbe curioſitati hoĩm (quã vxor Naaman ſignificat) verũ ꝓphetam & ſaluatorem in Iudęa manere patefecit. Audiẽs hoc Naamã dño ſuo nũtiauit, cũ hi ad q̃s notitia v̓bi ꝑuenit, his q ſibi pręſunt ſuggerũt ſcię ſpũalis magnitudinẽ. Mittit rex Syrię lr̃as ad regẽ Iſrl̃, p ſalute ſerui, cũ primat⁹ gentiũ audiẽs deũ eſſe i Iſrl̃ ſalutẽ ſuorũ ꝓuidẽs, legationẽ mittit in Iudęã, vt p aplicã doctrinã ſaluatoris fidẽ accipiat. vñ Corneli⁹ de Cęſaria ĩ Ioppẽ ad Petrũ mittit. Rex ſcidit veſtimẽta ſua, qa ſacerdotes, ſcribę, & Phariſęi rectores Iudęorũ cõſiderãtes vndiq; plebes ad redẽptionẽ cõuenire, q̃ſi blaſphemiã exiſtimãtes ſcindebãt veſtimẽta, ſicut in euãgelio pr̃ceps ſacerdotũ fecit. b ¶ Veniat. Et dñs quos p̃ſciuit, hos & vocauit &c. Veniens Gẽtilis ppl̃s ad domũ Eliſei, ſ. ſctã. ſ. eccl̃iam, p nũtios .i. euãgelicos p̃dicatores accepit, vt ſe ĩ Iordane ſepties lauaret renat⁹ ex aqua & ſpũ. Iordanis baptiſma ſignificat, qa in eo nobis ſaluator baptiſmũ cõſecrauit. Naamã lauationẽ Iordanicã deſpiciẽs, ſimplicitatẽ ſignificat rudiũ, q ſpũalẽ nõ potuerũt ĩtelligere efficaciã, qa aĩalis hõ nõ ꝑcipit q̃ ſunt ſpũs dei. Serui meliori cõſilio ad mãdãtũ ꝓpheticũ ꝑſuaſerũt, qa ſępe dñs mĩori reuelat qđ meli⁹ eſt, qm̃ ꝑſonarũ acceptor de⁹ nõ eſt. B Loto ſepties reſtituta eſt caro ſicut pueri caro: quia mũdat⁹ baptiſmo ꝑ inuocationẽ ſpirit⁹ ſeptiformis q̃ſq; ad ĩnocentis vitę ĩfantiã redigit̃, qa ĩ baptiſmo abrenũtiare ſathanę ac fidẽ dñi cõfiteri p̃cipimur: negat ſe Naamã vltrà diis litaturũ, ſoli p oĩa deo ſeruiturũ. Partẽ terrę ſanctę ſecũ tollit, quia baptizatos oportet dñici corp̃is ꝑticipatiõe confirmari. ☞ Tol.o.d.

Margin: †potens robore — †ante vxorem. Heb. — Act.10.b — Mat.26.f. — Rom.8.f. — 1.Cor.2.d. — Act.10.e.

Per illum enim dedit dominus ſalutem Syriæ. a
a Erat autẽ uir †fortis & diues, ſed leproſus. Por- b
rò de Syria egreſſi fuerant †latrunculi, & capti-
uam duxerant de terra Iſraël puellã paruulam,
quæ erat †in obſequio uxoris Naaman. Quæ
ait ad dominã ſuam: Vtinam fuiſſet dominus c
meus ad prophetam qui eſt in Samaria: profe-
ctò curaſſet eum à lepra quam habet. Ingreſſus
eſt itaq; Naaman ad dominũ ſuum, & nuntia-
uit ei, dicens: Sic & ſic locuta eſt puella de terra
Iſraël. Dixitq; ei rex Syriæ: Vade & mittam li-
teras ad regem Iſraël. Qui cùm profectus eſſet,
& tuliſſet ſecum decẽ talenta argenti, & ſex mi- d
lia aureos, & decem mutatoria ueſtimẽtorum,
detulit literas ad regẽ Iſraël in hæc uerba: Cùm
acceperis epiſtolam hanc, ſcito quòd miſerim
ad te Naaman ſeruum meum, ut cures eum à e
lepra ſua. Cumq; legiſſet rex Iſraël literas, ſcidit f
ueſtimenta ſua, & ait: Nunquid deus ego ſum, g
ut occidere poſſim & uiuificare, quia iſte miſit
ad me, ut curem hominẽ à lepra ſua? Animad-
uertite & uidete, quot occaſiones quærat ad-
uerſum me. Quod cùm audiſſet Eliſeus uir dei,
ſcidiſſe uidelicet regem Iſraël ueſtimẽta ſua, mi-
ſit ad eum dicens: Quare ſcidiſti ueſtimẽta tua?
b Veniat ad me, & ſciat prophetã eſſe in Iſraël. h i
Venit ergo Naamã cũ equis & curribus, & ſte- k
ſtit ad oſtium domus Eliſei. Miſitq; ad eũ Eli- l
ſeus nuntium, dicens: Vade & lauare ſepties in m
Iordane, & recipiet ſanitatẽ caro tua, atq; mun-
daberis. Iratus Naaman recedebat, dicens: Pu- n
tabam, quòd egrederetur ad me, & ſtans inuo-
caret nomen domini dei ſui, & tangeret manu
ſua locum lepræ, & curaret me. Nunquid non
meliores ſunt Amana & Pharphar fluuij Da-
maſci omnibus aquis Iſraël, ut lauer in eis &
munder? Cùm ergo uertiſſet ſe & abiret indi-
gnans, acceſſerũt ad eum ſerui ſui, & locuti ſunt
ei: Pater, & ſi rem grandem dixiſſet tibi pro- o p
pheta, certè facere debueras: Quantò magis,
quia nunc dixit tibi: lauare & mundaberis?
Deſcendit & lauit in Iordane ſepties iuxta
ſermonem uiri dei, †& reſtituta eſt caro eius q
ſicut caro pueri paruuli, & mũdatus eſt. Reuer-
ſuſq; ad uirum dei cũ uniuerſo comitatu ſuo, ue- r

*Nicolaus de Lyra.*

Diuiſio — [V]ltio ad pœnitẽtiũ cõſolationẽ: circa mediũ .vj. c. ibi: Factũ eſt autẽ. Pria adhuc diuidit̃ in tres ꝑtes: qa priò Naamã ꝓcuratiõe deſtinat̃. Scđò à lepra curat̃, ibi: Miſitq; Eli. Tertiò Giezi lepra ꝑcutit̃, ibi: Dixitq; Giezi. Circa primũ dr̃ Naamã. Dicunt eñ expoſitores nr̃i cõiter, q̃ ĩpe ꝑ ſapiam & ꝓbitatẽ ſuã vaſtauit latrũculos, qui multũ moleſtabãt regnũ Syrię. & ideo ſubdit̃: a ¶ Per ill. & ꝓpter hoc erat magn⁹ & honorat⁹ in regno. Ra. S a. dicit q̃ ipſe ſagittauit Achab in p̃lio, vt hr̃. s̃. iij. li. c. vlt. licet nomẽ ſuũ ibi nõ exprimat̃, & ꝓpter hoc ſubdit̃: Per il. quia interfecto Achab Syria fuit liberata à tributo, qđ ei reddebat̃ pro confœderatione Benadad cum eo: vt habetur. s̃. iij. li. c. xx. & propter hoc fuit eleuatus ad principatum militię. b ¶ Erat autem vir. Ad hoc enim fuit lepra percuſſus, vt per curationẽ ei⁹ mirabilẽ veniret ad dei veri fidẽ, quia percuſſerat Achab idololatrã. c ¶ Vtinam fuiſſet dominus &c. anteq; enim caperetur & in ancillam Naaman venderetur, audiuerat in terra Iſrael magnalia quę fecerat Eliſeus: & per hoc ſperabat̃ q̃ ſic poſſet curari dominus ſuus. Cętera patent vſq; ibi: d ¶ Et tu. ſe. de. ta. ar. &c. In Hebręo habet̃: Centum centenarios, quorum quilibet valebat centum talẽta cõia, hęc autem accepit pro ſumptibus in via, & ad dandum prophetę munera. C e ¶ Vt cures. hoc eſt facias curari per prophetam qui eſt in terra tua. f ¶ Scidit veſti. Dicunt expoſitores noſtri cõiter, q̃ hoc fuit eò q̃ intellexit illud verbũ eſſe blaſphematoriũ ſibi potentiã diuinam attribuendo. vnde ſubditur: g ¶ Nunquid deus. Modus eñ erat Iudęorũ ſcindere veſtimenta ſua, qñ audiebant dei blaſphemiã. vñ Mat. xxvj. f. dicit̃: Tũc princeps ſacerdotũ ſcidit veſtimenta ſua, dicens: Blaſphemauit. Sed hęc expoſitio non bene cõſonat lr̃ę ſequenti, in qua dr̃, q̃ Eliſe⁹ eũ rep̃hendit de tali ſciſſiõe: qđ nõ feciſſet ſi ꝓpter reuerentiã noĩs dñi facta fuiſſet. Et ideo aliter dr̃, q̃ hoc fecit ex impatientia, credens q̃ rex Syrię q̃reret occaſionem mouendi guerram contra ſe petendo ab eo rem ſibi impoſſibilem. Ideo ſubdit̃: Videte. l ¶ Veniat. per experientiã ſuę curationis. i ¶ Prophetam. dei veri. k ¶ Eſſe. vt ſic rex Syrię timeat guerrã mouere cõtra populũ habentẽ deũ tantę põtentię. l ¶ Miſitq;. Hĩc conſequenter ponitur Naaman curatio, cùm dicitur: m ¶ Vade &. Hoc aũt ſibi mãdauit p nuntium, vt dei potentię magis attribueret̃ miraculũ: eò q̃ ꝓpheta nõ locutus fuit cũ eo, nec eum tetigit ſicut credebat Naaman, credens q̃ in ipſo ꝓpheta eſſet aliqua virtus curandi ipſum. D n ¶ Irat⁹. Eò q̃ p talem modum ſe curari nõ ſperabat. cũ fluuij Syrię eſſent ita boni vel meliores, ſicut fluuius Iordanis: nec tamẽ habebãt ad hoc aliquam virtutem. o ¶ Si rem grandem &c. Id eſt difficilem: p ¶ Dixiſſet tibi propheta certe facere debueras. Quanto magis quia nunc dixit tibi: lauare & mũdaberis Deſcendit & lauit. Et multò magis rem facilem quã tibi mandauit. q ¶ Et reſtituta eſt caro eius ſicut pueri paruuli, & mundatus eſt. quę eſt purior quàm in ętate virili aut ſenili, quia caro ad generata per alimentum quantò procedit vlterius, tantò fit impurior, ſicut vinum per admiſtionem aquæ, vt habetur .j. de Generatione. r ¶ Reuerſuſq; eſt ad virum dei cum vniuerſo comitatu ſuo venit & cæte. vt oſtẽderet ſe gratũ deo & ꝓphetæ de ſua curatione. Ideo ſubditur: Verè ſcio

Margin: †Luc.4.e. — †, exercitus

Moraliter — ✱ telligi quilibet infidelitatis lepra percuſſus. Per Eliſeum verò dominus noſter Ieſus Chriſtus, vt oſtenſum eſt. s̃. Per Iordanem verò fluuium baptiſmi ſacramentũ, eò q̃ in Iordane fuit inſtitutum, qñ dominus noſter Ieſus Chriſtus tactu ſuę ſanctiſſimę carnis vim regeneratiuam dedit aquis. Igitur per Naaman intelligitur quilibet Iudęus vel Gentilis ſeu alius infidelis, qui audita fama de Chriſti miraculis venit ad ipſum per fidẽ. cui dicit Eliſeus, id eſt Chriſtus: m ¶ Vade lauare ſepties in Iordane. id eſt recipe baptiſmum, quia dicitur Iohan. iij. a. Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpirituſancto, non poteſt introire in regnum dei. Quod autem dicitur: Lauare ſepties, non eſt referendum ad baptiſmi receptionem, quia recipitur ſemel tantùm, ſed ad ſeptiformem gratiam ſpirituſſancti quę confertur in baptiſmo. q ¶ Et re. quia per baptiſmum deuotè receptum mundatur homo totaliter de peccatis, & recuperat mentis innocentiam.

✱ Verè ſcio

a ℭ Tol.on. Partē ſanctę terrę ſecū tulit Naaman vt poneret in templo idolorū,& ſuper eā conſiſtens dñm cuius erat terra adoraret,ne offenderet dñm ſuū ſi pariter non adoraret. b ℭ Giezi. Rab. Præruptū videns interpretatur,ſiue vallis viſio. Is eſt Iſrael:q aliquando puer dei. vnde: Puer Iſrael. & dilexi eum: ſed poſtquam ſpreto euāgelio in foueam auaritię ſe pcipitauit,quā filij dei p baptiſmum renati ſpreuerūt,iuſto iudicio leprā erroris quā credentes depoſuerāt ipſe ſibi cōciuit. Sic oēs q poſt baptiſmum & emendatiorem vitā ad priſtina reuertuntur, ſordibus,quibus ſe exutos ſperabāt, iterū inuoluunt. hic eſt canis reuerſus ad vomitum.

Oſee.11.a — Pro.26.b

a ☞ Hæc eſt catholica profeſsio,quoniam omnes dij gentium dęmonia.

nit & ſtetit coram eo,& ait: Vērè ſcio quòd a
non ſit deus alius in uniuerſa terra, niſi tantùm in Iſraël. Obſecro itaq; ut accipias be- b
nedictionem à ſeruo tuo. At ille reſpondit:
Viuit dominus ante quē ſto, quia non acci- c
piam. Cūq; uim faceret, penitus non acquieuit. Dixitq; Naaman: Vt uis. Sed obſecro
concede mihi ſeruo tuo, ut tollā onus duo- d
rum † burdonum de terra. Non enim faciet e
ſeruus tuus ultrà holocauſtū aut uictimam diis alienis, niſi domino. † Hoc autem ſolùm eſt de quo depreceris dñm pro ſeruo tuo, quando ingredietur dñs meus tēplum Remmon ut adoret, & in illo innitente ſuper manum meam: ſi adorauero in templo f
Remmon, adorante † eo in eodem loco, ut. g
ignoſcat mihi dominus ſeruo tuo pro hac re. Qui dixit ei: Vade in pace. Abiit ergo ab h
eo † electo tempore. Dixitque Giezi puer i
uiri dei: Pepercit dñs meus Naaman Syro iſti, ut non acciperet ab eo quę attulit. Viuit dominus, quia curram poſt eū, & accipiam ab eo aliquid. Et ſecutus eſt Giezi poſt tergum Naaman. Quem cùm uidiſſet ille currentem ad ſe, deſiliit de curru in occurſum k
eius, & ait: Rectè ne ſunt omnia? Et ille ait:
Rectè. Dñs meus miſit me ad, te dicens: l
Modò uenerunt ad me duo adoleſcentes de monte Ephraim ex filiis prophetarum: da eis talentum argenti, & ueſtes mutatorias duplices. Dixitq; Naaman: † Melius eſt, m
ut accipias duo talenta. Et coëgit eum. Ligauitq; duo talenta argenti in duobus ſaccis, & duplicia ueſtimenta, & impoſuit duo n
bus pueris ſuis qui & portauerāt corā eo.
Cumq; ueniſſet † iam ueſperi, tulit de manu o
eorum, & repoſuit in domo. Dimiſitq; uiros & abierunt. Ipſe autem ingreſſus ſtetit coram domino ſuo. Et dixit ei Eliſęus: Vn p
de uenis Giezi? Qui reſpōdit: Non iuit ſer q
uus tuus quoquàm. At ille ait: Nónne cor meum † in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo de curru ſuo in occurſum tui? † Nunc igitur accepiſti argentum, & accepiſti ueſtes, ut emas oliueta & uineas & oues & boues & ſeruos & ancillas: † ſed & le r
pra Naaman adhærebit tibi & ſemini tuo
uſq; in ſempiternum. Et egreſſus eſt ab eo s t
leproſus quaſi nix.

*Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Vere. Et ſic fidem vnius veri dei quam conceperat corde,cōfeſſus eſt ore. ſecūdum dictum Apoſtoli Roma.x.b. Corde creditur ad iuſtitiam,ore autem confeſsio fit ad ſalutem. b ℭ Obſecro.i. munera gratanter & deuotè oblata. c ℭ Viuit do. vt oſtenderet ſe non quęrere ſua,ſed animę ſuę & corporis ſalutem. d ℭ Vt tollam. Animalia ſunt genita ex equo & aſina,ſicut mulus econtrario,ſcilicet ex equa & aſino. e ℭ De terra.ſ. Iſrael; quam reputabat ſanctam propter cultum dei ibi exiſtentem. intendebat enim ex ea facere altare in domo ſua,ſecundum quod dicitur Exod.xx. Altare de terra facietis mihi,& ibi immolate deo cœli. Ideo ſubditur: Non enim fa. Sequitur: Hoc aūt. Et ſubditur: f ℭ Si adorauero in. non idolum,ſed deum verum. g ℭ Vt ignoſcat. quia non poſſum iſtud bono modo euitare. h ℭ Qui dixit ei: Va. in pa. acquieſcendo petitioni ſuę,ſed quia non ſolùm adorare idolum,ſed etiam ſimulare hāc adorationem eſt peccatum; ideo dicūt hîc aliqui,ꝙ quia Naaman erat neophytus,& ideo in hoc ſibi diſpēſauit Eliſęus; & ſimiliter quod poſſet ędificare altare ad offerendum ſacrificia extra templum, & etiam extra totam terram Iſrael. Sed iſtud nō videtur conuenienter dictum. Primò, quod Naaman fuerit neophytus,qa propriè loquendo neophytus dicitur de nouo conuerſus ad aliquam legem: ſicut circunciſus de nouo apud Iudęos, & baptizatus apud Chriſtianos. Naaman verò non fuit conuerſus ad Iudaiſmum,quia non fuit circunciſus,nec per conſequens ad legem Moſaicam obligatus; ſed credidit deum qui colebatur à filijs Iſrael eſſe verum deum & ab omnibus colendum,qđ & multi Gētiles fecerunt,& ſine legis Moſaicę obſeruantia ſaluati fuerunt,quia ad ipſam non tenebantur. ſicut alś diffuſius dictū eſt. Scđ'ò qa ea q̄ ſunt p ſe mala nō ſunt diſpēſabilia; qa non poſſunt bñ & abſq; peccato fieri, de quibus eſt ſimulatio idololatrię. & ideo non videbitur bene dictum ꝙ Eliſęus in hoc ipſi Naaman diſpenſauerit; ſed ſolùm ei declarauit illud eſſe ſibi licitū,qđ timebat eſſe illicitū,ſicut ſolēt facere cōſcię timoroſę. habebat em̄ iſte Naamā officiū ſuſtētādi regē. qa ſicut reginę modò p milites ſuſtētant, ita ſilr tūc tpis reges p pncipes magis ſibi ppinquos. iſtud aūt nō erat illicitū de natura ſua. equaliter em̄ poterat fieri extra templū idoli ſicut & intrà. ſicut ſi aliqua puella Chriſtiana capta à Saracenis,eſſet obſequio alicuius dñę deputata ad deportandum caudā ſuæ veſtis: non uidet illicitū,quòd eā portaret intra phanum Mahometi ſicut & extrà,dū tñ hoc nō faceret reuerētiā aliquā Mahometi,ſed ſolū intendēs ſuū officiū exequi. Et hoc petebat Naamā ab Eliſęo.ſ. quòd idē officiū qđ licitè faciebat dño ſuo extra phanū idoli,poſſet ſibi facere itrà: nō ad aliquā idoli reuerētiā,ſed ne icurreret dñi ſui offēſam. & hoc cōceſsit ei Eliſęus,qa non erat illicitū, vt dictū eſt. Tertiò nō videt bñ dictū,ꝙ ei diſpēſauerit de altari cōſtruēdo,& ibidē offerēdo: nō ſolū extra Ieruſalem, ſed etiam extrà Iudęā. qa illud ſolùm fuit phibitū Iudęis poſt tēpli ædificationē,& qñ arcā dñi habuit ſtabilem manſionē,prout dictum fuit Deu.ij. &.j. Reg.vij. Naaman verò nō tenebat ad legē Moſaicā,vt prædictum eſt,ideo poterat alibi licitè deum colere,altare ad hoc ędificando & etiā offerēdo. ſicut & filij Iſrael ante legē datā,vt patet de Abrahā,Iſaac,& Iacob in Gene. in plurib9 locis. Quod aūt ad hoc Naamā petijt onus duorū burdonū de terra Iſrael,fuit ex ſpeciali deuotione. vt dictū eſt, licet ad hoc nō tenēret; & ideo circa hoc nō fuit aliqua diſpēſatio,ſed liciti cōceſſio. i ℭ Dixitq;. Hîc conſequenter deſcribit ipſi9 Giezi infectio ppter multiplex eius peccatū in facto iſto, quorū primū fuit cupiditas. q̄ eſt radix omniū malorū,vt dicit Apls.j.Timoth.vj. & hoc notat cùm dicit. Pepercit. licet enim prophetę nō acciperent aliquid quaſi ptiū pphetiæ; quia tñ pauperes erant viuebant de oblatis ſibi curialiter & deuotè. k ℭ Deſiliit. propter reuerentiā dñi ſui,& gratitudinem beneficij ſibi collati. l ℭ Dñs me. in hoc mentiebatur,& ſic fuit peccatum ſecundū. m ℭ Melius eſt vt acci. duo ta. ſcilicet cuilibet iuueni vnum. In Hebręo habetur: Iura mihi,ſcilicet ꝙ miſerit te Eliſęus,& accipe duo talenta. & ſecundum hoc fuit hîc tertium peccatum.ſ. periurium. n ℭ Et impoſuit.i. duobus de ſeruis Naamā. o ℭ Cumq;. ne Eliſęus eos videret & perciperet,ꝙ Giezi aliquid à Naaman accepiſſet. & ſic cōmiſit quartum peccatū.ſ. furtum rei notabilis. p ℭ Vnde ve. Nō quęrit ex ignorantia,quia in ſpiritu factum viderat vt poſtea ſubdit,ſed vt ex eius rñſione eū de mēdacio cōuinceret. vñ ſubditur: q ℭ Non iuit. quia mentiebatur ei qui habebat ſpiritum ſanctū ſicut Ananias & Saphira Petro, vt habetur Act.v. Ideo ſubditur eius iuſta punitio,cùm dicitur: r ℭ Sed & le.i. eadem ſpecies leprę quam habuit ante curationem ſuam. s ℭ Et egreſ. quia leproſi ſeparabantur à cohabitatione hominum ſanorum, vt habetur Leuitic.xiij. t ℭ Quaſi. color enim albidus & tranſparens eſt ſignum leprę,ſicut habetur Leui.xiij. prout ibi plenius dictum fuit.

Moraliter

※ a ℭ Vere. per qđ deſignatur ꝙ adultus baptizatus debet deo regratiari de ſua regeneratione ſpirituali. Alr pōt dici,ꝙ p Naamā leproſum ſignificari pōt qlibet infectus p mortale pctm̄,qui audita per prędicatorē iuſtitia dei & eius miſericordia,contritionem concipit,& ad ipſum per pœnitētiam veram accedit,& lauatur in Iordane.i. lachrymis pœnitentię,quę bene ſignificantur per Iordanē,eò ꝙ interpretat riu9 iudicij. Lachrymę verò dictę fluūt ex diuini iudicij conſideratione. & cùm ſic lauatur,ad mentis munditiam reſtauratur. i ℭ Dixitq; Giezi puer. per iſtum

※ Giezi qui

Marginalia: E; F; G; H; † muſorum; † milliare vł ſtadiū terrę; † ad arcē vł turri Chal. interp. in locum occultū vel obſcurum; † ambulabat tecum; † An nō noui tempus quo abijſti vt accipes; † Vt vis. Sed; † Pro re hac parcat dñs; Pctā Giezi; † me; † Cōplace vel acqeſce & accipe; † 1.q.1.c. ſtudet.

※ Giezi,q̄ currens poſt Naamã accepit ab eo munera, ſignificatur
A cupidus in eccleſia,q ꝓ collatione ſpũaliũ q̃rit vel repetit tp̃alia: &
Moraliter ſicut lepra Naamã adhęſit Giezi & ſemini eius, ſic vitium ſimonię
adhęret iſti & ſuis ſequacibus.

¶ In.c.v.vbi dicit̃ in poſtilla. Sed iſtud non videt̃ cõuenienter dictum ,primò quia Naamã fuit neophytus &c.

*ADDI.I.* Licet Naamã nõ fuiſſet cõuerſus ad Iudaiſmum neq; circũciſus,fuit tamen neophyt⁹,quia de nouo cõuerſus ad legem naturæ,quam hactenus non ſeruabat: ſecũdũ quã eſt illicitũ adorare idolũ,& etiã ſimulare talẽ adorationẽ,vt ipſemet poſtil.aſſerit ĩ hoc loco,dicẽs ꝙ ſimulatio idololatriæ eſt p ſe mala,ſed oĩa q̃ ſunt p ſe mala illicita ſunt de iure naturę:cui⁹ principale principiũ eſt ꝙ bonum eſt proſequendum & malum eſt vitandũ vt cõiter tenetur. Sed aduertendũ eſt,ꝙ licet idololatria & eius ſimulatio ſint illicita de iure naturę:tñ illud qđ habet ſpẽm illius ſimulationis ſeu adorationis,ſi non ſit ibi adoratio nec eius ſimulatio,non videt̃ illicitũ de iure naturę. vtpote in pręſenti caſu. Si Naamam intrans phanũ idolorũ,exercẽdo officiũ ſuum in ſuſtẽtando dñm ſuũ non adoraret idolũ,neq; etiam ſimularet ſe adorare,neq; talẽ adorationem ſeu ſimulationem intẽderet, adhuc tñ eſt ibi ſpẽs mali : quia his qui talia non bñ diſcernunt apparere poſſet ipſum intrare cauſa adorandi,ſicut & dñs ſuus intrabat. Qđ licet de iure naturæ non ſit ꝓhibitũ; ꝓhibet̃ tñ de iure diuino,teſte Apoſtolo,j.ad Theſ.v.d. Ab oĩ ſpecie mala abſtinete vos. vñ declarationẽ huius videt̃ petere Naaman. Et Eliſeus declarauit ſibi nõ eſſe illicitum:& hoc nõ diſpẽſando, q̄a Eliſeus nõ habebat ptãtẽ diſpẽſandi gñaliter,ſed hoc ſolũ ſibi (declarauit.

¶ In eodẽ ca.v.vbi dr̃ in poſtilla; In Hebræo habetur: Iura .ſ. ꝙ miſerit te Eliſeus.

*ADDI.II.* Verbum הואיל hoel quod hîc ponit̃ in Hebręo frequẽtatur in ſacra ſcriptura: & quandoque in trãſlatione noſtra interpretatur incipere; vt Deuteron.j.a.vbi dicit̃: Incepit Moyſes explanare legem; & in alijs quandoq; interpretatur iurare :vt Exod.ſecundo.d. Iurauit Moyſes habitare

C habitare cũ Iethro. Sed ſecũdũ Hebraicã veritatẽ verbũ iſtud ęquiuocũ eſt,nihil aliud ſignans vbicunq; ponit̃ niſi actum volẽdi. Itaq; cũ dicitur: Incepit Moyſes explanare:non dicit niſi, voluit Moyſes explanare. Similiter vbi dicit: Iurauit habitare,nil aliud dicit:niſi voluit habitare. vñ in hoc loco dicebat Naamã Giezi,ꝙ vellet accipere duo talenta,nec fit aliqua mentio de iuramento.

*REPLI* In.c.v.vbi poſtil. dicit; Naaman: Syrũ nõ conuerſum fuiſſe ad Iudaiſmum,per conſequens non neophytum,ſicut quidam dixerunt. Burgen. obijcit,dicens,quãuis Naaman non fuerit conuerſus ad Iudaiſmum,tñ fuit conuerſus ad legem naturę quã hactenus non ſeruabat, iõ debuit dici neophytus. Sed aſſumptum videtur falſum. quia ſecũdũ Apl'm ad Ro.ij.& gentes ea q̃ legis ſunt naturaliter faciunt.ergo nõ minus Naamã q̃ alij. Nec ſequit̃: Ignorauit vnũ verũ deũ & eius cultũ quẽ nũc ꝓfeſſ⁹ eſt. igitur nũc primò cõuerſus eſt ad legẽ naturę;nã ipſe ſicut & cętere gentes facit opera legis naturæ,iuxta principia illius legis naturaliter impreſſa q̃uis nõ pfectè intellexit & fecit. Vnde ſicut Iudæi legis tranſgreſſores,& Chriſtiani mali p pñiam vel p p̃dicationem cõuerſi,nõ dicuntur neophyti,ſic nec Naamã nec alij ſub lege naturę imꝑfectè viuentes. habuit eñ Naamã ex habitu illius legis, ꝙ ſpẽs mali ſit ab oĩbus naturaliter vitanda:ſi tñ cõmodè vitari nõ poſſet, eſſe culpã venia dignam. Intelligẽs deniq; ex miraculoſa cura circa eũ in noĩe dei Iſrael facta ſolũ illũ verũ deum eſſe,& eum ſolûm adorandum: hanc concluſionem elicuit,ꝙ de cætero idola colere nollet: ſed deũ Iſrael in oĩ loco etiã in tẽplo Remmõ,q̃ñ iuxta ſuũ officiũ qđ in littera exprimit̃ intrare cũ rege oporteret,q ingreſſus q̄a ſpẽm mali prætendere poſſet venit expiandus:ſupplicauit igitur Eliſeo vt ꝓ hmõi expiatione deũ dep̃cari vellet. Et annuit Eliſeus,dicens:vade in pace. Fruſtra igitur dicit Burgen. ꝙ Eliſeus hoc declarauit, ꝙ exercitiũ ſui officij ſpẽm mali haberet:quia Naamã hoc ex lumine naturali vidit,& quia ab Eliſeo petiuit ſolũ orationem ꝓ ſe ad deũ,non diſpẽſationem , ſicut quidam dicunt : nec declarationem , ſicut Burgen. dicit.

Diuiſio

D

*GLOS. ORDI.*

Matt.3.c.
B

Dixerunt autẽ. Cap. VI.
a ¶ Acci. autem. Rab. Cùm impios Iudæos p corpus operata pręſentia Chriſti tanq; infructuoſas arbores cęderet. vñ: Ecce ſecuris ad radicem arboris poſita eſt. ab eis interueniẽte paſſione corpus ipſum deſeruit; profunda deſcendit ,qđ in ſepultura depoſitũ tanquã ad manubriũ ſpũ redeunte reſurrexit. ¶ Rab. Curandũ valde eſt, ne intellectus otio torpeat,ne in exercitatione operis vitio elatiõis euaneſcat. ¶ Greg. Moral. Ferrũ in manubrio intellectus eſt in corde,hoc ligna cędũtur,cùm prauè agentes increpãtur. quod dũ fluxè agitur,dum lapſu vanę glorię nõ vtatur,ferrũ in aqua perdit̃,quia ex diſſoluto opere intelligentia fatuat̃, q̃ ad hoc dat̃:vt dãtis añ oculos ex bona actione reſtituat̃. vñ ſeq̄tur: Hoc ipſum. Electi verò ſi q̃ñ offendũt ad cor , velociter redeũt & culpã lachrymis inſequũt̃. vñ: Heu heu &c. Qui flentes cautè inſpiciũt, non ſolũ q̃ mala cõmiſerũt,ſed etiã q̃ ex accepto munere reddere bona debuerũt. & hoc eſt heu heu heu,& hoc mutuò acceperã. acſi dicat: Illud p diſſolutionẽ negligẽtię pdidi, qđ vt p bona opa redderẽ ex gr̃a redẽptoris accepi. ſed nũq; de⁹ mẽtẽ deſerit,q̃ in peccatis ſe veraciter agnoſcit. Vñ Eliſeus lignũ deorſum miſit,& ferrũ ĩ ſupficie attulit,q̄a redẽptor cor pctõris hũiliat,& eã quã amiſerat intelligentiã reformat. Vñ in alia trãſlatione dicitur ꝙ confregit lignũ & iactauit,& ſic ferrũ ſuſtulit. Lignũ frãgere eſt cor ab elatiõe cõterere,ad ima iactare,cogitatiõe ꝓprię ĩfirmitatatis hũiliare. Illico ferrũ reddit:q̄a ad vſum exercitationis priſtinę intelligentia recurrit ¶ Qui cùm ve

Cõplace &
& acq̄eſce
obſecro,&
veni tu

Cap. VI.

Dixerunt autẽ filij prophetarum ad Eliſeũ : Ecce locus in quo habitamus coram te, anguſtus eſt nobis:eamus uſque ad Iordanem,& tollãt ſinguli de ſylua materias ſingulas,ut ędificemus nobis ibi locum ad habitandum. Qui dixit : Ite. Et ait unus ex illis:† Veni ergo & tu cũ ſeruis tuis. Reſpõdit: Ego ueniam. Et abijt cũ eis. Cumq; ueniſſent ad Iordanẽ,cędebãt ligna. †Accidit autẽ ut cũ un⁹ materiã ſuccidiſſet, caderet ferrũ ſecuris in aquã. Exclamauit ille,& ait: Heu heu heu domine mi,& hoc ipſum mutuò acceperã. Dixit autẽ homo dei: Vbi cecidit? At ille monſtrauit ei locum. Pręcidit ergo lignũ & miſit illuc. Natauitq; ferrum. Et ait: Tolle. Qui extendit manum,& tulit illud. Rex autẽ Syrię pugnabat cõtra Iſraël. Cõſiliũq;

a ¶ Chriſt⁹ infructuoſos argueret. b ¶ Prauos increparet.

a ¶ Deſcendit. b ¶ Spiritus. c ¶ Corporis. d ¶ In profundo ¶ Perditur intelligẽtia cordis diſſolutiõe negligẽtię.

a ¶ Rediſt ad carnem ſpiritus.

a ¶ Poteſtas terrena ſuperbe ſentiẽs filio,a lucis pſequitur.

*Nicolaus de Lyra.*

Syrię. Circa primũ dicit̃: b ¶ Ec. lo. Dicit hîc Ra.Sa.ꝙ Giezi qui erat cupid⁹ q̃ñ erat cũ Eliſeo,moleſtus erat filijs ꝓphetarũ veniẽtibus ad Eliſeum,ne expenderẽtur ea q̃ dabantur magiſtro ſuo:& iõ ipſo abiecto ꝓpter leprã plures venerunt ad Eliſeum,& iõ non ſufficiebat domus ꝓ habitatione ipſorum, propter qđ volebant eam dilatare. c ¶ Tollant ſin. de ſyl.i.ligna quæ ſunt materia pro domibus ędificãdis. e ¶ Heu domi.mi:& hoc ipſum mutuo.nec habeo vnde reſtituam. f ¶ Pręcidit ergo. i.fecit aliud manubrium,quia primum erat fractũ vt dicit Ra.Sa. g ¶ Natauitq; ferrum.cõtra naturã ꝓpriã obediẽdo naturę actori. h ¶ Rex. Hîc cõſequẽter deſcribit̃ inſidiãtiũ repſsio. Circa qđ primò deſcribitur inſidiatio eorũ maligna. ſecundò eorum percuſſio

Moraliter. a ¶ Dixerunt autem. Sequit̃; d ¶ Cumq; veniſſent. per ſecurim qua ligna cędunt̃ hominum peccantiũ increpatio deſignat̃,eò ꝙ homo arbor conuerſa noĩat̃. Vñ dicit̃;ij.de Anima,ꝙ radices arboris ſunt ori ſimiles,quia per illas arbor accipit alimentũ. os aũt eſt in ſuꝑiori parte hominis : radices verò in inferiori parte arboris. Igit̃ p hãc cęſionẽ arborũ bñ ſignificat̃ increpatio peccãtium,ꝓpt̃ qđ Iohãnes Baptiſta increpãs pctõres dicebat Matthęi iij.c. Iã ſecuris ad radicẽ arboris poſita eſt. Sed cũ aliq̄s incautè peccantem arguit, ferrũ ſecuris de manubrio fugit;& ſic in aquã mergit̃. Nam illud qđ pficere poterat,ſi cautè fieret,ad culpã imputat̃. Sed q̃ñ tales ex indiſcreto zelo peccantes in modo corrigẽdi ſtatim vt ſuum defectũ cognoſcunt ad pœnitẽtiã recurrẽtes dicũt: e ¶ Heu heu heu do. mi:& hoc ip. mu. Recognoſcũt eñ,ꝙ gr̃a à dño ſibi mutuata indebitè vſi ſunt : ſed per lignum ab Eliſeo miſſum in aquam ferrum natat: quia Chriſtus per lignum ſuę paſſionis ad mentem deuotè reductũ bonũ amiſſum reſtaurat. h ¶ Rex autem Syrię pugna. Syria interp̃tat̃ ſublimis,& iõ per regem Syrię intelligitur diabolus ※ q eſt re

Moraliter

†De conſe. di.2.c. reuera.

*NIC. DE LY.*

Cap. XVI.

Dixerunt autem filij pro. Hîc ponuntur miracula ad inſideliũ inſidiantium repſsionẽ:primò tñ pmittitur miraculoſa ferri natatio. ſecũdò dicta repſsio,ibi ; Rex autem Syriæ

a ℂQui cum ve. Ba. Qui in nequi-
tię armis cōfidens, Chriſti famulis inſidi
†erit mãſio meaalij caſtra ponēs. — as pparat nocte pfidię excęcat⁹, bellũ cō
traeccl'iam gerit. b ℂHeu heu &c.
Ra. His notat illos qui puſillanimitate
cordis pœnas verentur corporales.
Matt. 10.c. — c ℂNoli ti. Nolite timere eos q occi
Ibidē. 25.e. — dũt corpus, & poſt hoc nō hñt qd fa-
ciant vobis. d ℂPlures. Rab. Poſ-
†monuerat — ſum rogare patrē meũ, & exhibebit mi
hi pluſq; duodecim legiones angelorũ.
e ℂDomine ape. Ra. Valde neceſ
ſe eſt vt Eliſeus noſter aperiat oculos
†inter nos ſit regis — cordis ad conſiderandũ, qa oēs q cōfi-
dũt in illũ nō cōfũdent. f ℂPercute.
Matth. 5.c. — Rab. Bonũ eſt oculũ ſcãdalizantē erui,
vt intuitus ſupbię & malitię obturet,
& oculus ſanæ fidei ac ſimplicitatis ape
riat. g ℂDuxit. Ra. Poſtq; Eliſeus
hoſtes in Samariã adduxit, nō eos occi
di pmiſit, ſed refectionē illis pparans di-
miſit eos in pace. Et Saulũ diu cōtra ſti-
Act. 9.a. — mulũ calcitrantē: primũ dñs excęcauit,
deinde ſcientia ſpirituali ditauit. Nobiſ
Lucæ. 6.d. — q; pręcepit ita: Diligite inimicos vr̃os,
& bñfacite his q oderũt vos. h ℂCō
gregauit. Raba. Benadad & exercit⁹
eſt diabolus & iniqui. ſ. pagani, Iudęi &
hęretici, quos cōtra eccleſiã bellũ gerere
excitat p tales affligit populus dei: q eſt
poſit⁹ in Samaria. i. legis cuſtodia. fitq;
fames, cũ nō pmittit doctorib⁹ vbum
dei pdicare. Sed Eliſeo reuelante. i. redē
ptore p euãgeliũ indicãte, ſal⁹ q à pecca
Pſal. 118. v. — toribus lōgè eſt, timētib⁹ deũ ppe eſſe
ſ. 7.a. — ſcit. Dicit em̃ dñs: Cras modius &c.
Modius ſimilę pfecta eſt mēſura diuinę
†2. Pa. 32.b. — ſapiētię q eſt in no. teſta. Duo modij or
dei ſunt ſcia legis & pphetarũ, q cōpa-
rant ſtatere vno hoc eſt fide catholica,
in porta Samarię. i. in pdicatione apl'i-
ca, p quã intrat in eccl'iam. Ceſſante em̃
turbine pſecutionis q fit hodie, dabit
dñs cras. i. tpe futuro, tranquillitatem,
F — vt pdicatio pfectè compleatur.

inijt cum ſeruis ſuis, dicēs: In loco †illo
a ℂDomini noſtri doctrina inſidię inimicorum pręcauentur.
& †illo ponamus inſidias. Miſit itàque
uir dei ad regem Iſraël, dicens: Caue
ne tranſeas in locum illum, quia †ibi
Syri in inſidijs ſunt. Miſit itaque rex Iſ — a
raël ad locum quē dixerat ei uir dei: & — b
†pręoccupauit eum, & obſeruauit ſe
ibi, non ſemel, neq; bis. Cōturbatumq; — c
eſt cor regis Syrię pro hac re. Et conuo
catis ſeruis ſuis, ait: Quare non indica
tis mihi, quis †proditor mei ſit apud re
gem Iſraël? Dixitq; unus ſeruorum
eius: Nequaquam domine mi rex. Sed
Eliſeus propheta qui eſt in Iſraël, in-
dicat regi Iſraël omnia uerba quęcunq;
locutus fueris in conclaui tuo. Dixitq; — d
eis: Ite & uidete ubi ſit, ut mittam, & ca
piam eum. Annuntiaueruntq; ei dicen-
tes: Ecce in Dothain. Miſit ergo illuc
equos & currus & robur exercitus.
a — Qui cùm ueniſſent nocte, circundede-
runt ciuitatem. Conſurgēs autem dilu-
culo miniſter uiri dei, egreſſus eſt: ui-
ditq; exercitum in circuitu ciuitatis, &
equos & currus. Nuntiauitq; ei, dicens:
b — Heu heu heu domine mi, quid facie- — e
c — mus? At ille reſpondit: Noli timere.
d — †Plures enim nobiſcum ſunt, quã cum — f
e — illis. Cumq; oraſſet Eliſeus ait: Domi- — g
ne aperi oculos huius, ut uideat. Et ape
ruit dominus oculos pueri, & uidit: &
ecce mōs plenus equorum & curruum — h
igneorum in circuitu Eliſei. Hoſtes ue-
rò deſcenderũt ad eũ. Porrò Eliſeus ora — i
f — uit ad dominum dicens: †Percute obſe- — k
cro gentē hanc cęcitate. Percuſſitq; eos
dominus ne uiderēt iuxta uerbũ Eliſei.
Dixit autem ad eos Eliſeus: Nō eſt hęc — l
uia, nec iſta eſt ciuitas. Sequimini me &
oſtendam uobis uirum quem quęritis.
g — Duxit ergo eos in Samariã. Cumq; in-
greſsi fuiſſent Samariam, dixit Eliſeus:
Domine aperi oculos iſtorum, ut ui- — m
deãt. Aperuitq; dominus oculos eorũ,
& uiderunt ſe eſſe in medio Samarię.
Dixitq; rex Iſraël ad Eliſeũ, cũ uidiſſet — n
eos: Nũquid percutiam eos pater mi?
Et ille ait: Non percuties. Neq; enim
cepiſti eos gladio & arcu tuo, ut percu
ℂVt percutias.
tias. Sed pone panem & aquam coram
eis, ut comedant & bibant & uadant
ad dominum ſuum. Et appoſita eſt eis — o
ciborum magna pręparatio, & co-
mederunt & biberunt, & dimiſit eos,
abieruntque ad dominum ſuum. Et — p
ultrà non uenerunt †latrones Syrię in
terram Iſraël. Factum eſt autem poſt — q
h — hęc, congregauit Benadad rex Syrię

## Nicolaus de Lyra.

†Gen. 19.a.

rũ percuſsio digna, ibi: Porrò Eliſe⁹.
tertiò liberatio benigna, ibi: Dixitq; rex.
Circa primũ ponit inſidiatio Syrorũ
contra regē Iſrael. Et patet lr̃a vſq; ibi:
a ℂMiſit. hoīes armatos in magna
copia. b ℂEt pocc. ſ. illas iſidias ca-
piēdo. c ℂNon ſe. ſolùm ſupple, ſed
multoties. Secũdò ponit inſidiatio con
tra Eliſeũ ibi: d ℂDixitq;. Et patet lr̃a
vſq; ibi: e ℂHeu heu. cognouit em̃
inſignia armorũ, q erant Syri Hebręo
rũ aduerſarij. f ℂPlures. ſciebat em̃
p ſpm̃ ſanctum, ptectionē angelicam in
ſui auxilium aduenisse; cuius poteſtas
quaſi incōparabiliter maior eſt q hũa-
na. g ℂDomi. ape. i. da ei virtutē
vidēdi ea q non pñt naturaliter videri.
h ℂEcce. Facta eſt illa repſentatio vi
ſioni imaginarię, vel etiã exteriori viſui
p formationes taliũ ſpecierũ in aëre: qa
vtroq; mō potuit fieri à deo ad deſi-
gnandum ptectionē. i ℂPorrò. Hîc
cōſequenter deſcribit eorũ pcuſsio rō-
ne Eliſei, cũ dr̃: k ℂPercute. Hîc acci
pit cęcitas p ἀκρισία, q dr̃ ab ἀ qd' eſt ſi-
ne, & κρίσις iudiciũ: & eſt paſsio q homo
nō pcipit vel dijudicat ſecũdũ veritatē
ea q videt. & hoc mō fuerũt pcuſsi So
domitę volentes oſtiũ Loth cōfringere
vt hr̃ Gene. xix. l ℂNon eſt. ſ. vbi
manet ppheta quē qritis. licet em̃ veniſ-
ſet Dothain: hoc tñ nō erat ad manen
dũ diu: ſed eius mãſio diuturnior erat
in Samaria, vt patet ex dictis ca. pced.
Vtinã fuiſſet dñs me⁹ ad pphetã q eſt
in Samaria: & p hoc patet, qd' poſtea ſe
quit. c. iſto: Eliſeus autem ſedebat in do
mo ſua & ſic certũ eſt, q erat in Sama-
ria. Ex quo patet q Eliſeus dixit eis veri
tatē: quia via recta duxit eos ĩ Samariã.
m ℂDomine aperi. remouēdo acri
ſiã pdictã. n ℂDixitq; rex. Hîc cōſe
quēter ponit iſtorũ liberatio benigna:
qa cũ rex vellet eos pcutere, Eliſeus nō
pmiſit; ſed etiã liberalr̃ refici à rege im-
perauit. vñ ſubdit: o ℂAppoſitaq;
eſt ei ciborum magna pręparatio, & comederunt & biberunt.
Ex hoc patet q noīe panis & aquæ deſi
gnatur oīs potus & cibus in ſcriptura.
p ℂEt vltra. Tũ ex gratitudine bñfi
cij ſibi collati ab Eliſeo, tũ timore, ne ſi
venirent iterũ propter ingratitudinem
Eliſe⁹ eos faceret capi & occidi. q ℂFa
ctum eſt. Hîc conſequenter deſcribit
miraculũ Eliſei ad cōſolationem pœni-
tentium. & primò ponitur eorũ affli-
ctio. ſecundò afflictiōis remotio. c. vij.
Circa primum ſciendum, quòd licet Io
ram amouiſſet ſtatuas Baal: tamen nō
amouit cultum vitulorum, quos fece-
rat Ieroboam, vt habetur ſuprà. iij. c.
Ipſe etiã & popul⁹ Iſrael multa alia ma
la faciebãt, ppt q dñs permiſit eos affli
gi obſidione lōga, & hoc eſt qd' dicitur:
Et tandiu

G

†talis & talis vel illius & illius

†illuc Syri deſcēdunt.

H

Moraliter

qui eſt rex ſuper omnes filios ſuper-
biæ, pugnat autem contra fideles: qui
per Iſrael intelliguntur, & ponit inſi-
dias ad ipſos capiendum, ſed eius inſi-
diæ per Eliſeum fruſtrantur, quando
per prædicatorem aſtutiæ dæmonis
denuntiantur fidelibus, & ab eis pcauē
tur. Per hoc autem q rex Syriæ tur-
batus fuit contra Eliſeum, & quæſiuit
eum capere, ſignificatur quòd diabo-
lus iraſcitur contra prędicatorem veri
tatis, & quærit ſibi nocere. Exemplum
de beato Anthonio fratre minorum,
quem diabolus ad impediendum eius
prædicationem voluit ſuffocare. ſed
ſicut inſidiæ regis Syrię contra Eliſeum
magis fuerunt ad eius confuſionem,
quia ducti fuerunt in Samariam, ſic
diabolus ſuffocare volens beatum An
thonium per beatam virginem fuga-
tus fuit turpiter & confuſus. r ℂBen
adad rex Syrię vniuerſum ex
ercitum ſuum & aſcendit & ob
ſidebat Samariam. Factaque
eſt fames magna in Samaria
&c. Per iſtum regem, vt dictum eſt
diabolus deſignatur. Per Samariam
verò quam obſedit deſignatur eccleſia,
eò q Samaria cuſtodia domini inter-
pretatur. In hanc aũt Samariã nititur
diabolus famem mittere: non quan-
tũm ad defectum panis materialis, ſed
ſpiritualis, ſcilicet verbi diuini & eucha
riſtiæ ſacramenti. ſed per promiſsio-
nem Chriſti per Eliſeum ſignificati a-
bundantia fit in eccleſia dei. Dicit enim
Matthęi vltimo. d. Ecce ego vobiſcum
ſum omnibus diebus vſq; ad conſum — † exercitus
mationem ſeculi. Et ipſe eſt patris ver-
bum, & ab eo datur euchariſtiæ ſa-
cramentum.

Cap. VII.

A Dixit autē &c. Sequit: a ¶ Quatuor &c. Ra. Leproſi ſunt qui varijs vitijs deditī, vel erroribus impliciti fœditatem ex interna peſte educentes oſtēdunt in cute. Hos dñs ſępe cōuertēs ad fidē & mūdans à vitijs, verę ſalutis nūtios efficit. vñ Matthę⁹ ex publicano apoſtol⁹. Apparuit quoq; poſt reſurrectionem primò Marię Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptē dęmonia. Illa vadens nuntiauit his q cū eo fuerant lugentib⁹. leproſi ingreſſi ī caſtra Syrorū refecti ſunt. aurū & argentū aſportant, cū deſpecti huius mundi philoſophię operā dātes, & ſenſus ſubtilitatē & locutionis venuſtatē acquirunt: vnde eccleſiæ vſibus bñ inſtructi deſeruire pñt. Qui bñ q̄tuor eſſe mēorant, vt à q̄ttuor euangeliorū eruditione im

Luc. 5. f. Mar. 16. c.

†Treñ. 4. a.

*Nicola. de Lyra.*

a ¶ Et tandiu. Et accipit̄ hîc caput ꝓ toto aīali ſecūdū aliquos, qa hîc eſt modus loquēdi apud emptores aīaliū: ꝓ q̄to dabitis caput. i. vnū animal. ſecūdū alios accipit̄ ꝓ pte corpis. deficientib⁹ em̄ alijs cibarijs īterfecerūt animalia q̄ nō erāt ſecūdū legē comeſtibilia, & ſalierūt vt cari⁹ vēderēt carnes fame inualeſcēte. b ¶ Et quar. Cabus ē q̄dā mēſura deīminata. ſtercus aūt colūbarū nō accipit̄ hîc ꝓpriè, qa nō eſt comeſtibile, nec refectiuū: ſed magis corruptiuū, ſed īpropriè vt vr̄ ꝑ gutture vbi cōgregant̄ grana à colūbis comeſta: & illud ꝓijcit̄ in fimo cōiter. ſed tūc fame inualeſcēte cognarij diuitū illud reſeruabant, vt grana pplo fame piclitāti venderēt. c ¶ Non. Fuit em̄ turbat⁹ eò ꝙ credebat eā peteī refectionē cibi cōueniētis vł potus. d ¶ Quę. volēs eū pſeruare à morte, vel fortè eū ſola comedere. e ¶ Quod. eò ꝙ popul⁹ ſuus erat in tāta afflictiōe. f ¶ Viditq;. Ipſū em̄ accepat rex affligēdo carnē ſuā, vt facili⁹ īpetraret dei miſericordiam. g ¶ Si ſte. Hāc em̄ afflictionē ei īponebat, eò ꝙ afflictionē illā ſuis p̄cib⁹ nō auferebat, tenēs eas efficaces apud deū ad hoc īpetrādū. Eliſeus tñ ad hoc expectabat tp̄s cōgruū ſecūdū ordinationē diuinę voluntatis, cui⁹ erat cōſci⁹ p ſp̄m ſanctū. h ¶ Numqd. Quia de ſcitu & volūtate Achab patris Ioram. Nabot innocens fuerat interfect⁹, vt hr̄. 3. iij. lib. xxj. i ¶ Et nō. Cuius cauſa ſubditur: k ¶ Ecce enim ſonitus pe. domi. Poſt receſſum em̄ nūtij Iorā pœnituit: & ideo ſequebat̄ eū ad reuocandum pręceptū. l ¶ Et ait. Ecce &. Iſtūd refertur ad Ioram qui iam venerat ad Eliſeum. m ¶ Quid amplius. quaſi diceret, iā ſū punit⁹ vltima pœna à Moyſe p̄dicta Deu. xxviij. de comeſtiōne ꝓpriorū filiorū in obſidiōe: & ſic nō reſtat niſi ꝙ omnes moriamur, vł tradam⁹ nos hoſtib⁹, niſi apud deū venerit tp̄s miſericordię ſup populū iſtū. ꝓpter qd̄ Eliſe⁹ ſtatim p̄dixit conſolationem.

B

†In crepuſculo vł diluculo †extremū &. ij.

C

uniuerſum exercitum ſuum, & aſcendit & obſidebat
Samariam. Factaq; eſt fames magna in Samaria. Et a
tandiu obſeſſa eſt, donec uenundaretur caput aſini
octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris co- b
lumbarum quinque argenteis. Cumq; rex Iſraël trāſ
iret per murum, mulier quędam exclamauit ad eum
dicens: Salua me domine mi rex. Qui ait: non te ſal- c
uet dominus: Vnde te poſſum ſaluare, de area an de
torculari? Dixitque ad eam rex: Quid tibi uis? Quę
reſpondit: Mulier iſta dixit mihi: Da filium tuum ut
comedamus eum hodie, & filium meum comede-
mus cras. †Coximus ergo filium meum, & comedi-
mus. Dixitq; ei die altera: Da filium tuum, ut come-
damus eum. Quę abſcōdit filium ſuum. Quod cúm d e
audiſſet rex ſcidit ueſtimenta ſua, & tranſibat per mu
rū. Viditque omnis populus † cilicium, quo ueſtitus f
rex erat ad carnē intrinſecus. Et ait rex†. Hęc mihi fa-
ciat deus, & hęc addat, ſi ſteterit caput Eliſei filij Sa- g
phat ſuper eum hodie. Eliſeus autem ſedebat in do-
mo ſua, & ſenes ſedebant cum eo. Pręmiſit* itaque
uirum, & antequam ueniret nuntius, ille dixit ad ſe-
nes. Nunquid ſcitis quod miſerit filius homicidę h
huc, ut precidatur caput meum? Videte ergo cùm i
uenerit nuntius, claudite oſtium, & †nō ſinatis introi-
re eum. Ecce enim ſonitus pedum domini eius poſt k
eum eſt. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius
qui ueniebat ad eum, & ait: Ecce tantum malum à l
domino eſt: quid amplius expectabo à domino? m

Cap. VII.

Dixit autem Eliſeus: Audite uerbum n
domini. Hęc dicit dominus: in tem- o
pore hoc cras modius ſimilę † uno p q
ſtatere erit, & duo modij hordei ſta-
tere uno in porta Samarię. Reſpon- r
dens unus de ducibus, ſuper cuius
manum rex incumbebat, homini dei, ait: Si dominus s
fecerit etiam cataractas in cęlo, nunquid poterit eſſe
quod loqueris? Qui ait: uidebis oculis tuis, & inde v
a non comedes. Quatuor ergo uiri erant leproſi iuxta x y
introitum portę, qui dixerunt ad inuicem: Quid hîc
eſſe uolumus donec moriamur? Siue ingredi uolue- z
rimus ciuitatem fame moriemur, ſiue manſerimus
hîc, moriendum nobis eſt. Venite ergo & transfugi-
amus ad caſtra Syrię. Si pepercerint nobis, uiuemus: a
ſi autem occidere uoluerint, nihilominus moriemur.
Surrexerunt igitur† ueſperi, ut uenirent ad caſtra Sy-
rię. Cùmque ueniſſent ad †principium caſtrorum Sy
rię, nullum ibidem repererunt. Siquidem dominus b
ſonitum audire fecerat in caſtris Syrię curruum &
equorum, & exercitus plurimi. Dixerúntque ad in-
uicem: Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex
Iſraël reges Etheorum & Egyptiorum, & uenerunt
ſuper nos. Surrexerunt ergo, & fugerunt in †tenebris,
& dereliquerūt tentoria ſua, & equos & aſinos in ca-
ſtris: fugerúntque, animas tantum ſuas ſaluare cu-
pientes. Igitur cùm ueniſſent leproſi illi ad princi-
pium caſtrorum: ingreſſi ſunt unum tabernaculum,

*GLO. ORDI.*

Dixit. Cap. VII. Quia ſicut ꝓpt̄ culpā īfligit̄ pœna, ita ꝓpter pniam remouet̄: iō poſt famē ꝓpt̄ pctā inductā, hîc cōſeq̄nter ponit̄ abūdātia ꝓpter pniam. & priò abūdātia & ícrudelitas puniēda p̄dicit̄. ſecundò vtrūq; adducit̄, ibi: Quatuor ergo viri. Circa primū dr̄: o ¶ Hæc di. Qui eſt ipſa ỽitas p eſſentiā. p ¶ In tēp. i. iſta hora die craſtina. q ¶ Modi⁹. i. dabit̄. eſt aūt ſtater gen⁹ pōderis. & ſignificat̄ hîc, ꝙ farina et ordeū debebāt dari ꝓ tā modico p̄tio, qd̄ videbat̄ impoſsibile reſpectu penuriæ in q̄ erant. iō ſubditur: r ¶ Reſpon. Tūc tp̄is reges in ſignum reuerentię ſuſtētabant̄ à principib⁹ ꝓut patet ex hoc loco & . 3. v. ca. de Naamā: reginæ ỽò à domicellis ſuſtētabant̄, vt hr̄ Eſther xv. s ¶ Si do. apiri. i. faciat pluere de cęlo abūdanter farinā & hordeū. t ¶ Nunqd. q̄ſi diceret nō: & qa p īcredulitatē detraxit diuię potētię, iō ſibi p̄dicit̄ pēa mortis, cū dr̄: v ¶ Vide. qa ī craſtino fuit interfectus in porta, vt patet in fine hui⁹ capi. x ¶ Quatuor. Hîc cōſequēter vtrūq; p Eliſeum p̄dictū adducit̄. Et primò abūdātia, ſecūdò īcredulitatis pœna, ibi: Pori ò rex ducē illū. Circa primū dicit̄: Quatuor er. Dicit Ra. Sa. ꝙ iſti erāt Giezi & tres filij ſui. y ¶ Iuxta in. Quia leproſi debebant extra ciuitates habitare, vt hr̄ Leui. xiij. z ¶ Siue ingredi. Licet em̄ deberent extra habitare, tamen in caſu tantę neceſsitatis poterāt ingredi ad quęrendū victū ſi poſſent inuenire. a ¶ Si pepercerint. compatiētes noſtrę infirmitati & fami, quod erat magis probabile q̄ oppoſitum. b ¶ Siquidem do. Diuina em̄ virtute factus eſt talis ſonit⁹ in auribus eorū, & imaginatio: de quibus ſecutus eſt timor & fuga oim relictis oibus ex velocitate fugę, vt ſaluarēt perſonas ſuas. ſecūdū qd̄ dr̄ Iob. ij. b. Cūcta q̄ habet hō, dabit ꝓ aīa ſua. Et comederunt

Moraliter. n ¶ Dixit au. Sequit̄: x ¶ Quatuor. p iſtos leproſos q bonū nūtiū

z ij * dixerunt

†ſaccum

†3. Re. 19. a

*rex

† opprimite eū in oſtio

D

†ſiclo &. ij.

Diuiſio

†diluculo

Moraliter

ditione ibuti, in q̄tuor mūdi
E partibus fidei ỽitatē p̄dicēt.
a ¶Por. Dux typū tenet
Matt.13.b. ſcribarū & Phariſęorū, ad
q̄s ỽitas ait: Vę vo. ſcrib. &
Pha. hypocritę, q claudit is
regnū cęlorū an̄ hoies. vos
em̄ nō intratis, nec itroeūtes
ſinitis intrare. Quē cōculca-
uit turba in porta, quia greſ
†vel puniemur ſū ad fidē introeūtiū ipedie
bat. vn̄ meritò cōculcat⁹. i.
examine iuſti iudicis dānat⁹,
ꝑpetuas mittet̄ in tenebras.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶Et come. vrgente
em̄ fame priò ỽterūt ſe ad
refectionē, & poſtea ad p̄dā.
b ¶Si ta. apud deū ſcien
tes afflictionē ppli nr̄i in ci-
uitate incluſi, & apud regē
tanq̄ ꝓditores boni publi-
ci. c ¶Nuntie. p portarū
cuſtodē, qa nō q̄rebāt illuc
itrare, nec fuiſſent ꝑmiſſi. Cę
tera patēt vſq; ibi: d ¶Ca
piem⁹. Et ſic poterim⁹ vti
ꝑſonis ad nr̄am ſeruitutē, &
tūc ciuitatē igredi poterim⁹
nullo eā defendēte, & ſic eo-
rū bōa habebim⁹ cū ꝑſonis.
Cętera patēt vſq; ibi. e ¶Fa
ctuſq;. Quia plures de po-
pulo de talibus p̄dis plus ra
F puerūt i caſtris q̄ erāt valde
munita, q̄ ſufficeret eis: &
iō dabāt reliduū ꝓ modico
p̄tio. f ¶Porro. Hīc conſe
quēter pōit̄ pœna ducis dei
potentię detrahentis, ſicut
p̄dixerat *Eliſeus*. & patet lite
ra ex dictis.

Moraliter ✻ dixerūt in Samaria: ſignan
tur doctores & p̄dicatores
in eccl̄ia habētes malā vitā
ſed bonā doctrinam: ꝓpter
qđ abominā da eſt eorū vi-
ta, ſed doctrina acceptanda
ſicut dicit ſaluator Mat. xxi-
ij. a. Sup cathedrā Moyſi ſe
derunt ſcribę & Phariſæi.
qđ vobis dixerint facite, o-
pera aūt eorū nolite facere.
Per Syros aūt à deo terri-
tos fugientes, ſignificant̄ dæ
mones p p̄dicationē Chriſti
& apoſtolorū fugati à pp̄lis
Gētiliū. Per caſtra ỽò ab eis
relicta, bonis tn̄ tpalib⁹ mu
nita, ſignant̄ principes & po
tētes hui⁹ ſeculi ad fidē Chri
ſti cōuerſi q̄rū bonis tpali-
bus replet̄ eccleſia p Sama-
riā ſignificata. ¶Aliter per
caſtra munita: pn̄t intelligi
philoſophi ad fidē Chriſti
cōuerſi, ſicut Dionyſi⁹ Am-
bro. Auguſti. & plures alij
bn̄ muniti auro ſapiētię phi
loſophicę, argēto eloquen-
tię, veſtib⁹ honeſtatis mūda
nę, q̄ oīa ad vtilitatē Sama-
riæ. i. eccl'ię ſunt conuerſa.
f ¶Por. Per iſtū q fuit icre
dul⁹ ỽbo Eliſei itelligit̄ qli-
bet icredul⁹ ỽbo p̄dicātis ỽ
bū dei. & iō ſicut ille dux ex
hoc incurrit mortem cor-
poralem

& comederūt, & biberunt. Tuleruntq; inde argētum a
& aurum & ueſtes, & abierunt & abſconderunt. Et
rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum, & inde
ſimiliter auferentes abſconderunt. Dixerūtq; ad in-
uicem: Non rectè facimus. Hęc enim dies boni nūtij
eſt. Si tacuerimus & noluerimus nuntiare uſque ma b
ne, †ſceleris arguemur. Venite eamus, & nuntiemus c
in aula regis. Cumq; ueniſſent ad † portam ciuitatis
narrauerunt eis, dicentes: Iuimus ad caſtra Syrię, &
nullum ibidem reperimus hominem, niſi equos &
aſinos alligatos, & fixa tentoria. Ierunt ergo porta-
rij, & nuntiauerunt in palatio regis intrinſecus. Qui
ſurrexit nocte, & ait ad ſeruos ſuos: Dico uobis, quid
fecerint nobis Syrij. Sciunt quia fame laboramus, &
idcirco egreſſi ſunt de caſtris, & latitant in agris, di-
centes: Cùm egreſſi fuerint de ciuitate, capiemus eos d
uiuos: & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Reſpō-
dit autem unus ſeruorum eius: Tollamus quinque
equos qui remanſerunt in urbe (quia ipſi tantū ſunt
in uniuerſa multitudine Iſraël, alij enim conſumpti
ſunt) & mittentes explorare poterimus. Adduxerūt
ergo duos equos, miſitq; rex ad caſtra Syriorum, di-
cens: Ite, & uidete. Qui abierunt poſt eos uſq; ad Ior
danem. Ecce autem omnis uia plena erat ueſtibus
& uaſis quę proiecerant Syri cùm turbarentur. Re-
uerſiq; nuntij indicauerūt regi. Et egreſſus populus,
diripuit caſtra Syrię. Factuſq; eſt †modius ſimilę ſta e
tere uno, & duo modij hordei ſtatere uno, iuxta uer
a bum domini. Porrò rex ducē illum in cuius manu in f
cubuerat conſtituit ad portam. Quē conculcauit tur
ba in introitu portę, & mortuus eſt, iuxta quod lo-
cutus fuerat uir dei, quando deſcēderat rex ad eum.
Factumq; eſt ſecundum ſermonem uiri dei, quem di
xerat regi, quando ait: duo modij hordei ſtatere uno
erunt & modius ſimilę ſtatere uno, hoc eodem tem-
pore cras in porta Samarię: quādo reſponderat dux
ille uiro dei & dixerat: etiam ſi dominus fecerit cata-
ractas in cęlo, nunquid fieri poterit quod loqueris?
Et dixit ei: uidebis oculis tuis & inde non comedes.
Euēnit ergo ei ſicut prędictum fuerat: & conculcauit
eum populus in porta & mortuus eſt.

## Cap. VIII.

Eliſeus autem locutus eſt ad mulie- g h
rem, cuius uiuere fecerat filium, di-
cens: Surge, uade tu & domus tua &
peregrinare ubicunq; reperiris. Vo- i
cabit enim dominus famem, & ue- k
niet ſuper terrā ſeptem annis. Quę
ſurrexit & fecit iuxta uerbum hominis dei. Et uadēs
cum domo ſua peregrinata eſt in terra Philiſthijm
diebus multis. Cūq; finiti eſſent anni ſeptem, reuerſa
eſt mulier de terra Philiſthijm, & ingreſſa eſt ut in- l
terpellaret regē pro domo ſua & pro agris ſuis. Rex m
autē loquebatur cū Giezi puero uiri dei dicēs: Narra
mihi omnia magnalia quę fecit Eliſeus. Cūq; ille nar
raret regi, quomodo mortuū ſuſcitaſſet, apparuit mu
lier cui⁹ uiuificauerat filiū clamās ad regē pro domo
ſua & pro agris ſuis. Dixitq; Giezi: Dn̄e mi rex, hęc
eſt mulier, & hīc eſt fili⁹ eius quē ſuſcitauit Eliſeus. Et
interrogauit rex mulierē q̄ narrauit ei uera eſſe. De- n

poralē, ſic iſte mortē ſp̄ualē. G
Secundū verò gloſſam iſte
dux typū tenuit ſcribarū
& Phariſęorū de qb⁹ dicit̄
Matt. xxiij. b. Vę vobis ſcri
bę & Phariſæi q clauditis
regnū cælorū an̄ hoies &c.
Et qm̄ alios ipediebāt, iuſtè
cōdēnati cōculcabūt̄, ſicut
ille dux ad cuſtodiā portæ
poſit⁹ impediebat turbā,
ne exiret ad p̄dā & à turba
fuit cōculcat⁹ in porta. †portariū

*NIC. DE LY.*

Cap. VIII. Diuiſio

Eliſeus. Nar-
ratis Eliſei mira
culis ꝓ maiori
pte, hīc cōſequē
ter ſcriptura reuertit̄ ad ꝓ-
ſecutionē hiſtorię. & qa hi-
ſtorię regū & ꝓphetarū cō
tēporaneorū ſimul curre-
bāt, iō primò deſcribunt̄ a
liq̄ facta ad Eliſei inſinuatio
nē. ſecūdò ptinētia ad regni
Iudę ꝓſecutionē, ibi: An-
no. v. Pr̄ia in duas ſecūdū
duo p̄nuntiata ab Eliſeo. ſe
cūda ibi: Venit ergo. Pr̄ia
aūt eſt de pegrinatione mu H
lieris Sunamitis ad dictū E
liſei, cū dicit̄: h ¶Locu.
Erat em̄ ſolicit⁹ de puero
tanq̄ de creatura ſua, qa ei⁹ †ſatū ſimilę ſiclo
cōceptionē & reſurrectio-
nē ipetrauerat: vt patet ex
dictis. iiij. c. & de m̄re q̄ ei
plura beneficia fecerat.
i ¶Peregri. ſ. cōmodum
tuū. i tali em̄ neceſſitate po
terāt filij Iſrl'iter ifideles ha
bitare, abſq; tn̄ ꝑticipatiōe
cū eis i pc̄tis. k ¶Vo. i. ex
ei⁹ ordinatiōe veniet. Dicit
Ra. Sa. q̄ iſta fuit fames de
q̄ loqt̄ur Iohel propheta.
l ¶Et in. Quia tpe ſuę ab
ſentię aliq iuaſerāt bōa ſua
iniuſtè. m ¶Rex. Ex hoc
vr̄, q̄ iſtud accidit anq̄ le-
pra ꝑcuteret̄: qa nō eſt ỽiſi
ſimile, q̄ rex cū leproſo tan
diu loq̄ret̄. frequēter em̄ in
ſacra ſcriptura pri⁹ facta po
ſteri⁹ ſcribunt̄. nec iſta locu
tio Giezi cū rege ponit̄ hīc
niſi ꝓpt̄ igreſſū hui⁹ mulie
ris ad regē. n ¶Deditq;. i.
vnū de ſeruis ſibi aſſiſtētib⁹.
Reſti tue ei.
Moral. g ¶Eliſeus. Per Moraliter
mulierē iſtā q̄ cū domo ſua
ad verbum Eliſei terrā ſuā
exiuit vt euaderet famem
in ea de ꝓpinquo futuram
ſignificat̄ ꝑſona q̄cūq; deuo
ta inſtincta ſp̄ūſſancti exit
ciuitatem vel villam ſuam
ad euadēdum panis vitę de
fectū: qui panis eſt dei ver-
bū & euchariſtię ſacramen
tum: qui defect⁹ cōtingit in
terris iterdicto ſuppoſitis,
in quibus nō eſt diuinorū
celebratio ſolēnis: nec per
cōſeq̄ns p̄dicatio ita ſolēnit̄
celebrat̄ ſicut ante. propter
✻ quod dicta

A ⁓ a ¶ Reſtitue ei.ſ.poſſeſsiones & fruct⁹ ab alijs occupatos: & hoc fecit rex ꝓpter reuerẽtiã miraculi ab Eliſeo facti in filio mulieris. b ¶ Venit. Hîc ponit̃ ſecũdũ.ſ.denũtiatio mortis Benadad & ſubſtitutio Hazaelis, cũ dicit̃: c ¶ Benadad. Dicit Ioſephus: ꝙ qñ iſte Benadad cognouit ſe fugatũ fuiſſe de obſidione Samariæ cũ tãto dãno, ſicut dictũ ẽ .c.pce. & cũ hoc nullo hoſte eũ inuadẽte, p̃ dolore hãc infirmitatẽ incurrit. d ¶ Conſule. Expertus eñ aliâs fuerat, ꝙ haberet notitiã futurorũ. e ¶ Habens ſecũ. Locutio eſt hyperbolica, ad deſignãdum ꝙ portabat magna bona & pluriũ ſpecierũ. f ¶ Filius. Humiliter loquit̃, vt impetraret ꝓphetę rñſum. g ¶ Dic ei. In Hebræo habetur: Dic ei viuens viues, & dicit Ra.Sa. ꝙ dixit hoc ꝓ Hazaele: viuẽs viues.i. regnabis poſt eũ hoc dicẽs vt excuſet ꝓphetam à mendacio. Sed hęc expoſitio videt̃ eſſe multũ extorta, & ideo dicunt alij, ꝙ Eliſeus nõ dixit hoc Hazaeli imperatiuè ſeu inductiuè, ſed tñ ꝓphetice: & iõ nõ eſt accipiendũ in ſenſu quẽ ſecit ſed pro quo ſit. ſic: Dic ei.i. dices: quia ꝓpheta videbat eũ ſic ſibi dicturũ de futuro. Sciẽdum tñ ꝙ hæc dictio lo, in Hebræo ſcribit̃ dupliciter. Vno mõ לו p Lamed & Vau: & tũc ſignificat idẽ qđ ei. Alio mõ לא per Lamed & Aleph: & tunc ſignificat idẽ qđ nõ. Hebræi eñ nõ habẽt literã o: ſed ꝓ ea aliqñ vtũt̃ Aleph, aliquando Vau: i hoc aũt loco ſcribit̃ p Lamed

*†Stareq̃ꝫ fecit faciem ſuã: & poſuit donec tardauit.i. cœpit eſſe triſti ĩ vultu & cõfundi*

B & Aleph: ſed punctat̃ acſi deſcriberet̃ p Vau. puncta verò nõ ſunt de ſubſtãtia literę apud Hebræos, nec fuerũt à principio literarũ: ſed inuenta poſtea ad facilius legendum. & ideo videtur ꝙ à principio hîc fuit ſenſus huius literę. Dic: nõ ſanaberis, vel non viues. & ſic nulla eſt difficultas in ſaluando veritatem dicti ꝓphetę, q̃uis, Hazael oppoſitũ magiſtro ſuo retulerit, quẽ nõ oportet de mẽdacio excuſar̃. h ¶ Stetitq̃ꝫ cum.i. cõtinuit ſe à fletu quantũ potuit. k ¶ Qua. do. ſic eũ alloquit̃ ꝓpter reuerẽtiã ꝓphetiæ. l ¶ Et pręgnantes. In quo apparet maxima crudelitas. m ¶ Quid enim ſum. q.d. non ſum ita potens, ꝙ poſſem tanta facere: & ſi poſſem, nõ ſum tã crudelis vel caninus ꝙ vellẽ. n ¶ Tulit. i. pannum qui extẽdit̃ ſuper lectum. o ¶ Et infu. Dicunt aliqui, ꝙ hoc fecit ad refrigerandum regem, qui nimio calore affligebat̃. Alij dicũt & ꝓbabilius vt videtur, ꝙ hoc fecit ad ſuffocandum eum occulte. vnde dicit Ioſephus ꝙ ſtrangulauit eum deſiderio regnãdi poſt eum, ſicut dixerat ꝓpheta. p ¶ Anno quinto. Hîc cõſequenter deſcribit̃ ꝓſecutio regni Iudæ, tpe Ioram filij Ioſaphat. & tunc hoc nomen Iorã fuit æquocũ ad regẽ Iſrael, & ad regẽ Iuda. Primò ergo deſcribit̃ regnũ Iorã regis Iudæ, ſecundò filij eius Ochozię, ibi: Anno duodecimo. Circa primũ dicitur: Anno v. Ioram fi. Achab regis Iſrael. In aliquibus libris addit̃: Ioſaphat regis Iudæ, & meritò, quia ſic eſt in Hebręo: & eſt ſenſus, ꝙ quinq̃ꝫ anni primi regni Iorã filij Achab, & quinq̃ꝫ vltimi regni Ioſaphat ſimul concurrerunt

*Puncta literis Hebraicis aſsignata, lrę ſubſtãtiã non variant*

*†vel pãnũ denſũ Chal. interp̃. lintheum, vel operimẽtũ*

*†2.Re.7.b*

*Diuiſio*

a dit q̃ꝫ ei rex eunuchum unum dicens: Re-
ſtitue ei omnia quę ſua ſunt: & uniuerſos
redditus agrorũ, à die qua reliquit terram
b uſque ad pręſens. Venit quoque Eliſeus
c Damaſcũ, & Benadad rex Syrię ęgrota-
bat. Nuntiauerũt q̃ꝫ ei, dicentes: Venit uir
dei huc. Et ait rex ad Hazael: † Tolle tecũ
munera, & uade in occurſum uiri dei, &
d cõſule dominum per eum, dicens: Si eua-
dere potero de infirmitate mea hac? Iuit
e igitur Hazael in occurſum eius habens ſe
cũ munera & omnia bona Damaſci, one
ra quadraginta camelorum. Cum q̃ꝫ ſtetiſ
f ſet corã eo, ait: Fili⁹ tu⁹ Benadad rex Sy
rię miſit me ad te, dicens: Si ſanari potero
g de infirmitate mea hac? Dixitque ei Eli-
ſeus: Vade, dic ei, Sanaberis: porrò oſten
dit mihi dominus, quia morte morietur.
h †Stetit q̃ꝫ cũ eo, & conturbatus eſt uſq̃ꝫ ad
i ſuffuſionem uultus. Fleuit q̃ꝫ uir dei. Cui
k Hazael ait. Quare dominus me⁹ flet. At
ille reſpondit: Quia ſcio quę facturus ſis
filijs Iſraël mala. Ciuitates eorum muni-
tas igne ſuccendes, & iuuenes eorũ interfi
l cies gladio, & paruulos eorum elides, &
m pręgnãtes diuides. Dixit q̃ꝫ Hazael: Quid
enim ſum ſeruus tuus canis, ut faciã rem
iſtam magnam? Et ait Eliſeus: Oſtendit
mihi dominus te regem Syrię fore. Qui
cùm receſsiſſet ab Eliſeo, uenit ad domi-
num ſuum. Qui ait ei: Quid tibi dixit Eli
ſeus? At ille reſpõdit: Dixit mihi recipies
ſanitatem. Cum q̃ꝫ ueniſſet dies altera, tu-
n o lit †ſtragulum & infudit aquam, & expan
dit ſuper faciẽ eius. Quo mortuo regna-
uit Hazael pro eo. Anno quinto Iorã fi p
lij Achab regis Iſraël, regnauit Ioram fi-
lius Ioſaphat rex Iuda. † Trigintaduo-
rum erat annorum cùm regnare cœpiſ-
ſet, & octo annis regnauit in Ieruſalem. q
Ambulauitque in uijs regum Iſraël, ſicut
ambulauerat domus Achab. Filia enim r s
Achab erat uxor eius. Et fecit quod ma-
¶ Vel conſpectu domini.
lum eſt coram domino. Noluit autem t
dominus diſperdere Iudam propter Da-
uid ſeruum ſuum, ſicut promiſerat ei, ut
daret illi † lucernam & filijs eius cunctis
diebus. In diebus eius receſsit Edom ne v
eſſet ſub Iuda, & conſtituit ſibi regem. x
Venitque Ioram in Seira, & omnis exer-
citus cũ eo. Et ſurrexit nocte, percuſsit q̃ꝫ y
Idumęos qui eum circundederant & prin
cipes curruum: Populus autem fugit in ta
bernacula ſua. Receſsit ergo Edõ ne eſſet
ſub Iuda uſque ad diem hanc. Tunc receſ z
ſit & Lobna in tempore illo. Reliqua au-
tem ſermonum Ioram, & uniuerſa quę fe
cit, nónne hęc ſcripta ſunt in libro uerbo-
rum dierũ regum Iuda? Et dormiuit Io-

Sed contra hoc videt̃ qđ dictũ eſt. ſ. C ca. iij. ꝙ Iorã fili⁹ Achab cœpit regnare anno. xviij. regis Ioſaphat. Ioſaphat aũt regnauit. xxv. annis: vt habet̃. ſ. iij. li. c. vl. & ſic Iorã fili⁹ Achab regnauit cũ eo nõ ſolũ. v. annis, ſed. vij. Dicẽdũ, ꝙ Ochozias frater Iorã ex caſu de cœnaculo ſuo incurrit lãgorẽ, vt hr̃ ſ. j. ca. & extũc Iorã frater eius gubernauit regnũ. & ſecũdũ hoc aliqñ computat̃ tẽp⁹ regni ſui extũc & fuit xviij. anno Ioſaphat regis Iudæ in fine illi⁹ anni, & ſic regnauit cũ eo vij. annis. Aliqñ verò accipit̃ tp̃s regni ſui à tpe mortis fratris ſui, & ſic regnauit cũ Ioſaphat. v. annis. Et eodẽ mõ regnũ Ochozię aliquãdo cõputat̃ vſq̃ꝫ ad mortẽ ei⁹, aliqñ ſolũ vſq̃ꝫ ad caſum p̃dictũ, vñ fuit ĩpotẽs ad regẽdũ: & ſecundũ hæc & ſimilia frequẽter variant̃ numeri annorũ in ſcriptura. q ¶ Regnauit. Loqtur hîc ſcriptura de regno ei⁹ poſt mortẽ patris: tñ añ cœperat regnare viuẽte pr̃e, ſicut dictũ fuit ſ. iij. li. c. vl. r ¶ Ambulauit q̃ꝫ. i. in malis eorũ cuius cauſa ſubditur: s ¶ Filia ei. ĩ. eo. c. dicit̃, ꝙ Athalia vxor huius Iorã fuit filia Amri patris Achab, ſed mortuo patre Achab eam nutriuit, & ſic dicitur eius filia. ¶ Vel poteſt dici, ꝙ fuit filia Achab: & tamen dicitur filia Amri, quia filij filiorũ dicũtur filij parẽtum, q̃ fuerat nutrita in idololatria, ad quã p ipſam fuit tractus marit⁹ ſuus. Nec mirũ quia & Salomon ſapiẽtiſsim⁹ p vxores ſuas ad hoc fuit tractus, vt hr̃ ſ. iij. li. c. xj. t ¶ Noluit. quamuis meruiſſet ꝓpter reges & populi cũ ſequẽtis malitiã, diminuit tñ eius ptãtẽ, vñ ſubditur: v ¶ In die. eius. i. Idumęa. x ¶ Et conſtituit. A tpe eñ Dauid vſq̃ꝫ nũc nõ fuerat ibi rex ꝓpriè dict⁹, ſed p̃fect⁹ p regẽ Iuda poſitus. y ¶ Et ſur. noc. Glo. Ra. Salo. q̃ habitabant ꝓpe regnũ ſuũ, nõn tñ tñ p̃ualuit ꝙ eos poſſet redigere ſub tributo ſicut prius. z ¶ Tunc re. & Lobna &c. Quędã ciuitas eſt de regno Iudæ fortis & potens, quæ regi rebellauit, quia erat prope terminos Edom, vt habet̃ Ioſue. xv. & coniunxit ſe Idumæis in hac rebellione.

*†3.Re.4.a*

D

*†2 Pa.21.b*

⁓ Sepultus q̃ꝫ eſt cũ

⁎ qđ dicta pſona ſe transfert ad alium locũ: vbi ſolenniter celebrant̃ diuina. a ¶ Reſt. p hoc eñ ꝙ dicta mulier pacta pegrinatiõe ſua cõſecuta fuit integrè ſuã hæreditatẽ de mãdato regis, ſignificatur ꝙ perſonæ circa diuina deuotè peracta peregrinatione vitæ præſentis, ſi fuerint omnino purgatæ de mandato regis gloriæ ſtatim conſequuntur hæreditatem patriæ cæleſtis. i ¶ Fleuit q̃ꝫ vir dei. Allegoricè per hunc dei virum ſignificatur homo Chriſtus qui dicitur vir dei in quantũ eius humanitas coniũcta fuit deo in ſuppoſito verbi. Ipſe verò videns mala futura ſuper ciuitatem Ieruſalẽ & ppl̃m Iudęorũ, de q̃ erat ſcđm carnẽ fleuit p cõpaſsionẽ vt hr̃ Lucę ix, ſicut Eliſe⁹ fleuit vidẽs in ſpũ mala q̃ factur⁹ erat Hazael populo Iſrael. ¶ Moraliter aũt p fletũ Eliſei ſignificat̃ compaſsio cuiuſlibet perſonæ bonę in malo ꝓximi ſui iã p̃ſenti vel de proximo imminente.

*Moraliter*

Cap. IX.

E ELiſeus. Sequit. a ℭVide. Ra. deſignat gentiũ principatũ, quẽ dñs deſtinauit vt ſacrilegã ciuitatẽ, q̃ ꝓphetas & dñm ꝓphetarũ occidit, & apl'os ei⁹ ꝑſecuta eſt, vltiõe iuſta ꝑimeret, & ſacerdotiũ qđ poſt Chriſtũ inaniter habuerat deſtrueret, tẽpliũq́ ſubuerteret nec nõ & ipſã ſynagogã, quę ſanguinẽ ſanctorũ ſemꝑ ſitiebat, de regni culmine p̃cipitaret, ac rectores illi⁹ inficeret.

☞ regnauit

*Nicolaus de Lyra.*

a ℭSepultusq́. Nõ tñ fuit ſepult⁹ i ſepulchris regalib⁹, vt patet .ij. Para. xxj. b ℭAnno. Hîc cõſequẽter deſcribit ꝓſecutio regni Iudæ ſub Ochozia filio Iorã cuius malitia ſubdit, cũ dicit: c ℭEt a. q fuit idololatra peſſim⁹, vt patet ex dictis. ſ. iij. li. & c. malitię ipſi⁹ Ochozię ſubdit, cũ dr: d ℭGe-
F ner. i. genit⁹: qa mr̃ ſua fuit filia Achab, vel ſoror ſecundum alios, vt dictum eſt. e ℭAbijt. ꝓpter iſtã affinitatem, & vt ibi interficeretur propter ſuam malitiam ſecũdũ dñi ſñiam: vt hr̃. c. ſe. f ℭQui re. ſ. Iorã fili⁹ Achab, dimiſit tñ ibi exercitũ vt ex dñi volũtate ibi fieret cõſpiratio cõtra eũ ipſo abſente, & cõtra domũ Achab ſicut p̃dixerat Elias.

*NIC. DE LY.*

Cap. IX.

ELiſeus. Superi⁹ deſcripta eſt regni Ioram ꝓſecutio, hîc cõſequẽter deſcribitur totius domus Achab exterminatio: & primò q̃tũ ad principales ꝑſonas, ſecũdò q̃tũ ad ſecundarias. c. x. Prima in tres, qa primò deſcribit, ipſius Iorã filij Achab occiſio, ſecundò Ochozie regis Iudę ꝑſecutio ibi Ochozias aũt. tertiò, reginę Iezabel mors & laceratio, ibi: Venitq́. Pria adhuc in tres quia primò deſcribit ipſius Iehu inunctio. ſecũdò inuncti cõfirmatio, ibi: Iehu aũt. tertiò dñi ſui interfectio, ibi: Et aſcendit. Circa primũ dr: Eliſeus & c. i. de diſcipulis ſuis, vt ipleret ꝑ ipſũ illud qđ fuerat dictum Elię de vnctione Iehu in regẽ ſuꝑ Iſrael ad deſtruẽdũ domũ Achab vt habet. ſ. iij. li. c. xix. ꝓpter quod dicit hîc. Ra. Sa. ꝙ iſte fuit Ionas fili⁹ Amathi quẽ ſuſcitauit Elias: & oblat⁹ fuit Elię â matre vt eſſet ei⁹ diſcipulus, ſicut dictũ fuit. ſ. iij. li. c. xix. h ℭAccinge. i. diſpone te ad eundũ velociter & expedi

†3. Re. 15. g.

† ſubter eũ ſuꝑ faſtigiũ graduũ. i. ſupmum e gradibus more regio vice throni veſtib⁹ ſuꝑ perpoſitis. Chal. iterp. ſubter eum ad gradum horarum. i. horologiũ ſolare.

ram cũ patribus ſuis, ſepultusq́ eſt cũ eis in ciuitate Da a
uid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno duo- b
decimo Iorã filij Achab regis Iſraël, regnauit Ochozias
filius Ioram regis Iudę. Viginti duorum annorum erat
Ochozias cũ regnare cœpiſſet, & uno anno regnauit in
Ieruſalem. Nomẽ matris eius Athalia, filia Amri regis c
Iſraël. Et ambulauit in uijs domus Achab, & fecit quod
malum eſt coram domino ſicut domus Achab. Gener d
E ſita frondentibus,in quibus dęmonibus immolabant, vel domino locorũ amœnitate illecti contra interdictum, relicto altari quod erat in templo illuc oblaturi cõſuebãt. vñ ſępius in hoc libro dicitur de regib⁹ minus pfectis: verũtamē excelſa non abſtulit. b ¶Quę ędifi.&c.Ra. Hîc oſtenditur qđ Salomon de admiſſo idololatrię ſcelere nunq̃ perfectè pœnituit. ſi eñ verè pœnituiſſet, ſategiſſet añ omnia vt idola quę ædificauerat, de ciuitate tollerentur, & non in ſcandalum ſtultorum, quę ipſe cũ eſſet ſapientiſsimus erronea fecerat, quaſi ſapienter facta relinqueret. c ¶Et Chamos.Ra.alibi legiter qđ ędificauit Salomon phanum Chamos in monte qui eſt contra Ieruſalem. Sed non eſt contrarium, q̃a mons iſte in tanta erat vrbis vicinia, vt ad ipſã ptinere, ipſã q̃s ſordib⁹ q̃ i eo congerebantur, contaminare videretur. d ¶Offenſioni Moab. Ra. Idola dicuntur offenſio. quia vl' illis offenditur deus, vel offenſionem & ruinam ſuis afferunt cultoribus. e ¶Tulit oſſa &c. Ioſias oſſa mortuorum cremari ſuper altare iuſsit, quia pphana fuerunt eorũ ſacrificia, & p errorē idololatriæ nõ ſolũ pecora dæmonibus offerebant, ſed & ſeipſos in poteſtatem dæmonum tradiderunt: qui iuſto dei iudicio ſimul cũ altari qđ idolis fabricauerant, diſſipandi erant. ¶Myſticè. qui diabo li ſeruitio mancipati vitam ſacrilegã temporaliter finiunt, æternis cruciatibus conſumentur, deo retribuente ſecundum merita. f ¶Facite pha. Rab. Allego. Ioſias typum tenet ſaluatoris, qui ſalus & fortitudo domini dicitur. Vnde: Dominus fortis dominus potens in prælio. & alibi: Ipſe eñ ſaluum faciet populum ſuum à peccatis eorum. Ipſe quidē zelo dei mundat terram Iudę & Ieruſalem ab immundițijs & abominationib⁹. Vnde: Zelus dom⁹ tuę comedit me. Et iterum. Cuius ventilabrum in manu ſua, & purgabit aream ſuam. Et alibi: Et purgabit filios Leui. Celebrat ergo Ioſias noſter verum phaſe in decimooctauo anno regni ſui, quando in octaua ætate generali reſurrectione perpetrata, ſanctos ſuos cum perfectione bonorum operũ perducit ad beatitudinis denariũ: eiectis prius omnibus ſcandalis de regno eius. vnde: Ecce dies veniet ſuccenſa, & erunt omnes facientes impietatem ſtipula, & inflãmabit eos dies veniens: & orietur vobis timentibus ſol iuſtitię. g ¶Nec fuit tale phaſe. Quia ablatis figuris in die iudicij, tranſibunt ſancti de morte ad vitam, ſicq̃ in conſpectu conditoris ſui gaudebunt, quia videbitur deus deorum in Sion. ¶Ra. Quod Ioſias eiectis idolis de terra pythonib⁹ ariolis & omnibus immunditijs, domini phaſe celebraſſe legitur. Moraliter docet, vt primò purgemus terram cordis à vitijs, vt ſeruire poſſimus deo. Sicq̃ gratum domino celebramus paſcha: non vtiq̃ in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. ☞ In Magd

[Left margin: †immunda eſſe cēſuit & infrâ. — 3.Rab.11.b. ※ & — † Reg.13.g. — F — Myſticè — †oſſa, pphetę dei ſeruãt — Pſal.23.b. — Mat.1.d. — 3.Eſdrę.1.a. — Pſal.68.b. — Matt.3.c. — Mal.3.a. — Mal.4.a. — Pſ.83.b. — Moraliter — 1.Cor.5.c.]

& diſperſit cinerem eorum in torrentem Cedron. Excelſa quoq̃ quę erant in Ieruſalem ad dexteram partem montis †offenſionis, quæ ædificauerat Salomon rex Iſraël Aſtaroth idolo Sidoniorum, & Chamos †offenſioni Moab, & Melchon abominationi filiorum Ammon †polluit rex, & contriuit ſtatuas, & ſuccidit lucos, repleuitq̃ loca eorum oſsibus mortuorum. Inſuper & altare quod erat in Bethel, & excelſum quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Iſraël, & altare illud ※ excelſum deſtruxit, atque combuſsit, & comminuit in puluerem, ſuccenditq̃ etiam lucum. Et conuerſus Ioſias uidit ibi ſepulchra quæ erant in monte, miſitq̃ & tulit oſſa de ſepulchris, & combuſsit ea ſuper altare, & polluit illud †iuxta uerbum domini, quod locutus eſt uir dei qui prędixerat uerba hæc, & ait: Quis eſt †titulus ille quem uideo? Reſponderuntq̃ ei ciues urbis illius: †Sepulchrum eſt hominis dei, qui uenit de Iuda, & prædixit uerba hæc quæ feciſti, ſuper altare Bethel. Et ait: Dimittite eum: nemo commoueat oſſa eius. Et intacta manſerunt oſſa illius, †cum oſsibus prophetæ qui uenerat de Samaria. Inſuper & omnia phana excelſorum, quæ erant in ciuitatibus Samarię, quæ fecerant reges Iſraël ad irritandum dominum, abſtulit Ioſias, & fecit eis ſecundum omnia opera quæ fecerat in Bethel. Et occidit uniuerſos ſacerdotes excelſorum qui erant ibi, ſuper altaria, & combuſsit oſſa humana ſuper ea. Reuerſusq̃ eſt Ieruſalem, & [Ioſias.] præcepit omni populo dicens: †Facite phaſe domino deo ueſtro, ſecundum quod ſcriptum eſt in libro fœderis huius. Nec enim factum eſt phaſe tale à diebus iudicum, qui iudicauerũt Iſraël, & omnium dierum regum Iſraël & regum Iuda, ſicut in octauodecimo anno regis Ioſiæ factum eſt phaſe iſtud domino in Ieruſalem. Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, & immunditias, & abominationes quæ fuerunt in terra Iuda, & Ieruſalem, abſtulit Ioſias ut ſtatueret uerba legis quæ ſcripta ſunt in libro quem inuenit Helcias ſacerdos in templo domini. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde ſuo, & in tota anima ſua, & in uniuerſa uirtute ſua, iuxta omnem legem Moyſi: neque poſt eum ſurrexit ſimilis illi. Veruntamen non eſt auerſus dominus ab ira furoris ſui magni, quo iratus eſt furor eius contra Iudam, propter irritationes quibus prouocauerat eum Manaſſes. Dixit itaque dominus: Etiam Iudam auferam à facie mea, ſicut abſtu

[Interlinear: ſ Idoli.]

a ¶Et diſperſit cinerē eorũ &c. vt nõ remaneret illi⁹ idololatriæ memoria. b ¶Ad dexterã par. mõ. &c. Iſte eſt mõs Oliueti prope Ieruſalem. & vocatur hîc mõs offenſionis, eò q̃ Salomon offēdit deũ, ędificãdo ibi tēpla idolorũ p vxorib⁹ ſuis: vt. ŝ. hř. iij. lib. c. xj. c ¶Repleuitq̃ loc. eo. oſſi. mor. p hoc deſignãs qđ erãt loca cõtamiata proptē idololatriã ibidē ppetratã. d ¶Et altare qđ &c. vt hř. ŝ. iij. lib. c. xij. e ¶Et tulit oſſa. ſicut p̃dictũ fuerat per prophetam domini, vt habetur. ŝ. li. iij. c. xiij. f ¶Quis eſt titulus ille. Cũ eſſent ibi multa ſepulchra, q̃ritur quare ibi Ioſias ſpecialiter quęſiuit de illo. Ad quod rñdet Rab. Sa. qđ vidit ex vno latere ſepulchri herbas fœtidas & pungentes ortas, vt ſpinas & vrticas & huiuſmodi, ex alio verò latere herbas bonas & ſuauiter redolentes vt balſamum & huiuſmodi. Poteſt etiam dici, qđ falſus propheta qui fecerat ſe ibi ſepeliri, vt parceretur oſſibus eius propter merita prophetę ſancti ibidem ſepulti, fecerat ibi ſignum notabile, & ſcripturam per q̃ cognoſcebatur, qđ erat ſepulchrum prophetæ ſancti, qui de Iuda venerat. & proptē hoc Ioſias rex Iuda ſpecialiter quæſiuit de illo ſepulchro. g ¶Inſuper & omnia &c. quia Iudęi decem tribuum qui captiuatis alijs latuerant, & poſtea habitabant in ciuitatibus illis obediebant Ioſię ad commonitionem Ieremiæ prophetæ, vt dicit Ra. Sa. h ¶Reuerſusq̃ eſt Ie. Hîc conſequenter oſtenditur deuotio Ioſiæ ex phaſe ſolenni celebratione. vnde ſubditur: i ¶Nec enim factum eſt tale phaſe. id eſt ſolennitas paſchalis tanta. k ¶A diebus iudicum. ij. Parali. xxxv. a. dicitur: A diebus Samuelis. & in idem redit, quia fuit vltimus iudicum, vt habetur ſuprà. j. libro cap. xij. non legitur tamen quòd filij Iſrael tempore iudicum ſolenniter celebrauerũt phaſe, ſed tempore Ioſue celebrauerunt, vt habetur Ioſue. v. non enim omnia ſcripta ſunt quæ facta fuerũt. l ¶Sed & pythones & ariolos & figuras idolorum &cę. Iſta ſunt frequenter expoſita ſuperi⁹. m ¶Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad dominum in omni corde ſuo. licet enim Dauid in aliquibus fuerit deuotior, iſte tamen fuit innocētior, quia talia crimina non commiſit ſicut Dauid. n ¶Veruntamen non eſt auerſus dominus ab ira furoris ſui magni, quo irat⁹ eſt fu. quia ſctitas Ioſiæ non expiauit malitias p̃deceſſorũ ſuorũ q̃ fuerãt nimis magnæ, & q̃tũ ad grauitatem cri-

※ h ¶Reuerſusq̃ eſt Ieruſalē. Per hoc autem figuratum fuit, qđ beatus Ludouicus in ſuo reditu in Franciam fecit, quę conuenienter dicitur Ieruſalem, i. pacifica: quia terra Franciæ inter alias terras longo tpe per dei gratiã fuit magis pacifica & quieta. In hac aũt Ieruſalē beat⁹ Ludouicus ordinauit facere phaſe: quia tũc tpis multas conſtrui fecit eccl'ias ad celebrãdũ euchariſtię ſacramentũ qđ eſt verum phaſe Chriſtianorum. ※ In die

[Right margin: G — †corruptionis aut perditionis. i. mõtis Oliueti. ſic appellati i vitupeꝛiũ, ob ędificiũ qđ illuc ædificauerat ad colēdũ idola — † abominationi — Queſtio — †3.Re.13.a. — † tumulus — H — †2.Pa.35.a. — †aſpiciebãt. — Moraliter]

A a ¶ In Mag. Ra. Ioſias vulneratus eſt in cãpo Mageddo. vnde & ſtatim mortuus eſt. Luxitq; eum populus multũ, Ieremias maximè. Tunc enim dicit̃ ita lamẽtaſſe, Q̃uo ſedet ſola ciuitas. De hoc planctu dicitur; Et erit plãctus in Ieruſalẽ; ſicut plãctus Adremon, qđ nomẽ eſt regis qui tũc regnabat in Charchamis, in cuius auxiliũ Ioſias venerat aduerſus Nechao regem Aegypti. ¶ Rab. Interfectio Ioſiæ à Pharaone Nechao facta in Mageddo, ſignificat pſecutionẽ antiqui hoſtis aduerſus p̃dicatores, quos p inuidiã neci tradere molitur, & auferre de terra eccleſiæ conat̃; q̃tenus facilius totã plebẽ diſſipare poſsit Pharao diſsipãs, Nechao pcuſsio, Mageddo de tẽtatione. Permiſſus quippe diabolus cõſurgere aduerſus ſctõs, hic totis viribus certat; q̃tenus tẽtãdo gregẽ dñi percutiẽs diſsipet, eoſq; primũ auferat q̃rum ſolatio adiuti cõtra hoſtẽ dimicare debuerãt.

Tren.1.a. Zach.12.d.

C gem Aſſyriorum tranſiuit per partem regni Iuda, & ideo Ioſias nolebat hoc ſuſtinere, timens ne ingreſſus terram ſuam eam caperet, vel ſaltem ſpoliaret. c ¶ Et occi. nomen eſt loci. d ¶ Cum vidiſ. Id eſt pugnaſſet contra eum. e ¶ Tulitq; popul. Hîc conſequenter deſcribitur ſubſtitutio diſsimilis, quia Ioachaz filius Ioſię fuit idololatra peſsimus. ideo ſubdit: f ¶ Et fecit malum &c. ſ. Manaſſes, Achaz & alij qui fuerant peſsimi, propter qđ traditus eſt in manus regis AEgypti. vnde ſubditur: g ¶ Vinxitq; eum. cũ em̃ Pharao cepiſſet Syriam, mãdauit pro Ioachaz vt veniret ad eũ in Rebla, quæ eſt ciuitas Syriæ. & ille non audẽs renuere, eò qđ nõ habebat virtutẽ reſiſtendi, miſſus eſt ab eo vinctus in AEgyptum, & ibidem mortuus. h ¶ Regemq; conſti. &c. fratrem Ioachaz ſeniorem ipſo. ſed populus terrę prępoſuerat iuniorem, ad hoc inductus per amicos ex parte matris ſuæ, q erant potentes in regno. ſci. Pharao reſtituit regnũ ſeniori, vt ſibi fidelius ſeruiret. i ¶ Vertitq; nomẽ eius Ioacim. ſic debet ſcribi: ſcilicet per ſimplex, k, & m, in fine, quia in Hebræo ſcribitur per Coph & Mem, q̃bus correſpondent apud nos, k, & m, mutauit autem rex AEgypti nomẽ eius in ſignum & memoriam qđ ipſe creauerat eũ regem. k ¶ Argentũ autem & au. dedit &c. reddens ei diligẽter tributum, qa reſtituerat ſibi regnum.

† 2.Pa.35.c.

† occidit eũ

b ¶ Ioachaz. Ra. Alio noĩe Sellum dr̃, ſed qa puerſiſsimus fuit, paruo tp̃e regnauit. nã Nechao vinxit eũ, eò qđ ppl̃s cõtra ſuã volũtatẽ cõſtituiſſet eũ regẽ & duxit illũ in AEgyptũ. ¶ Ra. Ioachaz retẽtus ſignificat malos doctores, q̃s ppl̃s terrę. ſ. terrenæ cupiditati dediti, cõſentientes vitijs ſuis p̃latos eligũt. q̃s Pharao ĩ Rebla vinxit, cũ diabolus p multitudinẽ adulatorũ eneruans decipit corda p̃latorũ, ſicq; ĩ ſpiritualis AEgypti vinctos catenis peccatorũ tenebroſam mergit abyſſum.

† 2.Pa.36.a.

c ¶ Argentũ au. Ra. Malignus cẽſum ſeruitij ſui populo carnali expetit, vt tã ſenſu q̃ eloquio eius p oĩa parati ſint obſequio. Ioacim pręcepto regis cenſum exigit, qa diabolus p ſibi

B deditos magiſtros, ab vnoquoq; exigit ſcđm vires ſuas peccati cẽſum ſoluere, ſicq; in nequiter prælatis quotidie pręparat perditionem ſubiectis.

li Iſraël, & proiiciam ciuitatem hanc quam elegi Ieruſalem, & domum de qua dixi: erit nomen meum ibi. Reliqua uerò ſermonum Ioſiæ, & uniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro uerborum dierũ regum Iuda? † In a diebus eius aſcendit Pharao Nechao rex Ægypti, cõtra regem Aſſyriorum ad flumen Euphraten, & abiit Ioſias b rex Iuda in occurſum eius, & † occiſus c

a eſt in Mageddo, cùm uidiſſet eum. Et d portauerunt eum ſerui ſui mortuum de Mageddo, & pertulerunt in Ieruſalem, & ſepelierunt eum in ſepulchro

b ſuo. † Tulitq; populus terræ Ioachaz e filium Ioſiæ, & unxerunt eum, & conſtituerunt eum regem pro patre ſuo. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cùm regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram domino, iu- f xta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitque eum Pharao Nechao in g Reblå quæ eſt in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalem. Et impoſuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. Regemq; conſtituit Pha- h rao Nechao Eliacim filium Ioſiæ pro Ioſia patre eius, uertitq; nomen eius Io- i acim. Porrò Ioachaz tulit, & duxit in

a Ægyptum ✳. Argentum autem, & au- k rum dedit Ioacim Pharaoni, cùm indixiſſet terræ per ſingulos ut conferretur ✳ iuxta præceptum Pharaonis. Et ununquenque iuxta uires ſuas exegit, tam argentum quàm aurum de populo terrę, ut daret Pharaoni Nechao. Vigintiquinque annorum erat Ioacim cùm regnare cœpiſſet, & undecim annis regnauit in Ieruſalem. Nomen matris eius Zebda, filia Phadaia de Ruma. Et fecit malum coram domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

a ¶ Multitudine. ¶ Rebla multitudo interpretatur.

a ¶ Id eſt pecuniam multam & tributum.

Cap. XXIIII.

a IN diebus eius aſcendit l m Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt n ei Ioacim ſeruus tribus annis, & rurſum rebella-

✳a ¶ In diebus eius aſcendit Pha. Contra quẽ iuit Ioſias, & ibidem mortuus & per ſeruos ſuos ad ſepulchra regum ĩ Ieruſalem reportatus. Per regem AEgypti ſignificat̃ Soldanus Babylonię, q̃ ẽ in AEgypto, Contra ipſum autem accepit ſecũdò ſanctus Ludouicus crucẽ, & in illo paſſagio fuit defunctus: & inde per homines ſuos in Franciam ad regum ſepulchra deportatus. e ¶ Tulitq; po. ter. Ioac. de iſto Ioacim fratre ſuo nihil dr̃. notabile myſticandum. D

Moraliter

## GLO. ORDI.

### CAP. XXIIII.

IN diebus &c. fac. eſt ei Ioac. ſer. Rab. Cũ ſemel q̃s cuilibet ſe mancipari vitio, non vni, ſed multis dominis obnoxius erit. Vñ Ioacim quem Pharao ante cenſum ſibi ſoluere coegit, nũc rex Babylonis ſibi tribus annis ſeruire compellit. Nabuchodonoſor idẽ eſt q̃ Pharao, ſcili. princeps cõfuſionis & rector tenebrarum harum. Ergo cũ antiquus hoſtis aliquẽ ſibi cenſum pctĩ ſoluere pſuadet, mox totũ in dominium ſuũ redigere, & plenum ſeruitium expendere admonet. Ergo tribus annis regi Babylonis ſeruum eſſe eſt perſuaſione, delectatione, conſenſu antiquo hoſti ſubditũ fore, & totũ vitijs deditum quaſi liberè ab eo poſsideri. Sed aliquando tales p dei miſericordiam admoniti rebellãt contra nequam ſpiritum. Vnde ſubditur: Rurſum rebellauit contra eum. Nec ſufficit rebellare, ſi non perſeuerauerit in certamine. Qui em̃ à diaboli ptãte ſe exire deſiderat, neceſſe ẽ vt fortitẽ cõtra eũ dimicet, & adiutoriũ à deo imploret. e ¶ Et rur. Ra. Hũc refert Ioſephus à Nabuchodonoſor interfectũ, & añ muros Ierl̃m piectũ & inſepultũ, de q̃ p̃dictũ fuerat: Sepultura aſini ſepelietur

✳ & mortuus eſt ibi

✳ argentũ

Iere.22.c.

## NICO. DE LY.

### CAP. XXIIII.

IN diebus eius. Hîc conſequenter oſtenditur quid actũ ſit ſub illo Ioacim. ſecũdò qd ſub eius filio, ibi: Regnauitq; Ioacin. Sic enim debet ſcribi iſte: quia in Hebręo ſcribitur per Caph & Nun: q̃bus in Latino correſpondent ch & n. & hoc idẽ dicit Hieronymus in homil. genealogiæ Chriſti. tertiò quid ſub fratre ſuo, ibi: Duxitq; eos. Circa primum dr̃: l ¶ In diebus eius. ſcilicet Ioacim filij Ioſię: & hoc factũ eſt anno octauo regni eius. m ¶ Aſcendit Nabuchodonoſor rex Ba. qui debellato Pharaone rege AEgypti, & capta Syria & tota terra vſq; ad riuũ AEgypti excepto regno Iudę, voluit regnum Iudæ ponere ſub tributo. quod & fecit. vñ ſubditur: n ¶ Et factus eſt ei Ioacim ſeruus tribus annis & rurſum rebellauit. quia audiuit, qđ rex AEgypti p̃parabat ſe ad bellum contra Nabuchodonoſor. & ideo volens fauere ei, eò quòd regẽ fecerat eum, vt prædictũ eſt: negauit tributum ſub ſpe defenſionis p regẽ AEgypti. Immiſitq;

Diuiſio

## Nicolaus de Lyra.

tem criminum, & q̃tũ ad diuturnitatẽ temporũ. a ¶ In diebus eius. Hîc cõſequẽter ponit̃ mors Ioſię lamẽtabilis, cũ dr̃: b ¶ Et abijt Ioſias rex Iuda. qa rex AEgypti pcedẽs ad bellũ cõtra regẽ Aſſyriorum

Moral̃r. l ¶ In diebus eius aſcendit Nabuchodonoſor rex Babylonis & factus eſt Ioacim ſeruus &cæ. De iſto Ioacim de quo dicitur in fine pręcedentis ca. qđ fecit malum coram domino, & in iſto capitulo dicitur, quòd rebellauit regi Babylonis pactum frangendo: propter quod per ipſum ſignificatur q̃-

Moraliter



libet hõ

☞ ſepelietur.a ¶ Regnauitq́ꝫ Ioachin.Rab.Nomē Ioachin aliter
E ſcribitur in deſignatione patris,qui & Eliachim:aliter cū filius ſigni-
ficatur,qui & Iechonias,nam cū patrem ſignat p,k,&,m, ſcribitur:
cū xͦ ò filium per ch,&,n,ſcribit.b ¶Ie-
ruſalem.Be.Ieruſalem & terra Iſrl,eſt|ci
uitas Chriſti.i.eccl'ia.Babylonij,& Chal
†exercit⁹ & infrà. dęi & Philiſthæi,eſt ciuitas diaboli.i.oīs
malignarumſiue hominum ſeu angelo-
rum multitudo.Seruitq́ꝫ Iſrael Philiſthę
Allego. is vl'Chaldęis cū fideles nomine tenus in
eccleſia conſiſtentes,cæterum ab immun
dis vel ſpiritibus vel hominibus decepti
cuilibet peccato mētis colla ſubmittunt.
Adducit autē Nabuchodonoſor regē
Ieruſalem, & vniuerſos principes fortes
exercitus decē milia in captiuitatem,cū &
magiſtros & eos qui inuincibili animo
domino ſeruire ac decalogū fideliter vi-
debantur conſeruare , ſubitò illecebris
ſeu aduerſitatibus ſubacti,maioribus fa-
cinoribus polluuntur,aut certè in hære-
ſim incidunt.Arma quibus contra dia-
bolū repugnantes libertatē à deo nobis
donatam defendimus, ſunt eloquia ſcri-
pturarū,in quibus & ipſi⁹ dñi & ſancto
†parcere. rum exemplis quo ordine bella vitiorū
ſuperare debeāt,luce clari⁹ diſcimus.His
armis Philiſthæi filios Iſrael priuant, cū
maligni ſpūs animos fideliū à meditatio-
ne ſacrę lectionis,ne vel ipſe per exercitiū
reſiſtēdi fiduciā ſumant,vel alios fortè q
legere neſciunt ad reſiſtendū vitijs,exhor
tando aut corripiendo accendant. Tol-
lunt fabros armorū,cū eos qui ſacra elo-
F quia norūt,intātū ſceleribus obruūt, vt
dicere bona quę didicerant prorſus eru-
beſcant.Transferunt oēm artificem & in
cluſorem in Babyloniam de Ieruſalem,
cū eos qui multipharia virtutum opera
tione pluribus proderant & ciuitatē dei
contra corruptores tentationum muni-
re ſolebant,à propoſito deflectūt,atq́ꝫ in
genium qd' tuitioni ſanctę eccleſiæ impē
dere debuerant,ad voluntatem poti⁹ re
gis vitiorum diſpenſare compellunt.Qd'
ſi incluſores non oſtiorum ſiue murorū,
ſed auri gēmarūq́ꝫ intelligim⁹,ad eūdem
expoſitio finem reſpicit.Dictum quippe
eſt de ſapientia:Quia aurum & multitu-
Proū.20.c. do gemmarum ei non valeat compara-
ri.atq́ꝫ ideo incluſores horum doctores
dicimus,qui quandiu rectè viuunt & do
cent in ornatum ſanctę ciuitatis induſtri
am ſuæ artis impendunt.At ſi fortè erra
uerint,qd niſi à rege Chaldęorū captiui
Babyloniam transferuntur? Sic talentū
verbi cęlitus acceptum in terra defodit.i.
Matt.25.b. ſcientia ſpiritualis ad peccatorum opera
conuertitur. c ¶ Artificem & in-
cluſorem nihilq́ꝫ relictū. Ra.Quod
ſuprà populo Iſrael Philiſthijm regnan
1.Re.13.d. tes feciſſe narrantur,cū dicitur:faber fer-
rari⁹ nō inueniebat ī oī terra Iſrael.caue-
rāt em̄ Philiſthijm,ne fortè facerēt Heb.
gladiū aut lāceā ad repugnādū . ita nunc
Chaldęi ſatagūt,vt nullus in ea remane-
at artifex & incluſor q diruta vrbis mœ
nia componere poſſit vel reſarcire.
☞ Sedecias

uit contra eum.Immiſitq́ꝫ ei domi- a
nus†latrunculos Chaldæorum, &
latrunculos Syriæ, & latrunculos
Moab,& latrūculos filiorum Am
mon, & immiſit eos in Iudā,ut diſ-
perderent eum , iuxta uerbum do-
mini quod locutus fuerat per ſer-
uos ſuos prophetas. Factum eſt au b
tem hoc per uerbum domini con-
tra Iudam , ut auferret eum coram
ſe, propter peccata Manaſſe & u- c
niuerſa quę fecit,& propter ſangui
nem innoxium quem effudit,& im
pleuit Ieruſalem cruore innocenti-
um : & ob hanc rem noluit domi-
nus†propitiari. Reliqua autem ſer
monum Ioacim,& uniuerſa quę fe-
cit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro
ſermonum dierum regum Iuda?
Et dormiuit Ioacim cum patribus d
a ¶Quem Matthæus vocat Iechoniam.
a ſuis. Regnauitq́ꝫ Ioachin filius eius e
pro eo. Et ultrà non addidit rex Æ f
gypti, ut egrederetur de terra ſua.
Tulerat enim rex Babylonis, à ri- g
uo Ægypti uſque ad fluuium Eu-
phraten, omnia quæ fuerant regis
Ægypti. Decem & octo annorum
erat Ioachin cùm regnare cœpiſ-
a ¶Non amplius quia erat impius.
ſet,& tribus menſibus regnauit in h
Ieruſalem. Nomen matris eius Ne
b huſta, filia Elnathan de Ieruſalem.
Et fecit malum coram domino,iu-
xta omnia quæ fecerat pater eius.
In tempore illo aſcenderunt ſerui
Nabuchodonoſor regis Babylo-
nis in Ieruſalem, & circundata eſt
urbs munitionibus. Venitq́ꝫ Na-
buchodonoſor rex Babylonis ad
ciuitatem cùm ſerui eius oppugna
rent eam. Egreſſusq́ꝫ eſt Ioachin i
rex Iuda ad regem Babylonis,ipſe
& mater eius & ſerui eius & princi
pes eius, & eunuchi eius,& ſuſcepit k
eum rex Babylōis anno octauo re
gni ſui. Et protulit inde omnes the- l
ſauros domus domini, & theſau-
ros domus regiæ, & concidit uni-
uerſa uaſa aurea quæ fecerat Salo-
mon rex Iſraël in templo domini
iuxta uerbum domini,& tranſtulit
omnem Ieruſalē & uniuerſos prin-
cipes, & omnes fortes†exercitus
decem milia in captiuitatem, & o- m
c mnem artificem &†incluſorem, ni
hilq́ꝫ relictum eſt,exceptis pauperi-

*Nicolaus de Lyra.*

☙ a ¶Immiſitq́ꝫ ei do.a.deuaſtāte terrā Iuda,b ¶Fa.eſt au.&c.ſpeciali
p Ieremiā pphetā, vt patet Iere.xxij. &
xxv.c ¶Propter pec.Manaſſe.licet
em̄ Manaſſes pœnituerit,& à deo exaudi
tus fuerit in perſona propria, vt habe-
tur.ij.Paralipo.capitu.xxxiij.non tamen
q̄tū ad hoc

quantū ad hoc qd' populus à captiuitate & ciuitas ab incendio libe G
rarentur. Tum quia popul⁹ ſicut & rex peccauit,non tamen ſimili-
ter pœnituit: tum quia poſt Manaſſen omnes reges Iuda offende-
runt dominum excepto Ioſia,: propter qd'
populus fuit captiuatus & ciuitas deſtructa
vt habetur capitu. ſequenti.d ¶Et dor
miuit Ioacim cum pa. Non eſt p hoc i-
telligēdū,q mortu⁹ fuerit ī pace: imò ſicut
dicit Ioſephus: Nabuchodonoſor cū exerci
tu venit in Ieruſalē: & cū ſub ſpe fœderis ibi
reciperetur,interfectis multis de populo,&
ſublatis theſauris,& parte vaſorum templi
interfecit Ioacim:& fecit corpus eius inhu-
matum proijci extra portas Ieruſalem, ſi-
cut Ieremias prędixerat,vt habetur Iere mi.
xxij.e.Sepultura aſini ſepelietur. e ¶Re-
gnauitq́ꝫ Ioachin. Hîc conſequēter oſtē
ditur quid factum ſit ſub eius filio, quē ſub
ſtituit Nabuchodonoſor regem. f ¶Et
vltra non addidit rex AEgypti vt e-
gredere.de terra ſua.ſ.contra regē Ba-
bylonis,ſicut ſperauerat Ioacim pater iſti⁹,
vt prędictū eſt,cui⁹ cauſa ſubditur cū dicit:
g ¶Tulerat em̄ rex Babylonis a ri
uo AEgy.& iō nō audebat cōtra eū exire.
h ¶Et tri.mē.regnauit ī Ieru.Rex em̄
Babylonis timens,ne iſte Ioachin eſſet me-
mor necis paternæ,& ſic regi Babylonis re
bellaret , & eius aduerſarijs ſe iungeret,
citò redijt cū exercitu ad remouendum eū.
i ¶Egreſſusq́ꝫ eſt Ioachin rex Iuda
ad regem Babylonis, ipſe & mater.
timens enim ne occaſione ſui ciuitas & tem
plum deſtruerentur,& populus totaliter ca
ptiuaretur: de conſilio Ieremiæ reddidit ſe H
voluntariè regi Babylonis cū matre ſua &
amicis ſuis. k ¶Et ſuſcepit eum rex
Babylonis anno octauo regni ſui.ſ.
regis Babylonis,& non regni Ioachin: quia
ſolùm regnauit tribus menſibus, vt dictū
eſt. l ¶Et protulit inde omnes the-
ſauros domus domini & theſauros
dom⁹ regię,& concidit vniuerſa va.
& tranſtulit in Babylonem cū rege & ma-
tre & fortiore populo & meliore, vt patet
in litera. m ¶Decem milia. infrà habe-
tur: Septem milia, & artifices & incluſores
mille. Dicendum, qd' tria milia fuerunt de
Iudæis.i.de tribu Iuda,vt habetur Ieremiæ
vlti.& iſti non ponuntur in ſecunda nume
ratione . cùm dicitur hîc: Septem milia.
& de illis ſeptem milibus mille erāt artifices
☙ notabiles

* libet homo malus qui non ſeruat fidem Moraliter
cū hominibus nec cū deo. propter quod
per homines regis Babylonis fuit capt⁹ &
occiſus,& cadauer eius proiectū extra mu
ros vrbis Ieruſalem,vt impleretur verbum
qd' Ieremias dixerat de eo Iere.xxij.e.Sepul
tura aſini ſepelietur. & per hoc ſignificatū
fuit,quòd talis qui infidelis eſt deo & homi
nibus,à conſortio ſanctorum ſit in morte
totaliter ſeparandus. e ¶ Regnauitq́ꝫ
Ioachin filius eius p eo. Iſte fuit nepos
ſuauis, manſuetus: propter quod acquieuit
conſilio Ieremię,tradens ſe cū matre & pri
cipibus ſuis regi Babylonis,ne populus cō
munis occideretur, & ciuitas Ieruſalem ab
incendio ſeruaretur,& ne templum domi-
ni cum ciuitate combureretur. Et in hoc de
dit exemplum regibus & principibus alijs, † viribus
vt magis ſint ſoliciti de præſeruatione di-
uini cultus & boni communis,quā de per
ſonis proprijs,& ſibi coniunctis. Et idem †vl', reputa
exemplum dedit Codrus rex Athenienſis, tū & nobilē
vt dictum fuit ſuprà. & infrà.

a ℭ Sedecias. Mali ſunt rectores qui munere & dono diuino ab
A utuntur, & falſò ſibi nomen iuſtitię vſurpant. Matthathia vł Mattha
nias enim interpretatur munus ſiue donum: Sedecias iuſtus domi-
nus. Vndecim annis regnauit, quia tranſgreſſor legis fuit, quę ſigni-
catur denario numero. Nouenarius q minus habet denario imper
fectionē legis ſignificat, ſicut vndenarius
trāſgreſsionē. Rectè ergo Nabuchodono
ſor i nono āno regni Sedeciæ obſedit ci-
uitatē mēſe decimo, & decima die menſis:
qa mali paſtores, cũ decalogi mandata q
Damnoſa paſtorũ negligentia
ſcientia tenēt, opere & doctria pficere ne-
gligunt, neceſſe eſt vt plebem ſibi cõmiſſã
antiquus hoſtis cũ ſuo exercitu obſidione
circũdet, & munitiõe erroris ac vitiorum
conſtructa claudat, vallando ciuitatē: ſicq;
fames in ciuitate pręualeat, fames vtiq; v-
bi dei cùm nõ expenditur panis doctrinæ
populo terrę.

## GLO. ORDI.

### CAP. XXV.

Actũ eſt au. &c. Sequitur: b ℭ Et interru. eſt ci. &c. Rab. Interrupta qdē p tētationes varias dæmonũ cuſtodia populorũ. hi qui debuerāt armis ciuitatē defendere, nocte ignorantię & peccatorum vallati fugiũt. quia mercenarius & q nõ eſt paſtor, videt lupum venientē, & dimitit oues & fugit, & lupus rapit, & diſpergit oues. per viã portæ q eſt inter duplicē murũ ad hortũ aperit inertiã doctorũ, q inter duplicē murũ duorũ teſtamentorũ cõſtituti nõ belligerare ſed effugere qrũt, & in delitijs magis diffluere (qđ hortus ſignificat) q ſcuto fidei hoſtibus obſiſtere. Fugit Sedecias, qa dæmonib⁹ pplm circũdantibus rector fugit. nõ ad montes de quibus: Montes in circũitu eius: ſed ad cāpeſtria. i. ad delectationē luxuriæ. Vnde Arta eſt via q ducit ad vitã: lata q ducit ad mortem. Cõprehendit eũ in planitie Ierícho: & bellatores diſpſi ſũt, & reliquerunt eũ. Cũ enim v̓tutes hoīem deſerunt, quæ eũ defendere debuerāt, i planitie Iericho capit. i. in defectione carnalis ſenſus. Iericho em̄ interpretat luna, & ſignificat defectum carnis. Vñ: qui de Ieruſalem deſcendebat in Iericho, incidit in latrones. Filios Sedeciæ occidit coram eo, & oculos eius effodit. Rex Babylonis diabol⁹ eſt, poſſeſſor intimæ confuſionis, q prius filios ante intuentis oculos patris trucidat: qa ſæpe ſic bona opera interficit, vt hęc ſe amittere ipſe q captus eſt animus dolens cernat. Nã genuit plerunq; animus, & tamen carnis delectationibus victus bona q genuit amans perdit, ea quæ patitur damna conſiderat, non tñ virtutis brachiũ contra regem Babylonis leuat. Sed dum videns nequitiæ perpetratione percutitur, ad hoc quãdoq; peccati vſu pducitur, vt ipſo q que rationis lumine priuetur, quia diabolus bona prius opera ſubducit: & pòſt intelligentię lumen tollit. Quod rectè Sedecias in Rebla patit. Rebla quippe multa hîc interpretat: qa quãdoq; ☞ ei lumen ra-

Ioh. 10. b.
Pſ. 124. a.
Matt. 7. b.
B
† turrim ligneam.
Lu. 10. c.

bus populi terrę. Trãſtulit quoq; Ioa-
chin in Babylonē, & matrē regis & uxo
res regis, & eunuchos regis, & † iudices
terrę duxit in captiuitatē de Ieruſalem
in Babylonem, & omnes uiros robu-
ſtos ſeptem milia, & artifices & inclu- a
ſores mille, omnes uiros fortes & bel-
latores, duxitq; eos rex Babylonis ca- b
ptiuos in Babylonem. Et conſtituit ✱ c

a ℊ Vel Matthaniam. ℊ Qui fuit filius Ioſiæ frater Ioacim.

Matthathiam patruũ eius pro eo: im-
poſuitq; nomen ei Sedeciam. Viceſi- d
a mum & primum annum ætatis habe-
bat Sedecias cùm regnare cœpiſſet, &
undecim annis regnauit in Ieruſalem.
Nomen matris eius erat Amital, filia
Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum co e
ram domino, iuxta omnia quę fecerat
Ioacim. Iraſcebatur enim domin⁹ con
tra Ieruſalem & contra Iudam, donec
proiiceret eos à facie ſua. Receſsitq; Se f
decias à rege Babylonis.

## Cap. XXV.

Actum eſt autem an- g
no nono regni ei⁹ men
ſe decimo, decima die
menſis, uenit Nabu- h
chodonoſor rex Baby
lonis ipſe & omnis ex-
ercitus eius in Ieruſalem, & circunde- i
deruntam, & extruxerunt in circumi- k
tu eius † munitiones. Et † clauſa eſt ciui- l
tas atq; uallata uſque ad undecimum m
annum regis Sedecię nona die menſis.
Præualuitq; fames in ciuitate, nec erat n
b panis populo terræ. Et interrupta eſt
ciuitas, & omnes uiri bellatores nocte
fugerunt per uiam portę quæ eſt inter
duplicem murum ad hortum regis
(porrò Chaldæi obſidebant in circum
itu ciuitatem) fugit itaque Sedecias o
per uiam quę ducit ad campeſtria ſoli
tudinis, & pſecutus eſt exercitus Chal
dęorum regem, comprehenditq; eum

## Nicolaus de Lyra.

notabiles. & ideo cũ dicitur: a ℭ Et artifices. ly &, tenetur pro id eſt, quòd fuerunt de alijs tribub⁹, & mille de artificib⁹ notabilib⁹: & ſic in vniuerſo fuerũt decē milia. & iſta deditio ppli dr̃ pprie trãſmigratio, qa volũtariè ſe tradiderũt. Qđ aũt poſtea factũ ē ſub Sedecia, vocat magis pprie captiuitas ppli: & iõ aliq numerãt annos trãſmigrationis. lxx. incipiendo ab iſta trãſmigratiõe facta tpe Ioachin. b ℭ Duxitq; eos. Hic cõſeqnter deſcribit qđ factũ ſit ſub Sedecia fratre Ioachin, cũ dr̃: c ℭ Et cõſtu. Mattha. pa. ei⁹. ſ. ipſius Ioachin. d ℭ Impoſuitq; nomē ei Sedeciam. qđ interpretatur iuſtitia domini. fecit enim rex Babylonis eũ iurare per dñm, quòd C ſeruaret ſibi fidelitatem & tributum redderet. vt habetur. ij. Parali. xxvj. & ppt̃ hoc ſic vocauit eũ, vt eſſet memor iuramēti qđ ſibi fecerat, ſicut iuſtũ erat. e ℭ Et fe. ma. co. do. offendendo eũ. f ℭ Receſsitq;. veniēdo cõtra iuramentũ ſuũ, nec in aliquo voluit credere Ieremię pphetę, vt habet. ij. Paral. xxvj.

## NICO. DE LY.

### CAP. XXV.

Actũ eſt autem an. &c. † Poſita tranſgreſsione Sedeciæ, hîc cõſequent ponit ſequēs punitio, ſecđm ordinē diuinæ iuſtitiæ. Circa qđ primò deſcribitur captiuitas ſub Sedecia. & ſecundò ſeruilitas ſub Godolia, ibi: Populo aũt q relictus erat. Circa primũ ciuitas cũ rege capitur. ſecđò ſuccēditur, ibi: Mēſe quinto. tertiò de præda diſponitur, ibi: Reliquã autē. Circa primũ deſcribitur tēp⁹ cũ dr̃: g ℭ Factũ eſt au. an. nono re. eius. ſ. ipſius Sedeciæ. h ℭ Venit Nabuchodono. rex &c. qa Sedecias fregerat iuramentũ ſibi factũ, vt prædictũ eſt. i ℭ Et circundederunt eam. vt nullus poſſet ingredi vel egredi. k ℭ Et extruxe. in circumitu eius muni. i. machinamenta ad deſtruendũ muros. l ℭ Et clauſa eſt ciuitas. ab illis qui erant intrà cõtra aduerſarios. m ℭ Atque vallata. ab aduerſarijs extrinſecus exiſtentibus. n ℭ Præualuitq; fames in ciuitate. intãtũ qđ mulieres comedebant pprios pueros ſuos. ſecundũ qđ habetur Threñ. iiij. b. Manus mulierum miſericordiũ coxerũt filios ſuos, facti ſũt cibi earũ in cõtritione filij ppli mei. i. ciuitatis Ierſm. o ℭ Fu. itaq; Sede. per viam &c. Dicit hîc Rab. Sa. qđ ipſe fugit p quãdã viã ſubterraneã. cui⁹ exitus erat bene lõgè à ciuitate, & ab exercitu Chaldęorũ, cũ lumine ipſũ & ſocietatem ei⁹ dirigente. ſed vt inueniretur à Chaldæis & caperet, dominus fecit apparere vnũ caprũ ſylueſtrē: & dũ Chaldęi vellēt eũ capere, fugiēdo cucurrit ſup terrã ſecũdũ lineã illius viæ ſubterraneæ pdictę, & ſic Chaldęi inuenerũt Sedeciã, q exierat viã illã. Ad hoc aũt inducit v̓bũ Ezechielis loquentis in pſona dñi de captione Sedeciæ. xij. d. Et extēdã rete meum ſup eũ, & capiet in ſagena mea. ita qđ ſecũdũ eũ caper pdicto mõ ducēs Chaldęos ad Sedeciã vocat rete dñi. Sed hoc dictum non habet magnã apparētiã, qa non eſt veriſimile quòd Chaldæi in pũcto captionis ciuitatis vellent intendere venationi. prǫterea licet per talem viam ſubterraneã

Moraliter. g ℭ Fa. ē au. an. no. re. e. ſ. Sedecię, de q ſeptē hîc dicũt. Primũ eſt q obſeſſ⁹ fuit. Secđm q latēter fugit. Tertiũ q fuit capt⁹. Quartũ q filijs fuit priuatus. Quintũ q fuit excęcat⁹. Sextũ qđ fuit catenis vinctus. Septimũ in Babylonē duct⁹. Per iſtũ Sedeciã de quo dr̃ ī fine pcedentis. c. qđ fecit malũ corã dño, ſignificat pctõr q licet aliqñ corã hoīb⁹ videat bonus, tñ corã domino eſt mal⁹. Per ſeptē aũt hîc enumerata ſignificat pceſſus ei⁹ de pctõ ī pctm̃, vſq; in infernũ. Per primũ verò qđ eſt ei⁹ obſidio, ſignificat dæmonũ tētatio, Iob. xix. b. Obſederũt in gyro tabernaculũ meũ. Per ſecđm v̓ò q fuit ei⁹ fuga, ſignificat tētatio puſillanimitas, ī q nõ eſt reſiſtētia. Contra qđ dicit Iaco. iiij. b. Reſiſtite diabolo & fugiet à vobis. Per tertiũ verò qđ eſt ei⁹ captio, ſignificat lapſus tentati in laqueum mortalis peccati. Per quartũ verò qđ fuit filiorũ occiſio, ſignificat oīm bonorũ præcedentiũ mortificatio. Per quintũ autē qđ fuit excęcatio Sedeciæ, ſignificatur ignorantia tenębrarũ quę ſequitur ad actũ

† fortes
Diuiſio
✱ rex Babylonis
D
† cincta eſt obſidiõe ciuitas.
Moraliter

ei lumen rationis clauditur, qui prauo vſu & iniquitatis ſuę multitudine grauatur. a ℂMenſe q. Ra. congruit tēporis ordo cū rōne vindictæ. Mēſe qnto uaſtata eſt ciuitas, quę pētateuchū legis ſeruare deſpexit, & ſeptima die menſis, quia ſabbathi requiē non cuſtodiuit & contraria pręceptis dei egit, fruſtra ſibi blandiēs de ſecuritate proſctōrū locorum habitatione. b ℂVenit Nabuzardan. Rab. q interpretatur ventilabrū, ſiue ꝓphetia alieni iudicij, iuſto dei iudicio ſuper peccatores: princeps vtrīq; exercitus regis Babylonis in Ierſm intelligibilē. Et ſuccēdit domū dñi, cū diabolus q & rex confuſiōis & princeps oim iniquorū eſt tā malignorū ſpirituū, q̄ etiā īpiorum hominū, plebē inuadit fideliū, & domū regis & domos Ierſm. i. rectores & eos qui videbantur in viſione pacis manere, iflāmatos cupiditate ſubuertit. Oēmq; domum cōbuſsit igni, cū vniuſcuiuſq; cōſcientiā per flāmā illiciti amoris pturbauit. Et muros Ieruſalem ī circūitu deſtruxit: cū intētionē orationis & virtutū ſtudia quæ contra ſe valere nouit, in deſperantibus diſſoluit, ne per ſpem venię ad diuina ſuccurrant auxilia, & correptionis vitæ apprehēdāt munimina. Pplmq; in captiuitatē ducens de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas: quia eis qui vtiles verbo & exemplo eſſe poterant, per vitia captiuans, ſtultis & hebetibus cōmēdat agriculturam: quatenus non vinum gratię ſpiritualis & frumentum ſanę doctrinæ in vineis & agris populo fructificet, ſed ſpinę magis & tribuli vitiorum excreſcant. c ℂColūnas. Rab. Et baſes intelligimus doctores, q ſonoritate prędicationis & fidei firmitatę debuerunt alios ſuſtentare. Mare æneū baptiſmi lauacrū, vel cōpūctionē lachrymarum, hęc quidem omnia Chaldæi ſpirituales ꝑ inertiā magiſtrorū & de domo domini auferre nituntur & confringere. d ℂOllas quoq;. Rab. Quia diuerſa officia in eccleſiaſticis ordinibus de dei ſeruitio auferētes in ſuum vſum nequiſsimum verterūt. e ℂThuribula & phialas. Cū orationem qua diuinitas placari potuit, & poculum verbi quo laſsi refocillari debuerant impediendo ſubuertunt. f ℂQuę au. au. & quæ argen. argentea. Quia tam ſenſum pretioſum q̄ eloquij venuſtatem hoſtis nequam de domo dñi auferre molit: & ſecum

E

† i. expoſtulauit cū eo.

† LXX, coquorū vel laniorū & infrà.

† Hie. 27. c.

F

† vl' ſcopas, & pſalteria, & cochlearia.

† vl' pelues

in planitie Iericho, & omnes bellatores qui erant cū eo diſperſi ſunt, & reliquerunt eum. Apprehenſum ergo eum duxerunt ad regem Babylonis in Reblatha: qui †locutus eſt cum eo iudicium.

a ℂQuia iuſtum exercuit cum eo iudicium.

Filios autem Sedeciæ occidit corā eo, & oculos eius effodit, uinxitq; eum catenis, & adduxit in Babylonem. Menſe quinto, ſeptima die mēſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus regis Babylonis, uenit Nabuzardā princeps exercitus, ſeruus regis Babylonis in Ieruſalem: †& ſuccendit domum domini & domum regis & domos Ieruſalem, omnemq; domum combuſsit igni. †Et muros Ieruſalem in circumitu deſtruxit omnis exercitus Chaldęorū qui erat cum principe †militum. Reliquam autem populi partem, quæ remāſerat in ciuitate, & perfugas qui transfugerant ad regē Babylonis, & reliquum uulgus tranſtulit Nabuzardan princeps militię, & de pauperibus terræ reliquit uinitores & agricolas. †Colūnas autem æreas quæ erāt in templo domini & baſes, & mare ęreum quod erat in domo dñi cōfregerunt Chaldęi, & tranſtulerunt æs omnium in Babylonē. Ollas quoq; æreas & †trullas & tridentes & ſcyphos & mortariola, & omnia uaſa ęrea, in quibus miniſtrabant, tulerunt: necnon & thuribula & †phialas. Quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argētea tulit princeps militiæ: id eſt columnas duas, mare unū, & baſes quas fecerat Salomon in templo dñi. Non erat pondus æris omnium uaſorū. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna una, & capitellum æreum ſuper ſe, altitudinis trium cubitorum, & retiaculum & mala granata ſuper capitellū †colūnæ omnia ærea. Similē & colūna ſecunda

a ℂNon res ac ſenſus propter literas, ſed literæ ob manifeſtationem rerum ſunt repertæ. ℂTranſcriptio.

## *Nicolaus de Lyra.*

ſubterraneam poſſent fugere pauci, nō tamen tot q̄t erant cū Sedecia rege, vt prætendit lr̄a. Et ideo melius dicitur, qđ Chaldæi ſecuti ſunt Sedeciā ꝑ indiciū aliquorū quos ceperūt in ciuitate, qui non poterant fugere. Ad autoritatem verò Ezechiel' poteſt dici, qđ rete dñi ſiue ſagena ibi intelligitur exercitus Chaldæorū capiens Sedeciā ſecūdū ordinē iuſtitiæ diuinę. a ℂEt oēs bel. &c. diſ. ſunt. quia Chaldęi fuerunt intenti ad capiendum regem quem principaliter quęrebāt. b ℂApprehen. er. eū. ſ. viuū. c ℂDuxerunt ad regem Ba. quia tantam perſonam non audebant occidere ſine regis ordinatione. d ℂQui lo. eſt cum eo iu. arguens eum de tranſgreſsione veritatis & iuramenti, & ſic proceſsit contra eum per rigorem iuſtitiæ in perſona propria & filiorum ſuorum. e ℂMenſe quinto. Hîc conſequenter deſcribitur incendium ciuitatis. primò quātū ad tempus, cū dicitur: Septima die menſis. Iere. vlti. dicitur: Decima die menſis. Dicendum, qđ non eſt contradictio, quia ſeptima die mēſis fuit poſitus ignis in ciuitate, & durauit incendium vſq; ad decimā diem incluſiuè propter magnitudinem & multitudinem ędificiorū. vnde hîc ponitur principium incendij. Iere. vlti. ponitur eius finis. f ℂIpſe ē an. no. re. ſe. vl. dr̄, decimuſoctau' ann'. qđ ſoluit Ra. Sa. dicēs, ꝙ erat nonuſdecim' ann' à pricipio regni Nabuchodonoſor, & decimuſ-

ſor: & decimuſoctau' ab illo tempore quo primo cepit Ioakim filium Ioſię. & ſecundū hoc cepit eū ſecundo anno regni ſui. Sed hoc non videtur conſonare textui, quia. ſ̄. xxiiij. ca. dictū eſt, quòd Ioakim tribus annis ſeruiuit Nabuchodonoſor, & in quarto anno rebellauit & fuit captus & occiſus, & filius eius Ioachin loco eius ſubſtitutus, q regnauit tribus menſibus, q̄ amoto ſubſtitutus eſt Sedecias, qui vndecimo anno regni ſui captus eſt & ciuitas incēſa. & ſic videt ꝙ à prima captione Ioakim vſq; ad incendium ciuitatis fluxerūt tm̄ quindecim anni. Et iō aliter poteſt dici. ſ. qđ. xix. anni regni Nabuchodonoſor nō erāt ſimpl'r cōpleti, ſed erat vnus incompletus: & ille hîc nominat ꝓpter partē quę trāſierat & Ieremiæ vltiò tacet, ꝓpter eius incōpletionē, ſicut frequēter fit ī alijs locis. Sciēdū etiā, ꝙ Nobuchodonoſor primò regnauit in Chaldæa, poſtea obtinuit regnū Aſſyriorū, & fact' eſt monarcha. & aliqn̄ eius anni numerantur à principio regni in Chaldæa. aliquando aūt à tempore quo fuit monarcha. h ℂEt ſuccendit do. &c. incipiens à maiorib' ędificijs. i ℂOmnemq; domum combuſsit. In Heb. habet: Et omnem domū magnā. per hoc intelliguntur loca vbi conueniebant ad audiendum legem, vt dicit Rab. Sal. k ℂReliquam autem. Hîc conſequenter deſcribitur diſpoſitio de præda. & primò quantùm ad populum vitę reſeruatum cū dicitur: Reliquam autem populi partem q̄ reman. in ciuitate, quæ non poterat fugere, ſicut ſunt mulieres & paruuli. l ℂEt perfugas qui transfugerant ad regem Babylonis. antè quàm ciuitas caperetur. m ℂEt de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. ne terra in ſolitudinem redigeretur. & ſic rex Babylonis inde tributum non haberet. Secundò ordinatur de pręda quantùm ad vaſa templi, cùm dicitur. n ℂColumnas autem ęreas quę erāt in templo domini & cæte. de iſtis columnis & alijs vtenſilibus hîc poſitis habetur ſuprâ iij. libro. vij. cap. vbi de forma & diſpoſitione talium dictum fuit: & ideo hîc pertranſeo. o ℂQuæ aurea, aurea: & quę argentea argentea. i. poſuit aurea ad vnam partem ſimul, & argentea ad aliam. & ſimiliter de alijs metallis. Tertiò deſcribitur ordinatio prędæ, quantū ad populum occiſū, cū dr̄: Tulit quoq;

G

† & reliq̄runt eum

† Eze. 16. c.

† 44. diſt. c. 1. 76. diſt. c. ieiunium.

H

*Moraliter*

malitię Sap. ij. d. Excæcauit illos malitia eorum. Per ſextū verò quod fuit incatenatio, ſignificatur redeundi deſperatio. Prouerbiorum. xviij. a. Impius cùm in profundum peccatorū venerit, contēnit. Per ſeptimum verò qđ fuit, ductio in Babylonem, ſignificat pertractio ad gehennam. quę bene ſignificatur per Babylonem, eò quòd in inferno nullus eſt ordo, & per conſequens ibi eſt maxima confuſio. g ℂVenit Nabuzardan princeps exercitus regis Babylonis in Ieruſalem. Per Nabuzardan qui interpretatur princeps coquorum, diabolus ſignificat. Per hoc aūt qđ ſuccēdit domū dñi & regis & domos Ieruſalem (vt in textu dicitur) ſignificat, qđ diabolus igne cupiditatis & luxurię ſuccēdit clerū, nobiles, & cōmunē pplm. nā ꝑ domū domini clerus, per domum regis nobiles, per domos Ieruſalem communis populus ſignificantur. De incendio nanque cupiditatis dicitur Iere. vj. cap. A maiore vſque ad minorem, & à propheta vſque ad ſacerdotem omnes auaritiæ ſtudent. De incendio verò luxuriæ dicitur Ieremiæ. vi. c. Vnuſquiſque ad vxorem proximi ſui hinniebat.

† ꝑ circūitū

Factum eſt aūt

a habebat ornatũ. Tulit quoq; princeps a militię Saraiam ſacerdotem primum, & Sophoniam ſacerdotẽ ſecundum, & tres †ianitores, & de ciuitate eunuchũ unũ qui erat pręfectus ſup bellatores uiros, & quinq; uiros de his qui ſteterant coram rege, quos reperit in ciuitate, & b
b Sopher principem exercitus, qui †probabat tyrones de populo terræ, & ſex c aginta uiros è uulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regem Babylõis in Reblatha. Percuſsitque eos rex Babylonis, & interfecit eos in Reblatha in terra Emath. Et tranſ d latus eſt Iuda de terra ſua. Populo autem qui relictus erat ĩ terra Iuda quem dimiſerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, pręfecit Godoliam filium A e hicam filij Saphan. Quod cùm audiſ f ſent omnes duces militum, ipſi & uiri qui erant cum eis, uidelicet quòd conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam: uenerunt ad Godoliam in Maſpha, Iſmael filius Nathaniæ, & Iohanan filius Caree, & Saraia filius Thanehumeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipſi & ſocij eorum. †Iurauit g que Godolias ipſis & ſociis eorum, dicens: Nolite timere ſeruire Chaldæis. Manete in terra, & ſeruite regi Babylonis, & bene erit uobis. Factum eſt au h tem in menſe ſeptimo, uenit Iſmael fi i lius Nathaniæ, filij Eliſama, de ſemine regio, & decem uiri cum eo, percuſſe k l runtq; Godoliam, qui & mortuus eſt: ſed & Iudæos & Chaldæos qui erant cum eo in Maſpha. Conſurgenſque o m mnis populus, à paruo uſque ad magnum, & principes militum uenerunt in Ægyptum, timentes Chaldæos. Fa n ctum uerò eſt in anno triceſimoſeptimo tranſmigrationis Ioachin regis Iudæ, menſe duodecimo, uiceſima & ſeptima die menſis, ſubleuauit Euilmerodach rex Babilonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere, & locutus eſt ei benignè. Et poſuit thronum eius ſuper thronum regum qui erant cum eo in Babylone, & mutauit ueſtes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem ſemper in conſpectu eius, cunctis diebus uitæ ſuæ, annonam quoque conſtituit ei ſine intermiſsione, quæ & dabatur ei à rege per ſingulos dies omnibus diebus uitæ ſuæ.

A & ſecum in confuſionem ducere. a ¶ Tulit quoq;. Rab. Non ſolùm populares, ſed & fortes & principes in eccleſia diabolus decipe & peccatores captiuare ſatagit. vnde in Iob de ipſo: Eſcę eius electę
Iob. 33. c. Abac. 1. d. ſcdm LXX. ſunt. Tulit Saraiam. qui interpretatur vinctus, ſacerdotem primum. cũ primum eccleſiæ ordinem qui in epiſcopis eſt, amore voluptatis terrenæ vitiorum catena conſtringit. Similiter Sophoniã, qui interpretatur abſconditus ſacerdotem ſecundum; cum ſecundi ordinis viros .i. presbyteros (qui talentum verbi in terra fodientes abſconderant) in ſuum dominium ſubigit. Et tres iani. qui oſtium fidei aperire debuerant, & tenentes clauem ſcientiæ nec ipſi introierunt, nec alios introire permiſerunt. Eunuchus ſignificat fatuas virgines, quæ vaſa oleo vacua in manibus tenebant, continẽtes ſe à coitu corpali, nec tñ oleũ gratię & miſericordię in pectore ſuo habere volebant. qui fruſtra ſup bellatores cõſtituunt cùm arrogantiam nõ pręcaueãt. Quinq; vi. q ſtet. co. re. i. illos qui quinq; ſenſib⁹ corporis voluptati ſeruientes, regi vitiorum ſemp aſſiſtebãt. b ¶ Sopher. Rab. Interpretatur diſsipans vel diuidens: ſignificans eos qui rudes in eccleſia, quos ad militiam Chriſti nutrire debuerant, prauis exemplis diſsipantes à cœtu fidelium per errorem ſequeſtrant. & ſex vi. e vul. i. ſtultos operatores qui meritò è vulgo, qa diuina conſilia diſcere & factis implere neglexerant. c ¶ Et ſex viros. Rab. Hos oẽs Nabuzardã duxit ad regẽ Babylonis, & interfecti ſunt, quia diabol⁹ pręda quam ab eccleſia euellit, ad perpetuæ mortis interfectionem perducere ambit. quos percutit rex confuſionis in Reblatha, hoc eſt in multitudine ſcelerũ, & amore voluptatum.

† cuſtodes vaſorum

Matt. 25. c.

Ibi. a.

B d ¶ Et tranſlatus eſt Iuda de terra ſua. Populo autem qui relictus erat in terra Iuda quem dimiſe Nabuchodonoſor. Cùm illi qui confeſsionem nominis dei in eccleſia videbantur habere, per ſcelera multiplicia de terra viuẽtium trãſlati in regnum confuſionis & erroris abducuntur. ſub quo imperio quicũq; perſeuerauerunt, non merebuntur per Ieſu ducatum regredi in terram Iuda: templũq; dñi ibidem reędificare. In poſterũ nãq; pręſentis vitę tradẽtur in carcerem mortis perpetuę: vbi vermis eorum non morietur, & ignis non extinguetur. Nobis autem liceat in peregrinatione labentis ſeculi veram commiſſorum gerere pœnitudinem, & poſt excurſum ſeptem dierum velut poſt .lxx. annos huius captiuitatis, exuti ab omni poteſtate regis Babylonis valeamus iuuante ſpiritu qui ſeptiformis dicitur, cęleſtem Ieruſalem ingredi, & vultũ conditoris noſtri p ſecula contẽplari. e ¶ Et Sara. Filius Saraię ſacerdotis reſeruatus eſt, & pater occiſus. Ex quo in captiuitate poſtea nat⁹ eſt Ieſus ſacerdos magnus, qui reduxit populum cũ Zorobabel.

Eſa. 66. g.

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Tulit quoq; princeps militiæ &c. Iſti enim fuerant conſiliarij Sedeciæ, & conſentanei in rebellione contra Nabuchodonoſor. b ¶ Et Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones, id eſt aptos ad prælium, & ſoluebat eis ſtipendia. vt dicit Ra. Sal. c ¶ Percuſsitq; eos rex Babylonis. Ratio eiam tacta. d ¶ Populo autem &c. Poſtq; deſcripta eſt captiuitas ſub Sedecia, hîc cõſequenter deſcribitur ſeruilitas ſub Godolia. C Et primò deſcribitur huius ſubiectio. Secundò Ioachin ſublimatio ibi: Factum eſt. Circa primum dicitur: e ¶ Godoliam filium Ahicam. Quem pręfecit rex Babylonis populo, qui remanſerat ad terram colendam. vt tributum inde colligeret & mitteret regi Babylõis. f ¶ Quod cum au. omnes du. mi. qui in captione Sedecię diſperſi fuerant. vt prędictum eſt, & in diuerſis locis latuerant. g ¶ Iurauitq; eis Godolias. ſ. fœdus fidelitatis vt pacificè eſſent in terra ſub ſeruitute regis Babylonis. h ¶ Factum eſt autẽ in menſe ſeptimo. A pfectiõe Godolię. i ¶ Venit Iſmael. De ſemine regio: & ideo diſplicebat ei, q alius in regno Iudę eſſet ſupior eo. k ¶ Et de. viri cum eo. Sed alij plures erant exterius latentes. quia decem viri non feciſſent tantam cędem & tantã prædam cepiſſent, quantã tũc fecit iſte Iſmael, vt plenius ſcribitur Iere. xlj. ca. l ¶ Percuſſeruntq; God. proditioſè poſtq; eos receperat gratioſè, vt habetur Iere. xlj. cap. m ¶ Conſurgenſq; om. po. propter hoc eñ fugerunt in AEgyptum contra Ieremię conſilium, vt habetur Iere. xlij. ne Chaldęi pter interfectionem Godoliæ, qui in terra repręſentabat perſonã Nabuchodonoſor, venirent & interficerent totum populum qui remãſerat. n ¶ Factum vero eſt. Hîc cõſequẽter deſcribit̃ ſublimatio Ioachin regis, qui tradiderat ſe Nabuchodonoſor, & ductus fuerat in Babylonem captiuus, vt dictum eſt. ſ. xxiiij. ca. Cui⁹ cauſa fuit, quia Euilmerodach tẽpore quo pater ſuus Nabuchodonoſor propter amentiam in quam verſus fuit, inter feras habitauit ſeptem annis, vt habetur Dan. iiij. multa mala fecit, ideo pater eius de inſania reuertens ipſum cum Ioachin incarcerauit, vbi amicitiã adinuicem contraxerunt, propter qd' cũ iſte Euilmerodach poſtea ſublimatus eſſet in regnum, eduxit iſtum Ioachin de carcere, & ipſum inter principes regni ſui maximè honorauit, vt hîc dicitur. Et patet litera. Hoc aũt factũ eſt à deo propter duo. Primũ eſt, vt conſilium Ieremię quo Ioachin ſe tradiderat regi Babylonis, oſtẽderetur fuiſſe bonũ: quia p hoc euaſit mortẽ & ciuitatis deſtructionẽ tempe ſuo, & tandẽ conſecutus eſt exaltationẽ in regno Babylonię regno Iudęę deſtructo. Secundum eſt, vt verbũ Eſaię de Nabuchodonoſor, q hr̃ Eſa. xiiij. videlicet q de ſepulchro ſuo eſſet eijciendus, per conſilium Ioachin cõpelleretur. Iſte enim Euilmerodach timens ne pater ſuus reſurgeret à mortuis, ſicut de inſania ad ſanã mẽtẽ redierat, ſe

† cõgregabat populũ terrę. LXX. qui ordinabat pplm terræ.

Mat. 5. a

† Hier. 40. e

D

Moraliter

Moraliter ✻ c ℭ De filiis Leui. Tribus Leuitica ad miniſterium tabernaculi fuit deputata, propter qd̄ per illos de tribu Leui ſignificant̄ p̄lati & clerici deuoti, q ſunt ad miniſteriū eccleſię deputati. f ℭ Porro de filiis Ephraim. itelligi pn̄t diuites &c. Ephraim interpretat̄ fertilis, propter qd̄ p filios Ephraim intelligi poſſunt diuites & potentes huius ſeculi, qui tamē ad opera miſericordiæ liberales ſunt atq; prompti: propter quod ſicut fertiles ſunt in bonis fortunæ, ſic fertiliter recipiunt bona gratiæ & gl'iæ: Matth. v. a. Beati miſericordes, qm̄ ipſi miſericordiā cōſequent̄. g ℭ De filiis quoq; Iſſachar. Iſſachar interp̄tat̄ merces, ideo per iſtos ſignificant̄ doctores eccleſiæ docētes fideliter in ſpe mercedis ęternæ. j. Cor. iij. c. Vnuſquiſq; mercedē accipiet ſcd'm laborē ſuū. vn̄ ſubdit̄: h ℭ Viri eru. in diuinis. i ℭ Qui nouerāt ſin. tē. noui. ſ. & veteris teſta. k ℭ Ad præc. quid fa. de Iſ. i. ppl's Chriſtianus, qui ſcd'm verba doctorū eccl'ię debet regere mores ſuos & actus. m ℭ Porro de Za. qui interpretatur pulchritudinis habitaculū. propter qd̄ p iſtos ſignificant̄ illi qui ſunt ſoliciti ſeruare munditiam cordis & corporis: vt deo parent habitaculū ſuę mētis. qa ſcribit̄ Sap. j. a. In maliuolā animā nō introibit ſapientia, ſcilicet increata, nec habitabit i corpore ſubdito pc̄tis. n ℭ Et de ne. q interpretatur dilatatio mea: ideo per iſtos ſignificant̄ homines charitatiui, quorū corda ſunt ad deum & ꝓximū dilatata. ij. Cor. vj. c. Os noſtrum patet ad vos ô Corinth. cor noſtrum dilatatum eſt. Et ſequitur: Dilatamini & vos. o ℭ De Dan eti. p̄. ad p̄. Dan interpretatur iudicium: ideo per iſtos ſignificantur boni iudices in iudicando veritatem, & exequendo conſtantes, ideo dicunt̄ parati ad p̄liū cōtra veritatis & iuſtitię turbatores. p ℭ De Aſer. egre. ad pu. Aſer interpretat̄ beatitudo, propter qd̄ per iſtos ſignificantur illi qui falſam beatitudinē huius ſeculi reſpuunt, & veram beatitudinem totis viribus concupiſcunt, ꝓpter qd̄ ad pugnandum contra vitia viriliter ſe opponūt. q ℭ Trans Iordanem au. de fi. ru. Ruben viſiōis filius interpretatur, & Gad feliciter, ꝓpter qd̄ iſti duo ſimul iunguntur. Nā per Rubenitas ſignificantur excellētes in contemplatione diuinorum. & iſti iam in præſenti ſeruiunt feliciter deguſtādo ſuauiter bonorum dulcedinem ſupernorum, dicente Pſal. Guſtate & videte qm̄ ſuauis eſt dn̄s &c. Omnes aūt iſti p̄dicti ſunt de exercitu & ſocietate veri Dauid Ieſu Chriſti.

(C — ad præcipiendum — ✻ omnibus — D — † ad diſponendum in non corde & corde. Heb. prouenerūt ve acie diſponerē corde ſimplici, & nō ficto. — Pſ. 35. b. — † propinquis & confines)

## NIC. DE LY.

### CAP. XIII.

INiit au. con. Poſtq̄ deſcripta eſt ipſius Dauid inunctio, hīc cōſequenter deſcribit̄ ſui regiminis diſpoſitio, quæ quidem eſt optima, quādo incipit à diuinis: quia quando rex qui in temporalibus eſt dei vicarius bene ſe habet erga deum, deus in agendis dirigit eum. ergo primô deſcribitur deuotio Dauid erga ☞ deum in ar.

Moraliter. v ℭ Iniit au. cō. Expoſitio myſtica hui⁹ ca. poſita ē. ij. Re. vj.

a quaſi exercitus dei. Iſte quoque eſt numerus principum † exercitus, qui uenerūt ad
b Dauid cū eſſet in Hebron, ut transferrent regnū Saul ad eum iuxta uerbū domini. Filij Iuda portātes clypeū & haſtam, ſex milia octingenti, expediti ad prælium. De filiis Simeon uirorum fortiſsimorum ad pugnādum ſeptem milia centū. De filiis
c Leui quatuor milia ſexcenti. Ioiada quoque princeps de ſtirpe Aaron, & cum eo tria milia ſeptingenti. Sadoc etiam puer

a ℭ Numerum ſacerdotum ſignificat, qui in domo patris Sadoc, id eſt Leuitici ordinati ſunt.

† egregiæ indolis: & domus patris eius principes uigintiduo. De filiis autem Beniamin fratribus Saul tria milia. Magna enim pars eorum adhuc ſequebatur domum Saul. Porrò de filiis Ephraim, uiginti milia octingenti fortiſsimi robore, uiri nominati in cognationibus ſuis. Et ex dimidia parte tribus Manaſſe, decem & octo milia, ſinguli per nomina ſua uenerunt, & conſtituerunt regem Dauid.
d De filiis quoque Iſſachar, uiri eruditi qui nouerant ſingula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Iſraël, principes ducenti. † Omnis autem reliqua tribus eorum conſilium ſequebatur. Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium, & ſtabant in acie inſtructi ✻ armis bellicis, quinquaginta milia † uenerunt in auxilium non in corde duplici. Et de Nephthali principes mille, & cum eis inſtructi clypeo & haſta triginta & ſeptem milia. De Dan etiam præparati ad prælium uigintiocto milia ſexcenti. Et de Aſer egredientes ad pugnā & † in acie prouocantes quadraginta milia. Trans Iordanem autem de filiis Ruben & de Gad, & dimidia parte tribus Manaſſe, inſtructi armis bellicis
e centum uiginti milia. Omnes iſti uiri bel-

ℭ Prædicti ſcilicet.

latores & † expediti ad pugnandum corde perfecto uenerunt in Hebron, ut conſtituerent regem Dauid ſuper uniuerſum Iſraël. Sed & omnes reliqui ex Iſraël uno corde erant ut rex fieret Dauid. Fuerunt
f que ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibentes. Præparauerant enim eis fratres ſui. Sed & qui † iuxta eos erant, uſque ad Iſſachar & Zabulon & Nephthali afferebant panes in aſinis, & camelis, & mulis, & bobus ad ueſcendum: farinam, palathas, uuam paſſam, uinum, oleum, boues, arietes, ad omnem copiam. Gaudium quippe erat in Iſraël.

### Cap. XIII.

ℭ Diſpoſuit.

g INiit autem conſilium

ℭ Chriſtus.

Dauid cum tribunis &

E a ❡Non en. Quia interpretatur veteris teſtamenti ſpiritualem ſenſum qui latebat, populus ille aperire non potuit, ſicut nunc reuelatus eſt apoſtolis & prophetis, gẽtes. ſ. eſſe cohæredes & cõparticipes promiſsiõis dñi. b ❡A Sihor. Sihor fluuius AEgypti eſt, q̃ à Nilo ut ferũt deriuatur, & interpretat̃ firmamentũ nouũ & turbi- (Ier.2.d.) dũ, vñ: Quid nunc tibi vis ĩ via AEgypti, vt bibas aquã turbidã? c ❡Cariat. Ciuitas Damaſci, q̃ ĩ Amos † Emathabal. i. Emath magna, q̃ nũc Epiphania nũcupat̃. († Theman Amos.1.d.) Per Sihor aũt & Emath totã terrã ꝓmiſsionis cõphendit. Per Sihor riuũ. ſ. vl' torrẽtẽ, ſignificat AEgypti auſtralẽ ptẽ. Per Emath ꝟò ſeptẽtrionalẽ. Cariath. q̃ alibi Cariathbaal ciuitas ſaltuũ, vna de vrbib⁹ Gabaonitarũ in tribu Iuda ĩ nono miliario ab Helia euntibus Dioſpolim, de qua fuit Vrias ꝓpheta, quẽ interfecit Ioachim in Ierl'm ſcd'm Ieremiã. (Ioſue.15.d.) (Iere.26.f.) Fili⁹ quoq; Sobal Cariathiarim dr̃, ſicut ſupi⁹ oñ diũ: d ❡Oĩs vi. Elect⁹ nobilior. Numer⁹ aũt horũ virorũ in Regũ cõphẽſus eſt, vbi legit̃: Cõgregauit autẽ Dauid oẽs electos ex Iſrl' triginta milia. († Ahio) (2.Reg.6.a.) e ❡Cũ au.p. ad are. Chi. Ventũ eſt ad areã Chidõ. i. clypeũ, qa ĩ ecclia certa eſt dei ꝓtectio. vnde: Dñe vt ſcuto bonęvolũtatis tuę coro. nos. (Pſ̃.5.c.) (2.Re.6.b.) F Vbi ſacerdos incauti⁹ arcã tãgẽs à dño ꝑcuſſus eſt, hic & ppl's Iudæorũ qui gẽtibus inuidet, & dũ legẽ vult euãgelio miſcere, vtrũq; ꝑdit. Occiſo ſacerdote, diuertit Dauid arcã dñi ĩ domo Obededom Gethęi. qa reſpuẽtib⁹ Iudęis ꝟbũ dei, apl'i cõuerſi ſunt ad gẽtes. (Act.13.g.) Vñ & loc⁹ areę Nachor, q̃ gẽtiũ ꝑparationẽ demõſtrat ꝑcuſsio Oza dr̃, qa relicto illo ſalus gentibus facta eſt. († 2.Reg.5.b) Obededom q̃ interp̃tat̃ ſeruiens hõ pplm, Gẽtilẽ ſignificat. de q̃ dr̃: Popul⁹ quẽ nõ cognoui, ſer. mihi. (Pſ̃.17.g.) Abiectio quoq; Iudęorũ, q̃ſi ꝑcuſsio Ozę pręmittit̃ ſic: Eripies me de cõtradictiõibus p. (Ibidem.f.) Geth, q̃ interp̃tatur torcular, crucẽ ſignificat, ĩ q̃ vitis vera calcata eſt & expreſſa. Vnde gẽtiũ popul⁹ põt dici Gethę⁹ tanq̃ dicat: Mihi abſit gl'iari niſi ĩ cruce dñi noſtri Ieſu Chriſti. (Gal.6.b.) f ❡Eo q̃ diu. dom. Ozã. Tradũt Hebręi, Abinadab ſacerdotẽ iuſsiſſe filijs ſuis Oza & Haio, vt portarẽt arcã humeris ſcd'm p̃ceptũ legis. (Nume.7.) Sed quia nõ portauerũt, nec Caathitis portandã dederũt, ꝑcuſsit dñs Ozam & diuiſit. Aruit em̃ (vt aiũt) brachio & humeris quibus arca portanda fuit, & facta eſt diſtinctio obedientiæ, & inobediẽtiæ. g ❡In do. Obe. ge. quia & ipſe Leuita. Cognita autem cauſa pro qua Oza percuſſus eſt, iuſsit Dauid arcam portari proprijs Leuitarum humeris, ſicut patet in ſequenti. (Nota) Notãdũ quantũ delinquat qui corpus dñi indignè accipit, ſi deuot⁹ ſacerdos interijt, qui arcam dñici figuram corporis minori q̃ debuit veneratione corripuit. (Allego.) ❡Allego. autem Dauid Chriſtum, arca eccleſiam ſinificat;

ſignificat: quam vult Chriſtus inj ciuitatem ſuam adducere. vnde: G Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael. (Mat.15.c.) Et alibi: Cæcitas ex parte contigit in Iſrael &c. (Ro.11.c.)

*GLOS. ORDINARIA.*

centurionibus, & uniuerſis principibus, & ait ad omnem
cœtum Iſraël: Si placet uobis, & à dño deo noſtro † egre-
dietur ſermo quẽ loquor, mittamus ad fratres noſtros
reliquos in uniuerſas regiones Iſraël & ad ſacerdotes &
Leuitas qui habitant in ſuburbanis urbiũ, ut congregen-
a tur ad nos, & reducamus arcam dei noſtri ad nos. Non
enim requiſiuimus eam in diebus Saul. Et reſpondit uni
uerſa multitudo, ut ita fieret. Placuerat em̃ ſermo omni
b populo. Cõgregauit ergo Dauid cũctũ Iſraël, à † Sihor
Ægypti, uſq; dum ingrediaris Emath, ut adduceret ar-
c cam dei de Cariathiarim. Et aſcendit Dauid, & omnis
uir Iſraël ad collem Cariathiarim, qui eſt in Iuda, ut affer
ret inde arcam domini ſedentis ſuper cherubim, † ubi in-
uocatum eſt nomẽ eius. Impoſueruntq; arcam dei ſuper
plauſtrum nouum de domo Abinadab. † Oza autem &
frater eius minabant plauſtrum. Porrò Dauid & uniuer
ſus Iſraël ludebant coram deo omni uirtute, & in canti-
cis, & in citharis, & pſalteriis, & tympanis, & cymbalis,

a In regnum Nachor, pro quo Aquila interpretatur arcam præparatam. Chidon autẽ interpretatur clypeus, & dicitur eſſe locus vbi dictum eſt Ioſue: Leua clypeum contra vrbem Hai.

e & tubis. Cùm autẽ perueniſſet ad aream Chidõn, teten- a
dit Oza manum ſuam, ut ſuſtentaret arcam. Bos quip-
pe laſciuiens paululum inclinauerat eam. Iratus eſt itaq;
dominus contra Ozam, & percuſsit eum, eò quòd tetigiſ
ſet arcam, & mortuus eſt ibi coram domino. Contriſta-
f tuſq; eſt Dauid eò quòd diuiſiſſet dominus Ozam: uoca
uitq; locum illum, diuiſio Ozæ uſq; in præſentem diem,
& timuit Dauid deum tunc temporis, dicẽs: Quomodo
poſſum ad me introducere arcã dei? & ob hanc cauſam
eam non adduxit ad ſe, hoc eſt in ciuitatem Dauid: ſed a-
uertit in domum Obededom Gethæi. Manſit ergo ar-

a Fide ſpe & charitate.

g ca dei in domo Obededom tribus menſibus, & benedi-
xit dominus domui eius & omnibus quæ habebat.

Cap. XIIII.

M † Iſit quoq; Hiram rex Tyri nuntios ad b
Dauid, & ligna cedrina & artifices parie
tum lignorũq; ut ædificarent ei domum.
Cognouitq; Dauid*, quòd confirmaſſet
eum dominus in regem ſuper Iſraël, &
ſubleuatum eſt regnum ſuum ſuper po-
h pulum eius Iſraël. Accepit quoq; Dauid alias uxores in c
Ieruſalem, genuitq; filios & filias. Et hęc nomina eorum
qui nati ſunt ei in Ieruſalem: Samua & Sobab Nathan
& Salomon Iebahar, & Eliſua, & Eliphalet, Noga quo-
que & Napheg, & Iaphia Eliſama & Baaliada & Elipha
i let. Audientes autem Philiſthiim quòd unctus eſſet Da-
uid in regem ſuper uniuerſum Iſraël, aſcenderunt omnes

CAP. XIIII.

M Iſit quo. Hi. Seq̃t: h ❡Acce. quo. Da. ali. vxo. Multę vxores Dauid multas gẽtes ſignificãt, q̃ p fidẽ Chriſti copulant̃. Cõcubinę hęreticorũ ecclias q̃ Chriſtiani noĩs titulo gloriant̃. Sed qa ꝓpter carnalia lucra Chriſtũ ſequunt̃, nõ cõiuges, ſed cõcubinę dicunt̃. Nũc reges ſi plures habeãt vxores crimẽ eſt, qa figurę trãſierunt. i ❡Audi. au. Phi. Diffamata euangelij gr̃a & regno Chriſti vbiq; p̃dicato gẽtes vndiq; ſurrexerunt contradicentes euangelio pacis. († diſpergamus vt mittamus huc & illuc.) († idest Nilo) († ſup̃ quam)

☞ In ca. pi.

*Nicolaus de Lyra.*

deũ ĩ arcę veneratiõe. ſecũdò in tẽpli ędificatiõe ca. xvij. tertiò ĩ cult⁹ diuini ampliatiõe. ca. xxiij. & inter iſta ponunt̃ illa q̃ ꝑtinẽt ad bonitatẽ ſui regiminis. († 3.Reg.6.a.) Circa p̃mũ arcę deportatio ĩchoat̃, & ſcd'ò interrupta cõſũmat̃ ca. xv. (laſciuiens paululum) Circa primũ priò deſcribit̃ reuerẽtia Dauid ĩ diuinis, ſcd'ò ei⁹ prudẽtia ĩ humanis cap. xiiij. Reuerentia ꝟò Dauid ĩ diuinis oñdit̃ in reuerẽti deportatiõe arcę teſtamenti, q̃ q̃dẽ deportatio priò incipit̃. ſcd'ò ꝓp̃ ĩpedimentũ ſupueniẽs interrũpit̃ ibi: Cũ aũt ꝑueniſſent. H Snia aũt hui⁹ ca. patet ex dictis. ij. lib. Reg. vj. ca. hoc excepto. († diuertit) a ❡Cũ au. p. ij. Re. vj. dr̃: Ad areã Nachor. ad qd' dicẽdũ ẽ, q̃ ille loc⁹ erat binomi⁹, vl' dñs loci: & ſic ponit̃ hĩc vnum nomen, aliud verò. ij. Reg. vj. ca.

*NIC. DE LY.*

CAP. XIIII.

M Iſit quoq; Hi. rex Tyri. Hĩc cõſequẽter deſcribit̃ prudẽtia Dauid ĩ agẽdis. & primò in multiplicatiõe amicorũ. ſecũdò ĩ debellatiõe aduerſariorũ, ibi: Audientes aũt. & vtrũq; faciebat ad regni ſui firmamẽtũ, vt patet. Snia autem (* eo) (Diuiſio)

Moraliter. b ❡Miſit quo. Expoſitio myſtica hui⁹ ca. poſita eſt. ij. Re. v. vſq; ibi: c ❡Acce. quo. Da. Per Dauid ſignificat̃ Chriſtus, vt dictũ eſt frequenter. Per primas eius vxores intelligi poſſunt ſynagoga & eccleſia prout diuiditur contra ſynagogam. Quę quidem eccleſia in allegorico ſenſu Ieruſalem nominatur. Igitur per vxores quas accepit Dauid in Ieruſalem perſonę deuotę ſignificantur, quę in eccleſia ꝑ obſeruantiã caſtitatis vel integritatẽ fidei Chriſto deſpõſant̃. ij. Cor. xj. a. Deſpondi vos vni viro virginem caſtam exhibere Chriſto. d ❡Audientes autem Phi. q̃ vn. eſſet da. in regem. Huius expoſitio myſtica poſita eſt. ij. Reg. v. ca. (Moraliter)

a ℭ In ca.vi. In Hebręo verò, A flentiū.i. idolorū venire iubet, in qb⁹ cōfidebāt, qa ad fletū ęternū ducūt. Cū audieritis, iqt, ſonitū gradientis in cacumine flētiū, i. cùm audieris ab angelis paganorū idola deſtrui, in qb⁹ eſt oīs fortitudo eorū, tūc inibis ꝑliū: qa dñs añ te ꝑcutiet caſtra Philiſthinorū. Inuiſibilis de⁹ q ī maieſtate ſua ꝑeminet vniuerſis, ꝑ inuiſibilia ꝑſentiā ſuā oſtēdit. vñ: Inuiſibilia ipſi⁹ à creatura mūdi ꝑ ea q̄ facta ſunt, intellecta cōſpiciunt. (Roma.1.c.) Innuit quoq; fidelibus vt auxiliū dei q̄rāt in oīb⁹, & ꝓficere ſe in certamine cōfidāt: cū dñi aduētū ſibi adeſſe ſentiant. Cacumina vò pyrorū ſignificāt altitudinē ſanctorū. Dat de⁹ ſignū doctorib⁹ ſctis ad ꝑdicādū miſsis, vt ſequant. ſ. deuotionis miniſterio, q̄s ſpūſſctūs dirigit ꝑmonēdo. b ℭ De Gab. vſ. Ga. Percutit Chriſt⁹ q ī colle ſupbię cōſiſtūt, & cōterit ſepē duritię, eorū diuidens ꝑtinaciā, vt ſol⁹ dñet in orbe terrarū. vñ ſeqt: Diuul. eū no. Da. &c.

## GLOS. OR.

CAP. XV.

B F Ecit quo. do. Sequtur: c ℭ Tūc di. Da. Non vult Chriſtus, vt indigni eccl'iaſtico fūgant officio, ſed eruditi ſcīa & morū honeſtate ſpectati portāt arcā dei. i. eccl'iā humeris pij laboris, & exultāt. vñ: (2.Tim.4.b) Fac op⁹ euāgeliſtę, miniſterium tuū īple. d ℭ Cōg. vni. Iſ. in. Nō ſolū Dauid, ſed etiā omnes ꝓphetę ī eccl'ia Chriſti dictis & factis incarnatiōi ꝑbuere locū, vt citi⁹ adueniēs ſuſciperet, cùm fuiſſet añ ꝓphetat⁹. e ℭ Sctifi. ſu. er. miniſtri no. te. vita & doctrina debēt eſſe mūdi, qbus dicit: Sancti eſtote, qm̄ ego ſctūs ſum. (Leui.19.a.) Qui rectę fidei vbis & exemplo operis debēt fidelib⁹ cōmēdare incarnationē Chriſti & redēptionē hūani generis &c.

☞ Nablis

## Nicolaus de Lyra.

~te hui⁹ cap. patet ex dictis. ij. Re. v. vſq; ad finē illi⁹ ca. hoc excepto: a ℭ Non aſ. poſt eos, re. ꝑ hoc nō eſt intelligendū, ꝙ Dauid retrocederet ab aduerſarijs, ſed de mādato dei declinauit à latere gyrando exercitum Philiſthinorū, vt ī alia pte ſigno ſibi à deo dato īuaderet ipm, vt hr. ij. Re. v. b ℭ Diuulg. eſt no. ꝓpter duplicē victoriā ꝑdictā. c ℭ Et do. &c. o. g. q̄ erāt ī circūitu regni ſui, ita ꝙ nullus audebat regnū ſuum moleſtare.

† diuiſit

## NI. DE LYR.

CAP. XV.

F Ecit quo. ſi. hîc deductio arcę pri⁹ interrupta ex cā dicta. xiij. ca. cōſummat. & priò deſcribit arcę deportatio. ſcd'ò ipſi⁹ deportatę debita veneratio. c. xvj. Prima

† Nu.4.a.

a ℭ Non ſi dei deuotione, ſed dolo nequitiæ, ideo non metuerunt uenire, quia ſcilicet noluerunt credere.

ut quærerent eum. Quod cùm audiſſet Da-

a ℭ Beneficij ſui munera oſtendens, ſed qui ingratus fuit mortem ſibi acquiſiuit.

uid, egreſſus eſt òbuiam eis. Porrò Philiſthiim uenientes diffuſi ſunt in ualle Raphaim. Conſuluitq; Dauid dominū, dicens: Si aſcendam ad Philiſthæos, & ſi trades eos in manu mea? Et dixit ei dominus: Aſcende, & tradam eos in manu tua. Cúmque illi aſcendiſſent in Baalpharaſim, percuſsit e-

a ℭ Cum fideles ſibi per electionem gratiæ coniunxit & infideles expulit.

os ibi Dauid & dixit: Diuiſit deus inimicos meos per manum meam, ſicut diuiduntur aquæ. Et idcirco uocatum eſt nomē loci illius Baalpharaſim. Dereliqueruntq; ibi deos ſuos quos Dauid iuſsit exuri. Alia etiam uice Philiſthiim irruerunt, & diffuſi ſunt in ualle. Cōſuluitq; rurſum Dauid deum, & dixit ei deus: Non aſcendas poſt eos, recede ab eis, & uenies contra illos ex aduerſo pyrorū. Cúmque audieris ſonitum gradiētis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellum. Egreſſus eſt enim deus ante te, ut percutiat caſtra Philiſthiim. Fecit

ℭ Chriſtus. a ℭ Pater. b ℭ Dæmonum vel mundi principatum.

ergo Dauid ſicut pręceperat ei deus, & ꝑcuſsit ca-

a ℭ Collis vel ſublimitas. b ℭ Sepem eius, vel diuiſionem.

ſtra Philiſthinorum de Gabaon uſq; Gazera. Di-

a ℭ Dedit illi nomen quod eſt ſuper omne nomen.

uulgatumq; eſt nomen Dauid in uniuerſis regionibus, & dominus dedit pauorē eius ſuper omnes gentes.

## Cap. XV.

a ℭ Eccleſias b ℭ Catholica eccleſia tota orbe diffuſa.

F Ecit quoq; ſibi domos in ciuitate

a ℭ Quia in præſenti eccleſia incarnationis & paſsionis myſterium commendat.

Dauid, & ædificauit locum arcæ dei, tetenditque ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid: Illicitum eſt, ut à quocūq; portetur arca dei, niſi à Leuitis quos elegit dominus ad portandū eam, & ad miniſtrandum ſibi uſq; in æternum. Congregauitq; uniuer-

a ℭ Omnes fideles.

a ℭ Eccleſiam, vt ibi ſcilicet incarnationis myſteria venerentur.

ſum Iſraël in Ieruſalem, ut afferretur arca dei in locum ſuum quem præparauerat ei, necnon & filios

a ℭ Prælatos.

a ℭ Iunioris dignitatis.

Aaron & Leuitas. De filiis Caath Vriel princeps fuit, & fratres eius centum uiginti. De filiis Merari, Aſaia princeps & fratres eius ducēti uiginti. De filiis Gerſon, Ioel princeps & fratres eius centūtriginta. De filiis Eliſaphan, Semeias princeps & fratres eius ducenti. De filiis Hebron, Eliel princeps & fratres eius octoginta. De filiis Oziel, Aminadab princeps, & fratres eius centūduodecim. Vocauitq; Dauid Sadoc & Abiathar ſacerdotes & Leuitas, Vriel, Aſaiam, Ioel, Semeiā, Eliel, & Aminadab, & dixit ad eos: Vos qui eſtis principes familiarum Leuiticarū, ſanctificamini cum fratribus ueſtris, & afferte arcā domini dei Iſraël ad locum qui ei pręparatus eſt, ne ut à principio, quia non eratis præſentes, † percuſsit nos dñs, † ſic & nunc fiat, illicitū quid nobis agētibus. Sanctificati ſunt ergo ſacerdotes & Leuitæ ut portarent arcam domini dei Iſraël. Et tulerunt filij Leui arcam dei, ſicut præceperat † Moyſes, iuxta uerbum dñi, humeris ſuis in uectibus. Dixitq; Dauid principibus Leuitarū, ut conſtituerent de fratribus ſuis canto-

† circunda eos

† quia non quęſiuim⁹ vel conſuluim⁹ eum ſcd'm ritū.

ma in duas, qa priò deſcribit ad C hoc debita ꝑparatio, ſcd'ò ſubdit deuota portatio, ibi: Et tulerūt filij Leui ar. Circa primū dr: d ℭ Fecit quo. ſi. do. in ci. de iſta ędificatiōe dictū eſt. ꝯ. xj. ca. ſed hîc breuiter reſumit, eò ꝙ Dauid fecit ſibi apportari arcā ad ciuitatē regiā, vt haberet ꝓpe ſe locū cultui diuino aptum. vñ ſubdit: e ℭ Teten. ei. Iſtud fuit aliud à tabernaculo qd' fecerat Moyſes, qa illud remāſit ī Gabaa vſq; ad ædificationē tēpli ꝑ Salomonē, vt habet. ꝯ. xxj. f ℭ Tūc di. Dauid. Illi eſt. Hoc em̄ dicit ꝑ cōſiderationē legis: Nu. iiij. c. & vij. & ꝑ mortē Ozę, eò ꝙ arcā fecerat deportari ſup plauſtrū ꝑ boues. h ℭ Cōgre. vni. Iſ. vt cū maiori ſolēnitate fieret deportatio arcæ. i ℭ Necnō & fi. Aa. vt dirigerēt Leuitas in arcę deportatione, ita ꝙ offenſio dei nō veniret ſup eos. vnde poſtea ſubditur: k ℭ Ne vt a prin. ſ. portationis arcæ, vt dictum eſt cap. xiij. l ℭ Quia nō era. p̄. vos qui ſcitis legē. m ℭ Percuſ. nos. Quia percutiendo Ozam morte ſubita, Dauid & tot⁹ ppl's fuit timore ꝑcuſſus: qd' nō fuiſſet factū ſi ſacerdotes ſciētes legem fuiſſent ꝑſentes: qa nō ꝑmiſiſſet arcam ſuper plauſtrū portari. D n ℭ Sanctifica. ſunt. ꝑ cōtinētiā ab vxorib⁹, orōnes & ieiunia & cōſilia. o ℭ Et tu. f. Deſcripta debita pręparatione, hîc cōſequēter deſcribit deuota deportatio. ſ. cū laudib⁹ diuinis & ſacrificijs, & hoc eſt qd' dr: Et tuler. fi. le. de loco vbi erat in Gabaon. p ℭ Sicut p̄. Moy. Nu. iiij. vbi ꝑcipit, ꝙ arca ꝑ Leuitas de ſtirpe Caath in ꝓprijs humeris & vectibus deportet. q ℭ Dixitq; Da. &c. cāt. ad canēdū diuinas laudes, nō ſolùm vocib⁹ hūanis, ſed etiā cū hoc īſtrumentis muſicis. ideo ſubdit:

~ In organis

Moraliter. d ℭ Fecit quo. ꝑ quā ſignificat eccl'ia q̄ eſt ciuitas Chriſti. ciuitas em̄ dr q̄ſi ciuiū vnitas. Oīs autē q numero & merito ſunt de eccl'ia dei, vniti ſūt ī fide & charitate Chriſti. ꝑ domos igit in ciuitate Dauid ſignificant diuerſi ſtat⁹ in eccl'ia ſ. ꝑlatorū, clericorū, religioſorū, & laicorū, in qb⁹ oīb⁹ habitat ꝑ grām ver⁹ Dauid Ieſus Chriſt⁹. g ℭ Illici. eſt &c. a Leu. ꝑ qd' ſignificat ꝙ ī miniſterio ſacri Euchariſtię ī q̄ cōtinet Chriſt⁹ ſoli ſacerdotes & miniſtri ad hoc ordinati accedere debent, & nō alij, ꝓpter qd' ſequit. ꝯ. n ℭ Sanctifi. ſunt er. ſacer. & Le. vt port. ar. do. Per qd' ſignificat, ꝙ in miniſterio ſacramenti euchariſtiæ vt debitè fiat nō ſufficit grad⁹ ordinis, niſi cū hoc ſit puritas mētis & corpis. q ℭ Dixitq; Da. prin. Leu. vt cōſt. de fra. ſu. in cā. in orga. Per.

Moraliter

⁂ q̄ ſignantur

Nablum cithara

a ℭNablis vi.Nablũ Hebraicè,pſalteriũ Grȩcè,laudatoriũ Latine.Habet pſalteriũ ventrẽ obeſum in ſuperioribus,vt chordarum fila religata diſciplinabiliter percuſſa,ſuauiſsimã reddant cantilenã. E Huic cithara videtur contraria,quæ in imo cõtinet quod pſalteriũ in capite.Pſalterium cum decem chordis eccleſia eſt cum decalogo legis.Huic oppoſita eſt cithara,q̃ viginti quatuor chordis in modum Deltȩ literȩ componitur(vt peritiſsimi tradunt)& per digitos in diuerſos modos concitatur.Hȩc eccleſiam ſignificat,quȩ cum vigintiquatuor ſeniorũ dogmatibus trinã habet formã in modũ Deltæ lr̃æ,& fidẽ ſãctȩ trinitatis ſignificat.Per man⁹ aũt apoſtolorũ & euãgeliſtarum in diuerſos modulos vete.& no.teſta.aliter in litera aliter in ſenſu concitat̃ figuralr̃. b ℭLyris.Lyra dicitur ἀπὸ τοῦ λύειν id eſt à varietate vocum,eò ꝙ diuerſos faciat ſonos.Hȩc eccleſiam ſignificat,quæ in varietate diuerſarũ diſciplinarũ hiſtoricè,allegoricè,tropologicè, & per anagogen ſuauem ſonum exprimit,ſed â ſymphoniæ ſimplicitate nõ recedit.Cymbala autem adinuicem percuſſa ſonum faciunt. vnde:Lau.eum in cym.be.ſo.&c. Cymbala bene ſonantia ſunt labia noſtra,q̃ ꝑcuſſa adinuicem ſuauem humanæ vocis harmoniam reddunt. c ℭPro oct.In die.ſ.iudicij aduẽtũ dñi ſignificabant,in quo finita ſeculi hebdomada veniet ad iudicium.Vnde ſextus pſ.qui cũ tremore iudicij cantatur,tali titulo prænotat̃.Hîc aũt numerus magna continet ſacrã.Octo animȩ ingreſſæ ſunt in arcã Noe,& mundo pereunte ſaluatæ. Octauus filius Ieſſe fuit Dauid,quem domin⁹ elegit. Die octauo purificat circuncilio. Die octauo.i.dominico ſurrexit Chriſt⁹. d ℭPorro ſe.& Io.&c.Hi ſeptem ſacerdotes coram arca tubis canentes ſancti prædicatores ſunt ſeptiformi ſpirit⁹ F gratiæ pleni,qui euangelium in eccleſia Chriſti prȩdicant,& ſacramentum incarnationis auditoribus p̃dicant. e ℭClãgebant tu.Aliter fit tuba cõgregandi ppl̃i,aliter conductionis,aliter victoriȩ, aliter pſequẽdi inimicos,aliter cõcluſionis ciuitatũ &c.Tuba autẽ cõſuetudinaria apud rerum pitos hoc modo formatur:vt trib⁹ fiſtulis ȩreis in capite anguſto inſpiret̃,ſicut per quatuor vociducas ȩreas q̃ ꝑ ȩreũ fundamentũ quaternas voces ꝑducũt,mugitũ vehemẽtiſsimũ proferãt.q̃ ſignificãt euãgelium trina cõfeſſione trium perſonarum in capite anguſto.i.in natiuitate Chriſti diuinitus inſpiratũ.per quatuor vociducas ȩreas.i.per quatuor euangeliſtas,æreo.i.ſtabili fidei & operis fundamẽto in orbe vocẽ vehementiſsimã quaſi tubȩ congregantis vocem emittere. f ℭDauid au.Chriſtus incarnationis ſuȩ & paſsionis exemplum antea à Iudæis occultũ manifeſtat.lignũ nãq; de terra ortũ multiplici labore ad candorem veſtis perueniens, veritatem humanȩ carnis inter flagella triumphantis oſtendit.& hoc eſt.Dauid erat in. Ephod.ℭGrego.Libet intueri quanta virtutum munera Dauid perceperat, & in omnib⁹ q̃; fortẽ ſe humilitate ſeruabat,quem non extolleret ora leonum frãgere,vrſorum brachia diſsipare, deſpectis fribus eligi,reprobato rege in regem vngi,horrendum Goliam vno lapide ſternere,à rege propoſita extinctis Allophilis numeroſa prȩputia reportare,ꝓmiſſum tandem regnum percipere: totum Iſraelem ſine contradictione poſsidere.Cum tñ arcam dei Ieruſalẽ reuocat oblitus ſe prȩlatũ,omnibus G populis admiſtus ante arcã ſaltat.Et qa corã arca ſaltare(ut credit̃) mos vulgi fuerat,ĩ diuino obſequio ſe ꝑ ſaltũ rotat.Ecce quẽ dñs cũctis prȩtulit,ſe ſub dño exȩquando minimis & abiecta exhibendo contemnit.Non poteſtas regni ad memoriã reducitur:Non ſubiectis vileſcere metuit:Nõ ſe honore p̃latũ añ eius arcã q honorẽ dederat recognoſcit.Corã dño egit debilia vel extrema,vt illa humilitate ſe ſolidaret, q corã oĩbus geſſerat fortia.Quid alij ſentiãt ignoro. Ego Dauid ſaltãtẽ plus ſtupeo q̃; pugnãtẽ.Pugnãdo hoſtem ſubdidit,ſaltãdo ſeipſm.Quẽ cũ filia Saul adhuc tumore regij generis ĩſana cũ hũiliatũ diſpliceret,dicẽs:Quã glorioſus fuit hodie rex Iſrl̃ diſcoopiẽs ſe añ ãcillas ſeruorũ ſuorũ,& nudatus quaſi

Pſ.150.f.

Gen.6.d.
† ſup Haſeminith Lãnaſeah.vide Pſ.4.&.6.
1.Reg.15.b.
Luc.1.f.
† vel magiſter erat cãtus,vt iſtrueret alios in cantu
Sonit⁹ tubȩ diuerſitas
† vel cantus cũ cãtorib⁹
1.Reg.15.b.
Ibi.17.f.
Ibi.18.g
2.Reg.5.a.
2.Re.6.d.

a res in organis muſicorum, nablis ui-
b delicet & lyris & cymbalis,ut reſona
ret in excelſis ſonitus lȩtitiæ. Conſti-
tueruntq; Leuitas,Heman filiũ Ioel,
& de fratribus eius Aſaph filium Ba
rachiæ. De filiis uerò Merari,fratri-
bus eorum,Ethan filium Caſaiæ, &
cum eis fratres eorum.In ſecundo or
dine Zachariã,& Ben,& Iaziel,& Se
miramoth,& Iahiel,& Ani,& Eliab
& Banaiam & Maſiam & Mathathi
am,& Eliphalu & Maceniã & Obe-
dedom & Iehiel,ianitores.Porrò can
tores Hemã Aſaph & Ethan in cym
balis æneis concrepantes,Zacharias
autem & Oziel & Semiramoth & Ia
hiel & Ani & Eliab & Maaſias & Ba

a ¶In pſalterio ſaluatoris aduentum prædicabant,quem mirabili ſecreto diuinitatis pro hominum ſalute diſpoſuit.

naias in nãblis † arcana cantabant.
Porrò Mathathias & Eliphalu & Ma
cenias & Obededom & Iehiel & Oza
c ziu,in citharis † pro octaua canebant b

a ¶victor deo triumphus & palma.

ἐπινίκιον epinicion ſuper uictoriis.Cho
nenias autem princeps Leuitarum

a ¶Quia ſpiritu prophetiæ plenius melodias & verba cantoribus ad memoriam reuocabat.

† prophetiæ præerat,& ad prȩcinen c
dam melodiam. Erat quippe ualde
ſapiens.Et Barachias & Elcana,iani d
d tores arcæ. Porrò Sebenias & Ioſa-
phat & Nathanael & Amaſai & Za
charias & Banaias & Eliezer ſacerdo
e tes clangebant tubis coram arca dei,
& Obededom & Iehias erant ianito-

a ¶Poſtquam plenitudo gentium intrauerit ad fidem,reuertetur arca dei in ciuitatem Dauid id eſt ad Iudæos prædicantibus Elia & Enoch gratia Chriſti conuertetur.

res arcȩ.Igitur Dauid & omnes ma-
iores natu Iſraël & tribuni, ierunt ad

a ¶Martyrio coronati.

deportandam arcam fœdẽris domi-
ni de domo Obededom cum lȩtitia.
Cúmque adiuuiſſet deus Leuitas qui e

a ¶Martyrio coronati.

portabant arcam fœdẽris domini im

a ¶Triturantes arcam dei ſeptiformi ſpiritu pleni.

molâbantur ſeptem tauri & ſeptem

a ¶Duces gregis.

arietes.Porrò Dauid erat indutus ſto f
la byſsina,& uniuerſi Leuitæ qui por
tabant arcã, cantoresq;,& Chonenias princeps † prophetiæ inter canto-
f res. Dauid autem indutus erat eti-
am ephod lineo. Vniuersúsque Iſ-
raël deducebãt arcam fœderis domi-
ni in iubilo & ſonitu buccinæ & tu-
bis & cymbalis & nablis & citharis
concrepantes. Cúmque perueniſ-

*Nicolaus de Lyra.*

a ℭIn orga.Duæ ſunt ſpecies citharæ.Lyra enim tangitur cum plectro: nablũ verò cũ digitis.vnũ tñ ꝓ alio frequenter ponit̃,& ecõuerſo.& legat̃ lr̃a ſicut iacet vſq; ibi: b ℭPro oct.ca.Aliq libri habent Sepinitiõ:tñ idẽ ſignificant ſecũdum qđ dicũt expoſitores nr̃i.& eſt ſignificatio iſta,victori deo triũph⁹ ſiue palma.& ſcđm expoſitores nr̃os hoc erat principiũ cãtici quod cãtabant,& frequenter reſumebat̃ in ꝓceſſu cantici,ſicut in cantilenis.Quod autem dicit̃ hîc: Pro octauo cane.epini.Per hoc intelligitur octaua reſurrectionis Chriſti, quia tunc obtinuit palmam & triumphum,quȩ quidem reſurrectio ſiue gloria reſurrectiõis figurabat̃ ꝑ cantũ illum. In Hebrȩo vò habet̃ ſic:Sup octauã ad fortificandũ,vel vincendũ.Qđ ſic exponunt Hebrȩi,ſup octauã.i.ſup inſtrumẽtum octo chordarũ,in quo canebãt laudes.& eſt modus loquẽdi Hebraicus,ſuper octauam.q.d. inſtrumento muſico octo chordarũ.Ad fortificãdũ vel vincẽdum.ſicut em̃ in ſolẽnitatibus magnis vnus chorus in eccleſia nititur in cantu aliũ ſuperare,ſic etiam iſti Leuitȩ faciebãt. c ℭProphe.p̃e. Quia oſtendebat eis quȩ dicta prophetica debebant canere. d ℭEt Ba.& El.ia.Quia dum portaretur arca,canebant ſolicitè ne aliqui indebito modo appropinquarent ad eã. ſicut qñ erat in tabernaculo cuſtodiebãt portas,ne aliqui indebitè ſe ingererent. e ℭCumq; ad.de⁹. Dicunt hîc Hebrȩi,ꝙ iſtud adiutorium intelligit̃ ꝑ hoc ꝙ arca portabat ſeipſam:hoc eſt dictum ꝙ diuina virtute ſic portabat̃,ꝙ Leuitæ portatores eius nullum pondus ſentiebant:& pro iſto miraculo fuit facta immolatio. f ℭPorro Dauid er.indu. ſtola byſſ.Quia depoſitis regalibus inſignijs accepit veſtem ſimilem Leuitis ſe humiliando & coram deo exultando:ꝓpter quod Michol filia Saul deſpexit eũ de quo contemptu plenius fuit dictum ij.Regum.vj.in fine.

† ſup Halamoth eſt nomẽ inſtrumẽti muſici vide titulũ Pſa.9.&.45
H
† & ad p̃cinendã melodiam

Moraliter

* quȩ ſignantur orationes deuotæ quæ fiunt in eccleſia,in quibus etiam cantus addendus eſt aliquando,& melodia:pro quanto facit ad excitationem deuotionis variæ. Nanq; melodiæ varias excitant paſsiones.nam aliquæ excitant ad audaciam quibus vtuntur homines in bellis, & aliquȩ ad compaſsionẽ,quibus vtebãtur antiquitus in ſepulturis,& aliquȩ ad diſſolutionem,quibus iuuenes vtunt̃ in choreis,& aliquæ ad deuotionem, quibus & non alijs vtendum eſt in eccleſijs.

* Michol fi.

A datus quaſi vnus de ſcurris,audiuit: Ludam ante dñm,qui elegit me potius quàm patrẽ tuũ.& paulò pòſt: Ludã & vilior fiã plus q̃ fa-
2.Re.6.d. ctus ſum &c.Q. Vileſcere corã hominibus appeto,qa ſeruare mihi coram dño per humilitatem regnum quæro. Sunt q de ſe humilia ſentiunt & in honoribus poſiti nihil ſe eſſe niſi puluerem ꝓpẽdunt, ſed hoibꝰ viles apparere refugiũt, & qđ interiꝰ cogitant rigida,exterius venuſtate palliãt.Sunt q viles hoibꝰ videri appetũt, & oĩno qđ ſunt deiectos ſe exhibẽdo cõtẽnũt,ſed intꝰ ex merito oſtẽſę vilitatis intumeſcũt,& tãtò corde elati ſunt q̃ntò in ſpecie elationẽ ꝑmũt.vtraq; elatiõis bella magna Dauid circũſpectiõe dephẽdit,mira virtute ſupauit.Qui em̃ de ſe intꝰ hũilia ſentiẽs,honorẽ exteriꝰ nõ q̃rit,dicit: ludã & v.f.Et qa ꝑ hoc ꝙ vilẽ ſe exterius ꝑbuit,interiꝰ vͦ nõ intumeſcit,adiũgit: Eroq; hũilis in oculis meis.q.d.q̃lẽ me exteriꝰ deſpiciẽs exhibeo,talẽ interiꝰ attẽdo. a ℭ Mic.fi.Sa.Cũctis exaltãtibꝰ & ad arcę introitũ hymnis reſonãtibꝰ ſola Michol filia Saul abeſt:imò i ſpeculis Dauid hũc humiliatũ deſpicit.qa credẽtiꝰ in fine Iudęis qdã Chriſtũ ꝓfeſsiõe, Antichriſtũ ſequunť ope:qbus cõgruit ꝙ Michol q̃ ad figurãdã carnaliũ inſtabilitatẽ aqua omnis interꝑtať,nõ vxor Dauid ſed Saul filia dr̃.Qui em̃ Chriſto ſpecietenꝰ ſeruiũt, nõ cũ illo coronanť:ſed cũ ꝑſecutoribꝰ q̃s imitati ſunt,dãnanť.Quãuis aũt praui humilitatẽ cõtẽnant eccl'iæ.nihilominus arca dei in locum ſuum peruenit.

† fruſtrum

ſet arca fœderis domini uſq; ad ciuitatem Dauid, Michol filia Saul proſpiciens per feneſtram uidit regẽ Dauid ſaltantem atque ludentem,& deſpexit eum in corde ſuo.

Cap. XVI.

Attulerunt igitur arcam dei,& conſtituerunt eam in medio tabernaculi quod tetẽderat ei Dauid,& obtulerunt holocauſta & pacifica coram deo. Cumq; compleſſet Dauid offerens holocauſta & pacifica,benedixit populo in nomine dñi,& diuiſit uniuerſis per ſingulos à uiro uſq; ad mulierem tortam panis, & † partem aſſæ carnis † bubalæ,& frixam oleo. Conſtituitq; corã arca dñi de Leuitis qui miniſtrarẽt & recorda rentur operum eius, & glorificarent atq; laudarent dominum deum Iſraël, Aſaph principẽ,& ſecundũ eiꝰ Zachariã. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiã & Eliab,& Banaiã & Obededõ, & Iehiel ſup organa pſalterij & lyras. Aſaph aũt ut cymbalis perſonaret. Banaiã uerò & Iahaziel ſacerdotes canere tuba iugiter coram arca fœderis dñi. In illo die fecit Dauid principem ad † confitendum dño Aſaph & fratres eius. † Confitemini domino & inuocate nomẽ eius,

a ℭ Vnã:quia vnus dominus,vna fides,& vnum baptiſma, vnus deus & pater omnium &c. b ℭ Qui de cælo deſcendit & dat vitam mundo.

a ℭ Vituli ſaginati,igne paſsionis aſſati.

a ℭ Cor mundum cum pura conuerſatione exhibentes. b ℭ Meditantes in lege dei ſecundum regulam fidei die ac nocte.

a ℭ Prædicatione,iubilatione & opere.

ℭ Digne.

GLOS. OR.

CAP. XVI.

Attu.igi.ar.dei & cõ.Poniť arca in medio tabernaculi,qđ tetẽderat ei Dauid.i.fides eccl'ia ꝑdicať,ꝑficit & inſe
B riť cordibꝰ fideliũ,q̃s deus ad vitã ꝑordinauit ęternã. c ℭ Bñdi.po. Chriſtꝰ & deuotionẽ eccl'ię cõmẽdat patri,q̃ etiã ad dexterã pr̃is interpellat ꝓ nobis,& tãq; verus Dauid bñdicit,& ſalutaris myſterij paſcit alimentis. d ℭ Et di.vni.Hęc mune
1.Co.10.d ra fideles accipiũt,qñ vnꝰ panis & vnum corpꝰ multi in Chriſto carnis ſuę laſciuiã caſtigãtes & ſeruituti ſubijciẽtes ſcti ſpũs igne decoquũt,& fructus bonorũ operũ oleo miſericordię pinguiſsimos cõpaſsione ꝓximi feruere faciũt.At cõtrà filia Saul fruſtra cubiculũ regis igreſſa nõ fructificat:qa q vͦbũ dei aure tenꝰ ꝑcipiũt,ſine boni opis ꝓle moriũť. e ℭ Fri.ol.Carnẽ à pctĩ ſale.ſ.mundiſsimã ob hũanę ſalutis cauſam crucis ſartagine toſtã,oleo chari-
Ioh.3.b. tatis plenã.Sic em̃ deꝰ dilexit mũdũ,vt filiũ vnigenitũ daret,q ex charitate paſſus eſt. f ℭ In il.die.Quia Chriſtꝰ ordinẽ doctorũ in culmine eccl'iaſticę dignitatis cõſtituit.Aſaph em̃ cõgregãs interꝑtať. Aſaph ergo & fratres eius ſunt ap̃li & ap̃lici viri ad cõgregãdos fi-
Ps.44.d deles cõſtituti,de quibus dicit: Cõſtitues eos prin.ſup oẽm terram. Modũ autẽ laudationis quẽ ipſe Dauid cõpoſuit,ſcriptor hiſtoriæ inſeruit,dicens: Cõfitemini dño &c. g ℭ Confitemini &c.Alleluia huic pſalmo pręſitulatum eſt,& ſcđm Hiero.neutri generis eſt Allelu,laudate.ia,inuiſibilem deum ſignificat,quod eſt vnum de decem dei nominibus,ſicut in epiſtola ad Marcellam tradit Hierony.

Et dicat

*Nicolaus de Lyra.*

Moraliter * a ℭ Michol filia Saul &c.& deſ.eum.eò ꙑ erat in humili veſtitu coram populo ſuo,vt habetur plenius,ij.Reg.vj.Per Michol igitur ſignificať Iudęa,quę verum Dauid Ieſum Chriſtum deſpexit,eò ꙑ corã Iudæis apparuit in humilitate & paupertate magna,cũ tñ eum ex hoc debuiſſet honoraſſe,ſicut ꝑmonita fuerat verbo Zacharię prophetę.ix.ca.Exulta ſatis filia Sion,iubila filia Ieruſalem.Ecce rex tuus venit tibi iuſtus & ſaluator,ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam &c.Et ſicut Michol ex illo contemptu facta fuit de cętero ſterilis,vt dicit.ij. Regum.vj.d.Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius uſq; ad diẽ mortis ſuæ.ſic & Iudæa propter cõtemptum Chriſti ſterilis facta eſt in bonis gratiæ,& etiam fortunæ. C

*NIC. DE LYRA.*

CAP. XVI.

Attulerunt igi. Hic conſequenter deſcribitur deuotio Dauid in arcę iã portatę venerationẽ.& primò in oſtijs oblatis dño & beneficijs collatis populo. ſcđò in deuoto obſeqo,ibi: Conſtituitq; corã arca.Snĩa primę ꝑtis patet ex dictis ij.Reg.vj.hoc excepto. e ℭ Tor.p.ij.Re.vj.dr̃ Collyridã panis.& dicũt expoſitores cõiter,ꙑ ẽ idẽ genꝰ panis.& dr̃ torta à torqueo torques,qa paſta,vñ formať ꝑ manꝰ piſtoris priꝰ cõcutiť & torquetur. h ℭ Conſti.Hic cõſequẽter oſtendiť deuotio Dauid in obſequio deuoto coram arca qđ inſtituit.Et primò poniť cãtorũ nominatio.ſcđò cãtꝰ determinatio,ibi: Confitemini dño.tertiò vtriuſq; ſtabilitio,ibi: Dereliq̃t itaq; ibi &c. Circa primũ dicit: Conſti.co.ar.do.de le.qui. in diuerſis obſequijs,& maximè in laudibus diuinis,ideo ſubdiť: Et recordarentur ope.eius.Sequiť. i ℭ Aſaph princi.quia Dauid conſtituit eum pręceptorem. k ℭ Et ſe.eiꝰ Zacha.Iſtum enim inſtituit ſuccentorem. l ℭ Canere tu. id eſt quando offerebatur iuge ſacrificiũ mane & veſpere. p ℭ Confitemi.do. Hic conſequenter deſcribitur cantici ſiue diuinæ laudis determinatio.& accipitur ex duobus pſalmis, videlicet centeſimotertio & nonageſimoquinto.in quo cãtico primò ad dei laudẽ ppl's inuitatur ſpecialiter.ſecundò totus mundus generaliter,ibi: Cantate dño. Circa primum dicitur: Confi.do.confeſsione humiliationis peccata propria recognoſcendo, quia humiliatio diſponit ad efficaciam orationis.ſecundum illud Ecc.xxxv.c.Oratio humiliantis ſe nubes penetrabit &c. ſecundò confeſsione diuinæ laudis:ideo ſubditur: q ℭ Et inuo.nomen eius. eius miſericordiam & gratiã implorãdo.

Notas faci

Diuiſio | Diuiſio | Diuiſio | † & peltam vľ lagenam ſub.vini | D

Moraliter Moraliter. b ℭ Attu.igi.ar.d. Per quã ſicut dictũ eſt,ĩtelligiť euchariſtia cõtinẽs Ieſum Chriſtum:& cõſti.eã i m.ta. Per qđ eccl'ia ſignificať i q̃ euchariſtia ſicut lignũ vitę in pãdiſi medio collocatur. † vel laudãdum
c ℭ Et ob.ibi ho.ſ.diuinę laudis,q̃ debẽt offerri coram euchariſtia. Ps.xlix.d. † Ps.104.a Sacrificium laudis honorificauit me. Eſa.12.b. d ℭ Et di.v.ꝑ ſin.Per qđ oſtẽduť bona Chriſti ſine acceptiõe ꝑſonarũ cõferri Act.x.e.In vͦitate cõperi ꙑ nõ eſt ꝑſonarũ acceptor deꝰ.Sed in omni gẽte qui timet deũ & operať iuſtitiã,acceptus eſt illi. e ℭ Tor.pa.i.partẽ in meritis Chriſti,q eſt panis vitę,& tortus fuit in ſua bñdicta paſsione. f ℭ Et partem aſſæ car.i.participationẽ in martyrũ meritis,quorũ caro fuit aſſata in igne tribulationis. g ℭ Et fri.o.i.participationẽ in meritis virginum & confeſſorum.Fuerũt enim ſimilia quę eſt farina tritici purgatiſsima,& per mentis & corporis & puritatem:& oleo frixa per miſericordię pietatem. h ℭ Conſtit.co.ar.Vult em̃ noſter Dauid Ieſus Chriſtꝰ,ꙑ corpꝰ ſuũ in euchariſtia à miniſtris eccleſiæ debitè veneretur. m ℭ In il.die.i.tpe eccleſiæ primitiuæ. n ℭ Fecit Da.i.Chriſtus. o ℭ Principem cõ.do.Aſa.& fra.Per Aſaph qui congregans interpretatur ſummus pontifex ſignificatur, ſub cuius cura Chriſtianus populus congregatur per fratres eius cardinales ꝑ̃iarche,archiepiſcopi,ep̃i ĩtelligunť,qa fratres ſummi põtificis nominanť.Ipſi verò cõſtituti ſunt à Chriſto ad confitendum dño cõfeſsione laudis ſub principatu ſummi pontificis. p ℭ Confitemini domino. Hic conſequenter ponitur dictæ laudis cõfeſsio,cùm dicitur: Confitemini do.ſcilicet confeſsione laudis & gratiarum actionis pro beneficijs iam acquiſitis. q ℭ Et inuocate nomen eius &c. pro bonis ſpiritualibus multiplicandis.

*Notas facit.

a notas facite in populis †adinuentio-
b c nes eius. Cantate ei & pſallite ei, &
d e narrate omnia mirabilia eius. Lauda
f te nomen ſanctum eius, lætetur cor
g h quærentium dominum, Quęrite do
i minum & † uirtutē eius, quęrite faciē d
k eius ſemper. Recordamini mirabili
l m um eius quę fecit, ſignorum illius &
n iudiciorum oris eius. Semen Iſraël,
o p ſerui eiu s, filij Iacob, electi eius. Ipſe
q dominus deus noſter, in uniuerſa ter
r ra iudicia eius. Recordamini in ſem-
s piternum pacti eius, ſermonis quem
t pręcepit in mille generatiões. † Quē
v pepigit cum Abraham, & iuramenti
x illius cum Iſaac. Et † conſtituit illud *
y Iacob in pręceptum, & Iſraël in pa-
z ctum ſempiternum, dicens: Tibi da-
bo terram Chanaan, funiculum hæ-
a reditatis ueſtræ. Cùm eſſent † pauci
b c numero † parui & coloni eius. Et trāſ
ierunt de gente in gentē, & de regno
d ad populum alterum. Non dimiſit
e quēquam † calumniari eos, ſed incre-
pauit pro eis reges. † Nolite tange- f
re chriſtos meos, & in prophetis me g
is nolite malignari. † Cantate domi- h
no omnis terra, annuntiate ex die in i
diem ſalutare eius. Narrate in genti- k
bus gloriam eius, & in cunctis popu l m
lis mirabilia eius. Quia magnus do- n o
minus & laudabilis † nimis, & horri- p
bilis ſuper oēs deos. Omēs enim dij q
populorum idola, dn̄s autē cælos fe r
cit: confeſsio & † magnificētia coram s t

† adinuentiones: E

a ¶ Notas fa. qualiter modo mirabili & inaudito ſaluauit populum Iſrael de AEgypto. b ¶ Cantate ei. ore. c ¶ Et pſa. corde. d ¶ Et nar. Quæ fecit in rubri maris diuiſione & Iordanis ſiccatione & in aliis factis mirabilibus. e ¶ Laudate no. pro tot beneficiis ab eo collatis. f ¶ Lętetur cor. Lætitia enim dicitur quaſi latitia, eò q̄ tūc dilatat̄ cor ī bono inuento, qđ maximè eſt in deo, cū ſit bonū infinitum. i ¶ Quærite fa. ei. ſ. Quia quantò plus à deuotis inuenit̄, tantò ardentius plus q̄ritur. k ¶ Record. mi. eiꝰ. Repetitio eſt ſententię prædictæ de mirabilibus filijs Iſrael factis, ſicut frequēter ſit in canticis, dicuntur tamen mirabilia inq̄tum recedunt à facultate intellectꝰ humani. l ¶ Signorū. inq̄tum ſunt figurę alicuius futuri. m ¶ Et iu. e. inq̄tū ſunt punitiua alicuiꝰ maleficij, ſicut ſubmerſio AEgyptiorū in mari rubro & ſimilia. n ¶ Semē. Iſr. eiꝰ. ſupple lauda deum. o ¶ Filii Ia. ele. eiꝰ. Idē em̄ homo fuit Iacob & Iſrl̄, vt habetur Gene. xxxij. & dicit̄ hîc electꝰ dei. qa tota generatio ſua fuit electa ī duodecim patriarchis, vt dictum fuit. ſ. cap. ij. nō ſic autem fuit de Iſaac & Abraham & patriarchis p̄cedētibꝰ. p ¶ Ipſe do. d. n. p verā fidē & culturā. q ¶ In vni. t. iu. e. q. d. licet ſpeciali modo dicat̄ deꝰ ꝑpl̄i Iſrl̄, tn̄ eiꝰ poteſtas ſe extendit ad oēs. r ¶ Record. in ſe. pa. e. Quod ſit pactū illud poſtea ſubdit̄: s ¶ Ser. &c. in mi. Hîc accipit̄ numerus determinatus pro indeterminato, quia iſtud p̄ceptū factū eſt omnibꝰ imitatoribus Abrahę p verā fidē. ideo ſubdit̄: t ¶ Quē pe. cū Abra. & iu. il. cum. De iſto iuramento habetur Gene. xxij. c. Per memetipm̄ iuraui dicit dn̄s: Qđ factū fuit nō ſolū ꝓpter Abrahā, ſed ꝓpter Iſaac. vn̄ de pacto cadēte ſub illo iuramēto ſubdit̄ ibidē: Poſsidebit ſemē tuū portas inimicorū ſuorū. qđ impletū fuit in poſteris Abrahæ deſcendentibꝰ ab eo p Iſaac: Et bn̄dicent̄ in ſemine tuo oēs gentes terrę. qđ impletū eſt in Chriſto ab Abrahā p Iſaac ſecđm carnē deſcendente. & ſic patet q̄ pactū p̄dictū & p̄ceptū ad omnes fideles ſe extendūt. x ¶ Et cō. il. ia. in p̄. Quia ſicut fides ab Abrahā deriuata eſt ad Iſaac, ita ab Iſaac ad Iacob, & cōſequēter ad duodecim patriarchas, & vlteriꝰ ad oēs fideles. z ¶ Tibi da. t. c. In hac promiſsione principaliter intelligitur ꝓmiſsio glorię quę eſt terra viuentiū, qa cū p̄miū ipſius dei excedat meritū hūanū, oportet q̄ ſub ꝓmiſsiōe boni terreni principaliter intelligat̄ aliqđ bonū ſpūale. ſ. cęleſte, qa actꝰ meritorij p̄cellūt bonis terrenis, ſicut diffuſiꝰ dictū fuit Ge. xv. a ¶ Cum eſ. pau. Sicut patet de Abrahā Gene. xij. vbi vocatus à dn̄o & ſegregatus ab infidelibus, habuit in comitiua ſua Sarai vxorē ſuam, & Loth nepotem ſuū tm̄, excepta familia. Iacob etiā patriarcha deſcēdit in AEgyptum cū. lxx. ꝑſonis, vt habet̄ Gen. xlvj. vel. lxxv. vt habet̄ Exo. j. Ex quo patet, q̄ tp̄e intermedio qđ fuit ſatis magnū, fideles fuerunt in pauco numero. c ¶ Et trā. de g. in g. Quia Abraham deſcendit in AEgyptū & inde redijt in terrā Chanaā, & inde in terram Paleſthinorū. Similiter Iſaac peregrinatꝰ fuit in Gerara. ſilr̄ Iacob in Syria apud Labā & iterū de terra Chanaan deſcendit in AEgyptū, vt patet ex decurſu libri Gen. & ſic tanq̄ peregrini tranſierunt de gente ad gentem: & de regno ad regnum. d ¶ Non di. quenq̄ ca. eos. Reprimēdo eorum aduerſarios, ſicut patet de Iſaac. ad quem venit rex Gerarę ad quęrendū fœdus & amicitiam cum eo, ductꝰ timore diuino; q̄uis ſerui eius aliquas moleſtias paſtoribus Iſaac intuliſſent, vt habetur Ge. xxvj. ſimiliter Laban inſequēs Iacob fuit à deo repreſſus, ne aliquid durū contra eum ageret, Gen. xxxj. ſilr̄ vicini habitatorū Sichem à deo fuerunt territi ne perſequerentur Iacob & filios eius propter interfectionem Sichimitarum. Ge. xxxv. ca. e ¶ Sed in cre. ꝓ eis. Quia Pharaonem regē AEgypti flagellauit propter vxorem Abraham vt habetur Ge. xij. d. & ſimiliter regem Gerarę, vt hr̄ Gen̄. xx. ſimiliter rex AEgypti poſt mortē Iacob fuit multiplicit̄ flagellatus cum toto regno ſuo pro filijs Iſrael, quos iniuſtè affligebat. vt habetur in Exod. f ¶ No. tā. ch. m. Vocantur autem hîc patriarchę Chriſti. i. vncti ſcilicet vnctione gratiæ. Vel quia de ipſis exierunt reges & ſacerdotes qui per vnctionem inſtituebantur in lege. g ¶ Et in pro. Habuerant enim patriarchę ſpiritū propheticū vt patet de Abrahā Gene. xv. & de Iſaac Gen. xxvij. & de Iacob Gen. xlix. h ¶ Cā. ta. do. Hîc cōſequēter Dauid in cātico inuitat ad dei laudē oēs gn̄atr̄. Et primò ponit̄ iſta inuitatio. ſecđò ſubdit̄ q̄dā additio, ibi: Et dicite. Circa primū dr̄: Can. do. o. ter. i. oēs habitātes ī terra, & accipit̄ hîc continens ꝓ cōtēto. i ¶ Annū. ex die in diē ſa. e. Salus enim corporalis & ſpiritualis omnium depēdet à deo continuè: & ideo debet recognoſci quotidie. k ¶ Narra. in gē. quę non ſunt de filijs Iſrael. l ¶ Gloriā eiꝰ. i. maieſtatē ſuę poteſtatis. ideo ſubditur: m ¶ In cū. po. m. Quę fecit educēdo filios Iſlr̄ de AEgypto, & in terram promiſsionis inducēdo. n ¶ Quia ma. d. & lau. ni. Eſt em̄ magnitudinis & bonitatis infinitæ; & ideo non pōt ab intellectu creato cōprehēdi, nec p cōſequens quantū laudabilis eſt laudari. ꝓpter qđ dicit̄ Ecc. xliij. d. Bn̄dicētes dn̄m exaltate illū quātū poteſtis: maior eſt em̄ omni laude. p ¶ Et hor. ſup oēs. d. Hominibꝰ malis quos pōt ꝓ volūtate ſua punire. nō aūt ſic pn̄t dij ſalſi. iō ſubdit̄: q ¶ Omn. em̄ diſ po. ido. i. q̄dā cōficta & vana nullā potentiā hn̄tia. r ¶ Do. au. cæ. fe. Vt habetur Gen. j. s ¶ Cōfeſ. & ma. co. eo. Quod pōt exponi duplr̄. Vno modo de cælo empyreo, vbi eſt habitatio dei & ſctōrū ſpeciali mō: licet ſit vbiq̄ p eſſentiā, pn̄tiā & potentiā. ibi aūt corā deo eſt cōfeſsio diuinæ laudis: qa ibi eſt laus iugis & magnificentia dei, vbi magis relucet quàm alibi.

Fortitudo

Moraliter

* a ¶ No. fa. Prædicando eis diuerſos modos ſaluādi fideles ſuos ſecđm eorū ſtatus varios. b ¶ Can. ei. ore. c ¶ Et pſal. mente. d ¶ Et nar. o. mi. eiꝰ. q̄ fecit diuerſis temporibus. e ¶ Lau. no. eiꝰ. in officijs diuinis. g ¶ Quæri. d. i. deum patrem. h ¶ Et vir eiꝰ. i. filium eius, qui dicitur dei virtus. j. Cor. j. d. Prędicamus Chriſtū dei virtutē &c. k ¶ Recor. mi. eiꝰ. Repetitio eſt ſnīę p̄dictæ ſicut frequēter ſit in cāticis. n ¶ Semen Iſ. ſ. eiꝰ. i. Chriſtiani q verè ſeruiūt ei ſemē Iſlr̄ debēt dici, Ro. ij. d. Nō em̄ q ī manifeſto Iudęus, neq̄ quæ in manifeſto in carne circunciſio, ſed qui in abſcondito Iudęus eſt: & circunciſio cordis in ſpiritu, non litera cuius laus non ex hominibus, ſed ex deo eſt. r ¶ Recor. in ſem. pa. eius. i. euangelij qđ eſt lex noua: cui nō ſuccedit alia: propter qđ dicitur in ſempiternum recordanda. t ¶ Quæ pe. cum ab. i. beato Petro quē cōſtituit ecclīæ paſtorē & p conſequens multarū gentium patrem. v ¶ Et iu. il. cum. i. cū beato Clemente qui Petro ſucceſsit in ecclīę regimine, & dicitur Iſaac qui interpretat̄ riſus. Nā beatus Clemēs fuit valde dulcis & amicabilis omnibꝰ. x ¶ Et cō. il. ia. i. vnicuiq̄ qui ſtudet diabolum ſupplantare. y ¶ Et Iſra. i. cuilibet cæleſtium contemplatori. z ¶ Dicens: ti. d. ter. ſ. viuentium q̄ eſt hæreditas fideliū per terram promiſsionis figurata. a ¶ Cum eſ. pau. ſ. in eccleſia primitiua. b ¶ Parui. i. abiecti in conſpectu potentū huius mundi. c ¶ Et trā. de. g. ī gen. p̄dicando per orbē. d ¶ Non di. q. ca. eos. ſ. ad impedimentum fidei & merit i. nā in perſecutione maxima fideliū maximè creuit fides & eorū meritū. e ¶ Sed in. ꝓ. vt patet de Cōſtātino, quē propter hoc ꝑcuſsit elephātiæ morbo. f ¶ Nol. tā. chri. ſ. tactu nociuo impediente eorum meritum vel fidei incrementū. h ¶ Can. d. repetitio eſt ſentētiæ ſuprà poſitę ad maiorem deuotionis excitationem. n ¶ Quia ma. Magnitudinis cuiꝰ nō eſt finis. o ¶ Et lau. ni. i. ſupra virtutem omnis creaturæ Ecc. xliij. d. Benedicentes do. & exal. eum quātū po. maior eſt em̄ omni laude. s ¶ Cōfe. ſ. laudis. t ¶ Et ma. co. eo. pſal. lxxxiij. a. Beati qui habi. in domo tua & cætera.

* Afferte

† fortitudinem
† ſtatuit
F
† pauci, vel paucißimi & peregrini
† vim in ferre eis
† decor
G
Diuiſio
† opera
† Qđ diſpoſuit ad Abraham.
* ipſi
H
† viri numeri Heb.
† Pſ. 104. b
† Pſal. 95. a.
† valde

a ¶ Et dicat omnis &c. Gẽtilis.ſ.q adhuc infidelis erat qũ iſte
A canebat, q tñ ꝓphetiæ v'tute introduct' eſt, vt amore vniuerſitatis
diceret amen amen.i. fiat fiat, ſicut hodie orantibus ſacerdotibus rñ
det, amẽ, vt cõcordet in p̄cibus pia ſacerdotũ intẽtio & populi ſana
Matt.18.c. deuotio. ſecũdũ illud: Amẽ amẽ dico vobis, quia ſi duo ex vobis
conſenſerint ſuper terrã, ex omni re quãcunq; petierint, ſiet illis &c. b ¶ In excelſo. Alij dicunt tabernaculum dei, poſtquã filij Iſrael intrauerunt in terram Chanaan, primò fuiſſe in Sylo, deĩde ĩ Nobe, poſt in Gabaõ, tandẽ in Sion. Alij locũ eſſe in Ieruſalem appellatum Gabaon: ibiq; Dauid tabernaculum & arcam collocaſſe. Gabaon enim collis

†fortitudinem.

eo, fortitudo & gaudium in loco ^a eius. Afferte dño familiæ popu^b lorum, ^c afferte dño gloriam & ^d ^e †imperium, date domino gloriã ^f nomini eius. Leuate ſacrificium ^g & uenite in cõſpectu eius, & ado^h rate ^i dominum in decore ſancto. Cõmoueatur à facie illius omnis ^k terra, ipſe enim fundauit orbem ^l immobilem. Lętentur cæli & ex^m ultet ^n terra, & dicãt in nationibus, dominus regnauit. Tonet mare ^o & plenitudo eius, exultẽt agri & ^p omnia quæ in eis ſunt. Tunc †lau^q dabunt ligna ſaltus coram domino quia uenit iudicare terram. ^r Confitemini domino quoniam ^s bonus, quoniam in æternum miſericordia eius. Et dicite, ſaltua ^t nos deus ſaluator noſter, & congrega nos, & erue de gentibus, ut confiteamur nomini ſancto tuo, & †exultemus in carminibus tuis. Benedictus dominus deus Iſraël, ab æterno & uſq; in æternum, & dicat omnis populus, amen: & ^v ^x

¶ Prædictum.

hymnum deo. Dereliquit itaq; ^y ibi coram arca fœderis domini, ^z Aſaphah & fratres ei' ut miniſtra ^a

a ¶ Nemo militans deo implicet ſe ſecularibus negotiis.

clypeos. Conſtituitq; principes bellatorum in
exercitu, & conuocauit † omnes in platea portæ h
ciuitatis, ac locutus eſt ad cor eorũ dicens: Vi- i
riliter agite & cõfortamini. Nolite timere, nec k
paueatis regem Aſſyriorũ, & uniuerſam mul-
titudinẽ quæ eſt cum eo. † Multò enim plures l
nobiſcũ ſunt q̃ cum illo. Cum illo enim eſt bra
chium carneũ, nobiſcum dñs deus noſter, qui
auxiliator eſt noſter, pugnatq; pro nobis. Con m
a ¶ Hæc omnia in libris Regum & in Eſaia ſcripta ſunt plenius.
a fortatuſq; eſt populus huiuſcemodi uerbis Eze
chiæ regis Iuda. Quæ poſtq̃ geſta ſunt, miſit n o
Sẽnacherib rex Aſſyriorũ ſeruos ſuos in Ieruſa p
lem (ipſe enim cum uniuerſo exercitu obſide-
bat Lachis) ad Ezechiã regem Iuda, & ad omnẽ
populum qui erat in urbe, dicens: † Hæc dixit
Sennacherib rex Aſſyriorũ: In quo habẽtes fi- q
duciam, ſedetis obſeſſi in Ieruſalem. Num Eze r s
chias decepit uos, ut tradat morti in fame &
ſiti, affirmans q̃ dñs deus ueſter liberet uos de t
manu regis Aſſyriorum? Nunquid non iſte eſt v
Ezechias, qui deſtruxit excelſa illius & altaria,
& præcepit Iudæ & Ieruſalem, dicẽs: corã altari
uno adorabitis, & in ipſo cõburetis incenſum?
An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cũ x
ctis terrarum populis? Nunquid præualuerũt
dij gentiũ, omniumq; terrarũ liberare regionẽ
ſuam de manu mea? Quis eſt de uniuerſis diis
gentium, quas uaſtauerũt patres mei, qui po-
tuerit eruere populum ſuum de manu mea,
ut poſſit etiam deus ueſter eruere uos de hac
† manu? Non uos ergo decipiat Ezechias,
nec uana perſuaſione deludat, neq; credatis ei.
Si enim nullus potuit deus cunctarum gentiũ
atq; regnorum liberare populum ſuum de ma
nu mea, & de manu patrũ meorum, conſequẽ-
ter nec deus ueſter poterit eruere uos de manu
† hac. Sed & alia multa locuti ſunt ſerui eius
contra dominũ deum, & contra Ezechiam ſer-
uum eius. Epiſtolas quoq; ſcripſit plenas bla- y
ſphemiæ in dominum deum Iſraël, & locutus
eſt aduerſum eum*. Sicut dij gentium cęterarũ
non potuerũt liberare populum ſuum de ma-
nu mea, ſic & deus Ezechiæ eruere non pote- z
rit populum ſuum de manu iſta. Inſuper & cla
more magno lingua Iudaica contra populum
qui ſedebat in muris Ieruſalem perſonabat,
ut terreret eos & caperet ciuitatem. Locu-
túsque eſt contra deum Ieruſalẽ ſicut aduerſum
deos populorum terrę opera manuum homi-
num. Orauerunt igitur Ezechias rex & Iſa- a
ias filius Amos prophetes aduerſum hanc bla-
ſphemiam, ac uociferati ſunt uſq; in cælum.

illa altaria non fuerũt licita poſt C
tẽpli ædificationẽ, ſicut frequẽter dictum eſt .ſ̃. Secũda rõ eſt: quia dij aliarum gentium cũ tñ eſſent multi, nõ poterant eas liberare de manibus regũ Aſſyriorum: ergo nec deus Iſrael, cũ ſit vnicus, poterit liberare populũ ſuũ de manu mea. & hæc ratio diffuſè tangitur
cũ dicitur: x ¶ An ignoratis. † gladios
Et patet litera. Sed hæc rõ non valet. quia illi erant dij falſi, & nullius † vniuerſos
potentię: deus autem Iſrael verus deus eſt, vnicus & omnipotens. y ¶ Epiſto. Iſtud nõ fuit tũc factũ ſed poſt receſſum Rabſacis: cũ † 4. Re. 6. d
rex Aſſyriorũ audiſſet per nũtiũ, q̃ rex AEthiopum inuadebat terram ſuam: & ſic fuit cõpulſus recedere de terra Iſrael ad bellandum contra ipſum: & tunc miſit literas comminatorias Ezechię, q̃ debellato rege AEthiopũ rediret ad expugnandum Ieruſalem. Sed hoc interponit inter verba Rabſacis quaſi chronicè loquẽdo. Cõſequẽter reuertitur ſcriptura ad verba † 4. Re. 18. f
Rabſacis cũ dicit: z ¶ Inſuper. Et iſta verba plenius cõtinent. iiij. Reg. xviij. f. & g. Ex hoc aũt loco dicit cõmuniter, q̃ iſte Rabſaces erat apoſtata à fide conuerſus ad Gentilitatem. Et dicunt aliqui, q̃ fuit filius Eſaiæ. a ¶ Orauerũt. Poſita blaſphemia Sennacherib verbis & ſcriptis, hîc conſequenter deſcribitur dei vindicta ad ꝓces Ezechię & Eſaię, quæ plenius habentur. iiij. Reg. xix. & ſimiliter exercitus Sennacherib percuſſio. & iſta fuerunt ibi diffuſè expoſita. excepto quod ſequitur:
Reuerſuſq;
D * gnificantur dęmones, Ieruſalem
Moraliter allegoricam. i. fidelium eccleſiam impugnare quærentes. Et de quo libet eorum dici poteſt illud Iob xv. b. Bibit quaſi aquas iniquitatem. c ¶ AEdifica. &c. Quia bonus prælatus nõ ſolùm ſtudet peccatorum origines obturare, ſed etiam muros virtutum cardinalium reparare. e ¶ Et ex. tu. Per quas intelliguntur theologicę virtutes cardinalibus ſuperemi nentes. f ¶ Et fo. alium. Per quẽ intelligit clauſura honeſtatis ad ꝓximũ. g ¶ Et fe. vni. ge. ar. Oĩs aũt armatura vł ad ſuſtinẽdũ vel ad inuadẽdũ. Ad ſuſtinẽdũ aũt armat exercitium patientiæ. Ad inuadendum autem inimicũ armat ſtudium feruẽtis orationis & prædicationis ſanę. i ¶ Ac lo. eſt ad &c. armando ſermonibus bonis populum ſuum exemplo Iudæ Machabæi. de quo dicitur. ij. Machabę. xv. b. Armauit ſingulos, non haſtę & clypei munitione, ſed ſermonibus optimis. iõ ſequitur: m ¶ Confortatuſq; eſt po. hu. ver. Eze. p ¶ Ipſe. Etiam Ezechias & Eſaias propheta pugnauerunt cõtra Sennacherib orationibus deuotis, ſicut dicitur infrà. a ¶ Orauerunt autem. Et ſic exercit⁹ Sennacherib ab angelo domini fuit percuſſus,
I iij * ſicut ſubditur:

E ~ b ¶Reuer. eſt cũ ign. in ter. ſu. cũ paucis fugiẽdo. Aliqui aũt exponũt: q angelꝰ p cuſsit exercitum Sennacherib, raſit caput & barbã ipſius Sennacherib, ſecundũ qđ hr̃ Eſa. vij. d. In illa die radet dñs in rege Aſſyriorũ caput, & barbã. qđ erat valde ignominioſum in terra illa, & adhuc eſt. Sciendũ etiam, q illa pcuſsio Sennacherib & ſui exercitus fuit per duos annos, poſtq; receſſerat de terra Iſrael, mittens epiſtolas cõminatorias Ezechię, vt dictũ fuit plenius. iiij. Reg. xix. Cętera patent in litera. c ¶In di. il. Hĩc cõſequẽter deſcribitur ipſius Ezechię mirabilis ſanatio, cuius modus plenius habetur. iiij. Reg. xx. & ex dictis ibidẽ patet litera exceptis paucis, quæ ſequuntur. d ¶Sed non iu. be. ſ. dño. e ¶Quia eleua. iſtam ſanationem pro magna parte ſuis meritis attribuens. Superbiuit etiã de hoc, q rex Babylonis miſit ſibi literas & mũera: & ex illa elatione oſtẽdit eis oẽs diuitias ſuas, theſauros, & ſecreta ad ſui iactãtiã. f ¶Et fa. eſt cõ. eũ ira. ſ. dñi ppter prædicta. g ¶Humiliatus &c. ad arguitionẽ Eſaię prophetæ, vt hr̃. iiij. Re. xx. f. & Eſai. xxxviij. & xxxix. h ¶Et idcir. ſed dilata fuit vſq; ad tp̃s Sedecię. i ¶Fuit au. Eze. di. diuitijs artificialibꝰ, & naturalibꝰ, & alijs ad magnificẽtiam regiam pertinentibus. & patet litera vſq; ibi: k ¶Ipſe eſt &c. Gihõ nomen fontis, ex quo fluebat riuꝰ extra ciuitatem, cuius curſum impediuit Ezechias propter regem Aſſyriorum, vt p̃dictũ eſt ſuprà circa principium huius capi. l ¶Attamen in lega. &c. vt interro. de portento. id eſt de ſigno ſibi dato de retroceſsione ſolis, vt habetur. iiij. Regum. xx. m ¶Dereliquit eum &c. non præſeruando eum ab elatione, vt dictum eſt ſuprà. Sequitur: n ¶Et ſepeli. eũ ſup. ſep. id eſt in loco ſolenniori & celebriori propter bona, quæ fecerat, licet in aliqbꝰ deliquiſſet, * ſicut ſubditur: a ¶Et mi. do. Per quod ſignificatur, q orationibus deuotis boni prę lati qui per Ezechiam, & boni religioſi qui per Eſaiam ſignificantur, dęmonum exercitꝰ debellantur. c ¶In die. il. &c. Require expoſitionem myſticam huius. iiij. Reg. xx. capit. o ¶Regna. Manaſ. fil. ſ. Ezechiæ. Per Manaſſen qui obliuio interp̃taẽ, filius prodigus ſuę virtutis & famę ſignificatur, qui bõę doctrinę patris ſui carnalis vel ſp̃ũalis oblitus, ad mala conuertitur, ideo ſubditur:

†4 Re. 19. g. Eſa. 37. g.
†4. Re. 20. a. Eſa. 38. a.
F †exitum
†ppter prĩcipes
Moraliter

a ¶Hæc in Eſaia ſecundum planiciem hiſtoriæ plene gloſſauimus.
a †Et miſit dñs angelum, qui percuſsit omnẽ uirum
robuſtum, & bellatorem, & principẽ exercitus regis
b Aſſyriorũ. Reuerſusq; eſt cum ignominia in terram
ſuã. Cumq; ingreſſus eſſet domũ dei ſui, filij qui †exierant de utero eius, interfecerũt eum gladio. Salua
uitq; dñs Ezechiã, & habitatores Ieruſalẽ de manu Sẽ
nacherib regis Aſſyriorũ, & de manu omniũ, & †prę
ſtitit ei quietẽ per circumitũ. Multi etiã deferebãt ho
ſtias, & ſacrificia dño in Ieruſalẽ, & munera Ezechię
regi Iuda, qui exaltatus eſt poſt hęc corã cunctis gẽti
a ¶Hæc in libris Regum plenius ſcripta ſunt.
c bus. †In diebus illis ęgrotauit Ezechias uſq; ad mor
tem, & orauit dñm. Exaudiuitq; eũ, & dedit ei ſignũ,
d ſed nõ iuxta beneficia quę acceperat, retribuit: *quia
e eleuatum eſt cor eius, & facta eſt cõtra eum ira, & cõ
f tra Iudã & Ieruſalẽ. Humiliatusq; eſt poſtea, eò q
g exaltatũ fuiſſet cor eius, tam ipſeq; habitatores Ieru
h ſalem: & idcirco non uenit ſuper eos ira domini in
i diebus Ezechię. Fuit aũt Ezechias diues & inclytus
ualde, & theſauros ſibi plurimos cõgregauit argẽti,
& auri, & lapidis pretioſi, aromatũ, & armorũ uniuerſi generis, & uaſorum †magni pretij. Apothecas
quoq; frumẽti, uini, & olei, & pręſepia oĩm iumento
rũ, caulasq; pecorũ, & urbes ędificauit ſibi. habebat
quippe greges ouiũ, & armamẽtorũ innumerabiles,
k eò q dediſſet ei dñs ſubſtantiã multã nimis. Ipſe eſt
Ezechias, qui obturauit † ſuperiorẽ fontẽ aquarum
Gihon, & auertit eas ſubter ad occidentẽ urbis Dauid. In omnibus operibus ſuis fecit proſperè quę uo-
l luit. Attamẽ in †legatione principũ Babylonis, qui
a ¶Solis reditum ſignificat per decem lineas.
miſsi fuerãt ad eum, ut interrogarẽt de portẽto quod
a ¶Non cohibuit ſcilicet per prophetam ne oſtenderet theſauros ſuos, & theſauros domus domini alienigenis.
m acciderat ſuper terrã, dereliquit eum deus ut tentare
a ¶Occulta elatio mentis.
tur, & nota fierẽt omniã quę erãt in corde eius. Reliqua aũt ſermonum Ezechię, & miarum eius, ſcripta ſunt in uiſione Iſaię filij Amos prophetę, & in libro regũ Iuda, & Iſraël. Dormiuitq; Ezechias cũ pa-
a ¶Quia ſepulchrum eius excelſius ex prerogatiua meriti & pietatis.
n tribus ſuis, & ſepelierũt eum ſuper ſepulchra filiorũ
Dauid, & celebrauit exequias eius uniuerſus Iuda, &
o omnes habitatores Ieruſalem. † Regnauitq; Manaſſes filius eius pro eo. Cap. XXXIII.

DVodecim annorũ erat Manaſſes, cũ p
regnare cœpiſſet, & quinquagintaquinq; annis regnauit in Ieruſalẽ. Fecit aũt malũ coram dño, iuxta abominatiões gentiũ, quas ſubuertit dominus corã filiis Iſraël. Et cõuerſus inſtaurauit excel q
ſa, quę demolitus fuerat Ezechias pater eius. Cõſtru r
xitq; aras Baalim: & fecit lucos, & adorauit oẽm mi- s
litiam cæli, & coluit eã. Ædificauit quoq; altaria in
domo dñi, de qua dixerat dñs: in Ieruſalẽ erit nomẽ
meũ in ęternũ. Ædificauit autẽ ea cũcto exercitui cęli t
in duobꝰ atriis domus dñi. Trãſireq; fecit filios ſuos v
per ignẽ in ualle Benennõ. Obſeruabat †ſomnia, ſe- x
ctabat auguria, maleficis artibꝰ iſeruiebat. Habebat y z a
ſecũ magos & incantatores, multaq; mala operatus b
eſt corã dño, ut irritaret eũ. Sculptile quoq;, & cõfla- c

G ¶In cap. xxxij. vbi dicitur in poſtil. Ex hoc autem loco dicitur &c.

*ADDI.* Ex hoc autẽ q Rabſaces loquebatur lingua Iudaica, nõ habetur q fuiſſet apoſtata à fide Iudęorum. Multi enim loquuntur lingua Saracenica, qui non ſunt Saraceni &c. Iſte enim Rabſaces Syriacã linguam ſciebat. vnde ei dicebatur à nuntijs Ezechię, vt eiſdẽ loqueretur Syriacè. vnde nullum fundamentum habeẽ in litera ad hoc, q Rabſaces fuiſſet apoſtata à fide Hebręorũ: & multò minus q fuiſſet filius Iſaiæ. & ideo talia ſecũdum ſententiam Aug. eadem facilitate cõtẽnuntur, qua approbãtur.

†egreſsi fuerant
†duxit eos de circũitu i. duxit eos mĩa ſua ne pauerẽt ab oibꝰ q erãt in circũitu.
*Ezechias

*NIC. DE LY.*

Cap. XXXIII.

DVodecim an. Hĩc conſequenter deſcribitur tempꝰ ipſius Manaſſe. & ſecundò ſub ipſo tempus Amon filij ſui: quia pauca de eo dicũẽ, ibi: Dormiuit autẽ. Circa primũ primò deſcribitur ipſius Manaſſe multiplex pręuaricatio. ſecundò eiꝰ emendatio, ibi: Idcirco ſupĩduxit. tertiò recapitulatio, ibi: Reliqua aũt. Sñia aũt primę ptis patet ex dictis. iiij. Re. xxj. exceptis q̃ ſequunẽ. H x ¶Obſerua. ſom. q̃rũ aliq̃ erãt vana, aliqua à dęmonibꝰ immiſſa: & diuinare de futuris p talia illicitũ eſt, vt dictũ fuit pleniꝰ de iſta materia Ge. xlj. y ¶Sectabatur augu. i. diuinationes per garritũ & volatũ auiũ. z ¶Malefi. ar. q̃rẽdo rñſa dęmonum p magicas artes. a ¶Habebat ſecum. ma. diuinantes p aſtra, vltrà q ſe extẽdat virtus cõſtellationis. b ¶Et incan. &c. ſenſus hominũ illudentes.

~ Locutusq; eſt

Moral. p ¶Duodecim. Sequitur: q ¶Inſtaura. Per q̃ ſignificaẽ ſupbię pctã, q̃ hominẽ eleuãt indignè, vt poſtea corruat malignè. r ¶Cõſtruxit. Baal aũt deuorator iterp̃taẽ: & ſic Baalĩ, qđ ẽ plale huiꝰ noĩs Baal, deuoratores ſignat, ppẽ qđ per Baalĩ ſignaẽ pctã gulę, i comeſſatiõibꝰ & potatiõibꝰ exceſsiuis cõſiſtũt. s ¶Et ado. Per qđ ſignificaẽ conatꝰ ad magna ſtatui ſuo indecẽtia. t ¶In duo. at. Volẽs clericis & laicis tyrannicè dominare. v ¶Trãſireq;. Per iſtũ trãſitũ itelligiẽ nutritio filiorũ i igne cõcupiſcẽtię carnalis & mũdanę. x ¶Obſer. ſom. ſequẽdo falſa cõſilia & mala. y ¶Sectã. adulatoribꝰ aſſentiẽdo & maleficis credẽdo. c ¶Sculptile. Hoc autẽ moraliẽ facit, q hoiem vita vel ſciẽtia carẽtẽ, in eccleſiaſtica dignitate ponit.

* Igiẽ Manaſſes

Diuiſio
†cõcupiſcibilium
Moraliter
†4. Re. 21. a
†tempora

☞ Cap. XXXIII.

A a ¶ Et egit. Audita pnia
Manaſſe nemo debet de
dei miſericordia deſperare
ſed magis per pœniten-
tiam de venia præſumere.
☞ Oſſa præ.

*Nicolaus de Lyra.*

†ſtatuta

b ¶ Locutuſq; eſt
do. miſericorditer reuocã
do. c ¶ Et attẽdere no
lue. ex quo patet eorum
obſtinatio. d ¶ Idcirco.
Hîc conſequenter deſcribi
tur ipſius Manaſſe emen-
†in abditis. datio, flagellatione ſibi in-
†1. q. 7. c. 2. tellectum præbente, cũm
ver. ſcio Ma dicitur: e ¶ Superindu
naſſen. De xit eis ſecundum Ioſephũ
pœ. di. 2. c. & alios expoſitores contra
ſi enim ante Manaſſen venit rex Baby
ſi. ver. Ma- lonis. vnde ſubdit̃: f ¶ Du
naſſes. xerunt eum. dicẽdum q̃
†Humilia- monarchia Aſſyriorum iã
uit ſe valde ꝓ parte magna defecerat:
Ioſephus quia iam Medi & Babylo
nij receſſerant ab ea. ſecun-
dum qđ dicit Ioſephus &
alij hiſtoriographi. & ideo
quod dicitur hîc: Superin
duxit. referẽdũ eſt hoc ad
tp̃s p̃teritum. i. ad eos q̃ ſole
bant eſſe principes, q̃ñ rex
Babylonis erat ei ſubdit⁹:
q̃a tũc rex Babylonis cum
*duntaxat maioribus regni ſui erat de
exercitu regis Aſſyriorum.
g ¶ Deprecatuſque. di
citur aũt obſecratio depre
B catio per rem ſacram, ſicut
in fine orationũ eccleſię di-
cit̃ cõiter: Per dñm Ie. Chri
†præuari- ſtum &c. vt p̃ ſanctitatem
catio, ipſius obtineamus, qđ ob
tinere noſtris meritis nõ va
lemus. & ſic orabat Manaſ
ſes, vt p̃ diuini nõis ſanctita
tem impetraret remiſsionẽ.
h ¶ Et cogno. p̃ experiẽ
tiã ſuę flagellatiõis & libera
tiõis, ſicut ſcriptũ eſt Iob
v. c. Ip̃e vulnerat & medet̃:
ꝑcutit & ma. eius ſanabũt.
†humilia- i ¶ Poſt hęc. ſ. poſt reuer
uit ſe antè & ſionem ſuam de captiuita-
infrà. te. k ¶ Ad occi. Gihõ eſt
fons exiſtens in parte oc-
cidentali ciuitatis Dauid.
m ¶ Aras quo. i. in mõte
Moria, ĩ quo erat templũ.
n ¶ Porro inſtau. quod
erat deſtructũ & propha-
natum. o ¶ Præcepitq;.
& ſic patet emendatio Ma
naſſe in ſpiritualibus & tẽ
poralibus, q̃tũm ad perſo
nam ꝓpriam & ſubditos.
p ¶ Reliqua. Hîc ponit̃
recapitulatio, & patet litera
vſq; ibi: q ¶ In ſer. patet
q̃ iſte liber apud nos non
habet̃: q̃a iſta. iiij. li. Reg. nõ
ita exprimunt̃, vt hîc dicit̃.
& eodem modo dicẽdum
de hoc qđ ſequit̃: Scriptu.
Sequitur: r ¶ Dormi. er.
Hîc conſequẽter agitur de
factis ipſius Amõ filij Ma-
naſſe.

tile ſignũ poſuit in domo dei, de qua locutus eſt dñs ad
Dauid & ad Salomonẽ filiũ eius, dicẽs: In domo hac, &
in Ieruſalẽ quam elegi de cunctis tribubus Iſraël, ponã
nomen meũ in ſempiternũ, & mouere non faciã pedẽ
Iſraël de terra, quã tradidi patribus eorũ: Ita dũtaxat ſi
cuſtodierint facere quę præcepi eis, cunctãq; legem, &
†ceremonias, atq; iudicia: quę mãdaui p̃ manũ Moyſi. a
Igitur Manaſſes ſeduxit Iudã, & habitatores Ieruſalẽ:
ut facerẽt malũ ſuper oẽs gentes, quas ſubuerterat dñs
à facie filiorũ Iſraël. Locutuſq; eſt dñs ad eũ, & ad po- b
pulũ illius: & attẽdere noluerũt. Idcirco ſuperinduxit c d
eis principes exercitus regis Aſſyriorũ. Ceperũtq; Ma e
naſſen†: & catenis uinctũ, atq; cõpedibus duxerũt in Ba f
bylonẽ. † Qui poſtq̃; coanguſtatus eſt, orauit dñm
a deum ſuũ, & † egit pœnitentiã ualde coram deo patrũ
ſuorum. Deprecatuſq; eſt eum, & obſecrauit intẽtè, & g
exaudiuit orationẽ eius. Reduxitq; eum Ieruſalẽ in re-
gnũ ſuũ: & cognouit Manaſſes, q̃ dñs ipſe eſſet deus. h
Poſt hęc ędificauit murũ extra ciuitatem Dauid ad oc- i
cidentem Gihon, in conualle ab introitu portæ piſciũ k
per circumitũ uſq; Ophel, & exaltauit illum uehemen-
ter. Conſtituitq; principes exercitus in cunctis ciuitati- l
bus Iuda munitis, & abſtulit deos alienos, & ſimula-
chrũ de domo dñi: Aras quoq; quas fecerat in monte m
domus dñi, & in Ieruſalẽ, & proiecit oĩa extra urbẽ.
Porrò inſtaurauit altare dñi, & immolauit ſuper illud n
uictimas, & pacifica, & laudem. Pręcepitq; Iudę, ut ſer o
uiret dño deo Iſraël. Attamen populus adhuc immo-
labat in excelſis* domino deo ſuo. Reliqua autẽ geſto p
rum Manaſſe, & obſecratio eius ad deum ſuum, uerba
quoq; uidentiũ quę loquebãtur ad eum in nomine do-
mini dei Iſraël, continẽtur in ſermõibus regum Iſraël. q
Oratio quoq; eius, & exaudirio, & cuncta peccata, atq;
†contẽptus, loca etiã in quibus ędificauit excelſa, & fe
cit lucos, & ſtatuas, anteq̃; † ageret pœnitentiã, ſcripta
ſunt in ſermonibus Hozai. Dormiuit ergo Manaſſes r
cum patribus ſuis, & ſepelierũt eum in domo †ſua. Re- s
gnauitq; pro eo filius eius Amon. Vigintiduorũ anno
rũ erat Amon, cùm regnare cœpiſſet, & duobus annis
regnauit in Ieruſalẽ. Fecitq; malum in conſpectu dñi, t
ſicut fecerat Manaſſes pater eius. Et cunctis idolis quę
Manaſſes fuerat fabricatus, immolauit atq; ſeruiuit:
& non eſt †reueritus faciem dñi, ſicut reueritus eſt Ma- v
naſſes pater eius, & multò maiora deliquit. Cumq; cõ
iuraſſent aduerſus eum ſerui ſui, interfecerunt eum in
domo ſua. Porrò reliqua populi multitudo, cęſis his
qui Amon percuſſerant, conſtituit regem Ioſiam fi-
lium eius pro eo.

Cap. XXXIIII.

O†Cto annorum erat Ioſias, cùm regna- x
re cœpiſſet, & triginta & uno anno re-
gnauit in Ieruſalẽ. Fecitq; quod erat re
ctum in cõſpectu dñi, & ambulauit in
uiis Dauid patris ſui. Non declinauit
neq; ad dexerã, neq; ad ſiniſtrã. Octauo
autẽ anno regni ſui, cùm adhuc eſſet puer, cœpit quęre
re deũ patris ſui Dauid. Et duodecimo anno poſtq̃; re
gnare cœpat, mũdauit Iudam & Ieruſalẽ ab excelſis, &
lucis, ſimulachriſq;, & ſculptilib⁹. Deſtruxerũt corã eo
aras Baalim, & ſimulachra quę ſuppoſita fuerãt demo
liti ſunt: lucos etiã, & ſculptilia ſuccidit, atq; cõminuit:

naſſe. & patet ſnĩa ex dictis C
iij. Re. xxj. g. excepto qđ ſe
q̃t: v ¶ Et non eſt. in hoc
ei defecit à bõitate p̃ris ſui:
q̃a nõ pœnituit ſicut ipſe.

*a ¶ Igitur Ma. Per qđ Moraliter
ſignificat̃ illi⁹ malitia, cui nõ
ſufficit, q̃ ſit malus in ſe, ſed
alios nitit̃ ad ſuã malitiam
trahere. b ¶ Locu. eſt. ſci
licet per ꝓphetas. p̃ quos
ſignant̃ p̃dicatores nouę le
gis, q̃ principes & popula
res cõſtanter arguũt de p̃di
ctis & conſilibus peccatis.
c ¶ Et attẽ. Per qđ ſignã
tur illi, q̃ p̃dicationes & ad
monitiões bonas cõtẽnũt.
d ¶ Idcirco. q̃a dñs tales †vel exaudi
rebelles veritati aliq̃ñ punit uit eum;
exteri⁹ graui pœna. & q̃m
inflicta vexatio aliq̃ñ dat in
tellectũ: & ſic q̃ pri⁹ erãt re
belles, cõcipiũt ſpiritũ verę
pnię reuertentes ad deũ. iõ
ſubdit̃: h ¶ Et cog. In quo
Manaſſes figurã geſsit cuiuſ
libet magni pctõris ad deũ
veraciter reuertẽtis. l ¶ Cõ
ſtitu. Per quos ſignificat̃,
q̃ verè reuertẽs ad deũ per
pniam, quãtò cõmiſit pctã
grauiora, tãtò conari debet
ad faciẽdum op̃a meliora.
r ¶ Dormi. per qđ ſignifi
cat̃, q̃ pctõr quãtũcũq; ma
gn⁹, ſi verè pœniteat, & in
bono termĩet vitã ſuã, fina
lit̃ cõſeq̃t vitã btãm. s ¶ Re
gna. de quo ſubdit̃: t ¶ Fe D
cit. ma. Et ſic ſecut⁹ fuit eũ
in malis, ſed nõ in bonis: q̃a
p̃ pniam nõ redijt ad dñm
ſicut pater eius. iõ ſubdit̃:
v ¶ Et non. ꝓpter qđ p̃ † humilia-
iſtũ Amõ ſignificant̃ illi, q̃ ret ſe,
mala patrũ ſuorũ vt rapias † Dauid
& hmõi q̃ſi ꝓ iure hr̃dita-
rio volũt ſeq̃: ſed bonos eo
rũ act⁹ nolũt aliq̃lit̃ imitari.

*NIC. DE LY.*

CAP. XXXIIII.

OCto an. Hîc cõſe
q̃nter agit̃ de tp̃e
Ioſiæ. Circa qđ
priò deſcribit̃ diuini cult⁹ Diuiſio
reſtauratio. ſcđò phaſe cele
bratio, ca. ſe. tertiò ip̃i⁹ Ioſię
mors & tumulatio, ibi: Poſt
q̃ iſtau. Circa primũ deſcri
bit̃ priò idololatrię deſtru
ctio. ſcđò tẽpli dñi repatio
ibi: Igit̃. xviij. ãno. Snĩa aũt
p̃rię p̃tis patet ex dictis. iiij.
Regũ. xxiij. vbi iſta deſtru
ctio idololatriæ facta p̃ Io
ſiã diffuſius deſcribit̃, exce-
pto quod
Moral. x ¶ Octo an. Ex Moraliter
poſitio myſtica ca. hui⁹ &
duorũ ſeq̃ntiũ poſita ẽ. iiij.
Re. xxij. ca. & xxiij. & xxiiij.
Orõ v̓ò Manaſſe, q̃ põi ſo
let ĩ fine hui⁹ li. moralis eſt
ſcđm ſenſũ lr̃alẽ, & iõ nõ in
diget alia moralitate, niſi q̃
in ea orãdi deuotè verè pœ
itentiibus forma datur.

& ſuper tumulos eorum, qui eis immolare conſueuerant, fragmenta diſperſit. [a] Oſſa præterea ſacerdotum combuſsit in altaribus idolorum. Mundauitq́ Iudam & Ieruſalem, ſed & in urbibus Manaſſe, & Ephraim, & Simeon uſq́ Nephthali cuncta ſubuertit. Cumq́ altaria diſsipaſſet, & lucos, & ſculptilia contriuiſſet in fruſta, cunctaq́ delubra demolitus eſſet de uniuerſa terra Iſraël, [a] reuerſus eſt in Ieruſalẽ. Igitur anno decimooctauo regni ſui mũdata iã terra & [b] templo domini, miſit Saphan filium Eſeliæ & Maaſiã principem ciuitatis, & Ioha filium Ioachaz à commentariis, ut inſtaurarent domum dñi dei ſui. Qui uenerunt ad Helciam ſacerdotem magnum, acceptamq́ pecuniam ab eo quæ illata fuerat in domum dñi, & quam congregauerant Leuitæ & ianitores de [c] Manaſſe, & Ephraim, & uniuerſis reliquiis Iſraël, ab omni quoq́ Iuda & Beniamin, & habitatoribus Ieruſalem: tradiderũt in manibus eorum qui præerant operariis in domo domini, ut inſtaurarent templũ, & infirma quęq́ ſarcirent. At illi dederunt eam artificibus & cęmentariis, ut emerent lapides de †lapicidinis, & ligna ad commiſſuras ędificij, & ad contignationem domorũ, quas deſtruxerant reges Iuda. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autem præpoſiti operantium Iahath & Abdias de filiis Merari, Zacharias & Moſollam de *filiis* Caath, qui urgebant opus: omnes Leuitæ ſcientes organis canere. Super †eos uerò qui ad uarios uſus onera portabant, erant ſcribæ & magiſtri de Leuitis ianitores. Cumq́ efferrent pecuniã quę illata fuerat in templũ domini, reperit Helcias ſacerdos librum legis dñi, qui datus fuerat per manũ Moyſi, & ait ad Saphã ſcribam: Librum legis inueni in domo dñi. Et tradidit ei. At †ille intulit uolumen ad regẽ, & nuntiauit ei dicens: Omnia quæ dediſti in manu ſeruorum tuorũ ecce complentur. Argentum quod repertũ eſt in domo dñi, conflauerunt. Datumq́ eſt pręfectis artificũ & diuerſa opera fabricantiũ. Præterea tradidit mihi Helcias ſacerdos hunc librũ. Quem cùm rege pręſente recitaſſet, audiſſetq́ ille uerba legis, ſcidit ueſtimenta ſua, & pręcepit Helciæ, & Ahicã filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoq́ ſcribæ & Aſaiæ ſeruo regis dicens: Ite, & orate dñm pro me, & pro reliquiis Iſraël, & Iuda, ſup uniuerſis ſermonibus libri iſtius qui repertus eſt. Magnus enim furor dñi ſtillauit ſuper nos, eò ꝙ non cuſtodierint patres noſtri uerba dñi, ut facerẽt omnia quę ſcripta ſunt in iſto uolumine. Abiit ergo Helcias & hi qui ſimul à rege miſsi fuerãt ad Oldam

[a] ¶Quem Hebræi autumant auunculum eſſe Ieremiæ patrem Ananeel.

prophetidem uxorẽ Sellum filij Thecuath: filij Haſra cuſtodis ueſtiũ, quę ha-

[a] ¶Scilicet muri parte, pro quo vetus editio habet in Maſſena quaſi nomen loci. Maſſena quippe interpretatur ſecunda.

bitabat in Ieruſalẽ in ſecundã: & locuti ſunt ei uerba quę ſuprà narrauimus. At illa reſpondit eis: Hæc dicit dominus deus Iſraël: Dicite uiro qui miſit uos ad me: Hæc dicit dominus: Ecce, ego inducam mala ſuper locum iſtum, & ſuper habitatores eius: Cunctaq́ maledicta quæ ſcripta ſunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda, quia dereliquerunt me & ſacrificauerunt diis alienis, ut me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuum ſuarum. Idcirco ſtillabit furor meus ſuper locum iſtum, & non extinguetur. Ad regem autem Iuda qui miſit uos pro domino deprecando ſic, loquimini: Hæc dicit dominus deus Iſraël: Quoniam audiſti uerba uoluminis atq́ emollitum eſt cor tuum, & humiliatus es in cõſpectu dei ſuper his quę dicta ſunt contra locum hunc & habitatores Ieruſalem: Reueritusq́ faciem meam ſcidiſti ueſtimenta tua, & fleuiſti coram me: ego quoq́ exaudiui te, dicit dominus. Iam enĩ colligam te ad patres tuos, & infereris in ſepulchrũ tuum in pace, nec uidebũt oculi tui omne malum quod ego inducturus ſum ſuper locũ iſtum, & ſuper habitatores eius. Retulerunt itaq́ regi cuncta quę dixerat.† At ille conuocatis uniuerſis maioribus natu Iuda & Ieruſalẽ, aſcendit in domũ domini. Vnàq́ oẽs uiri Iuda & habitatores Ieruſalẽ, ſacerdotes & Leuitę, & cunctus populus à minimo uſq́ ad maximũ. Quibus audientibus in domo dñi legit rex omnia uerba uoluminis, & ſtans in tribunali ſuo percuſsit fœdus coram dño, ut ambularet poſt eum, & cuſtodiret præcepta, & teſtimonia, & iuſtificationes eius in toto corde ſuo, & in tota anima ſua: faceretq́ q̃ ſcripta ſunt in uolumine illo quod legerat. Adiurauit quoq́ ſuper hoc oẽs qui reperti fuerãt in Ieruſalẽ & Beniamin, & fecerunt habitatores Ieruſalẽ iuxta pactũ dñi dei patrũ ſuorum. Abſtulit ergo Ioſias cũctas abominatiões de uniuerſis regionibus filiorũ Iſraël, & fecit oẽs qui reſidui erant in Iſraël, ſeruire domino deo ſuo. Cunctis diebus uitæ eius non receſſerunt à domino deo patrum ſuorum.

---

E a ¶Oſſa præ. Ideo combuſsit ſacerdotes in altaribus idolorum, vt oſtenderet, q̃a funeſta erant eorũ ſacrificia q̃ non ſolũ pecudũ hoſtias dæmonijs offerebant, ſed & ſeipſos idololatrię tradebãt. Hic ſignificat omnes q̃ diaboli ſeruitio mãcipati vitã ſacrilegã tpaliter finierant ęternis cruciatibus conſumendos pro cuiuſq́ merito.

†baiulos & ſolicitatores, &

*Ni. de ly.*

Ꝯpto qđ ſequitur: a ¶Cuncta delubra demo. Dicitur autem delubrum à deleo les, & vmbra bre, quaſi delẽs vmbrã peccatorum: & hoc fit ſecũdũ veritatẽ in templo eccleſię p ſacramẽtorũ adminiſtrationẽ. ſecũdum ęſtimationẽ verò falſam & erroneã Gentilium hoc fiebat in tẽplis idolorũ de q̃bus eſt hîc ſermo. F b ¶Igitur ãno deci. Hîc conſequenter deſcribitur tẽpli dñi reparatio. & diuiditur in duas, in ptẽ pricipalem & incidentalẽ. ſecũda ibi: Cumq́ efferrent pecuniam. Sẽtentia primæ partis patet

Diuiſio

G patet ex dictis. iiij. Regum. xxij. prope prin. niſi quòd aliqua nomina propria ibi tacẽtur, quæ hîc exprimunt̃, & ecõuerſo, & aliqua ẽt variant̃. q̃a ſicut freq̃nter dictũ ẽ, noĩa ꝓpria Hebraica frequenter variant̃ ſicut & Latina: p iſta tamen non mutatur ſententia. c ¶De Man. & Ephraim. Aliqui enĩ fugitiui euaſerãt de captiuitate decem tribuũ, & illi iunxerũt ſe regno Iudæ ſubijcientes ſe ipſi Ioſię: & ſimul captiuati fuerũt cum captiuitate Ieruſalem tempore Sedecię. H d ¶Cũque effer. Hęc eſt pars incidẽtalis: q̃a cũ acciperet̃ pecunia q̃ erat in domo dñi inuentus fuit ibi liber abſcõditus, quem miſit Helcias ſacerdos regi, q̃ cũ legeret coram eo, timuit rex diuinum iudiciũ, & ſcđò ſup hoc req̃ſiuit diuinũ cõſiliũ, ibi: Et pręcepit Helciæ. & tertiò renouauit fœdꝰ ĩter deũ, & ſe, & pplm ibi: At ille conuocatis vniuerſis. Sñia aũt iſtarũ partiũ patet ex dictis ij. Reg. xxij. d. vſq́ ad fi. capit. xxxv.

†exciſoꝛ

† Saphan

†4. Re. 24. a

A FEcit autem Ioſias in Ieruſa- Cap. XXXV. lem phaſe domino. Admonemur, vt purgemus primũ terrã cordis nr̃i ab oĩbus vitijs, ſicq́ʒ paſcha dño celebremus, nõ in fermẽto veteri, neqʒ in fermento malitię

1.Cor.5.c. & nequitię: ſed in azymis ſyncerıtatis & verita. ¶ Myſticè autem

Myſticè Ioſias, i. fortitudo domini Chriſtum ſignificat, de quo legit̃: Dominus fortis & po

Pſal.23.b. tens: dominus potens in pręlio. Interpretatur etiam Ioſias ſalus dñi, & Chriſtus ſaluum facit populũ ſuũ à pec

Matth.1.d. catis eorũ. Ipſe zelo dei mũdat terrã Iuda & Ieruſalẽ ab oĩbus immundítijs, qui per

Pſal.68.b. ꝓphetã dixit: Zelus domus tuę comedit me. De quo ali

Matth.3.c. bi: Cuius ventilabrũ in manu ſua. & perma. a. ſ. Hic celebrat verum phaſe. xviij. anno regni ſui: quia octaua ętate gñali reſurrectione donata, ſanctos ſuos cũ pfectione bonorũ operũ pducit ad ęternę beatitudinis denariũ, eiectis prius oĩbus ſcandalis de regno eius. b ¶ Ponite arcã in ſanctuario templi, quod ædificauit Salomon filius Dauid rex Iſ. Tradunt Hebræi arcam tpe Achaz de templo fuiſſe elatã, ſimulacris ab eo in tẽplo miſsis, & in domũ Sellũ viri Oldę auunculi Ieremię fuiſſe traductam. Nõ em̃ poterat eſſe ſimul cũ ſimulacris. c ¶ Non fuit pha. Quia ablatis figuris in die iudicij, tranſibũt ſancti de morte ad vitam, de corruptiõe ad gloriam, & in conſpectu cõditoris ſui in cælesti Ieruſalem in

B æternum gaudebunt. qa vi debitur

ᵃ commiſtim

ᵃ FEcit aũt Ioſias in Ieruſa- Cap. XXXV. ᵃ
lẽ phaſe dño, quod immolatũ eſt decima
quarta die menſis primi, & cõſtituit ſacer ᵇ
dotes in officiis ſuis. Hortatusq́ʒ eſt eos,
ut miniſtrarẽt in domo dñi. Leuitis quoqʒ
ad quorũ eruditionẽ omnis Iſraël ſancti
ᵇ ficabatur dño, locutus eſt: Ponite arcam in ſanctuario ᶜ
templi, quod ędificauit Salomõ filius Dauid rex Iſraël.
Nequaq́ʒ em̃ eam ultrà portabitis. Nũc ergo miniſtra- ᵈ
te dño deo ueſtro, & populo eius Iſraël, & ꝑparate uos
per domos & cognationes ueſtras in diuiſionibus ſin-
gulorum, ſicut præcepit Dauid rex Iſraël, & deſcripſit ᵉ
Salomon filius eius. Miniſtrate in ſanctuario eius per fa
milias turmasq́ʒ Leuiticas, & ſanctificati immolate pha
ſe. Fratres etiã ueſtros, ut poſsint iuxta uerba quę locu-
tus eſt dñs in manu Moyſi facere, pręparate. Dedit prę ᶠ
terea Ioſias omni populo, qui ibi fuerat inuentus in ſolẽ
nitate phaſe, agnos & hædos de gregibus & reliqui pe-
coris triginta milia, boũ quoqʒ tria milia. Hęc de regis ᵍ
uniuerſa ſubſtãtia. Duces quoqʒ eius ſponte quod † uo-
uerant, obtulerũt tam populo, q̃ʒ ſacerdotibus, & Leui-
tis. Porrò Helcias, & Zacharias, & Iahiel principes do-
mus dñi dederunt ſacerdotibus ad faciendũ phaſe, pe- ʰ
cora cõmiſtim duo milia ſexcenta, & boues trecentos.
Chonenias aũt & Semeias etiam & Nathanael fratres
eius, necnon Haſabias, & Iahiel, & Iozabad, principes
Leuitarũ, dederũt cęteris Leuitis ad celebrãdum phaſe,
quinqʒ milia pecorũ & boues quingẽtos. Pręparatũq́ʒ ⁱ
eſt miniſteriũ, & ſteterũt ſacerdotes in officio ſuo. Leui
tę quoqʒ in turmis iuxta regis imperiũ, & immolatũ eſt
phaſe. Aſperſeruntq́ʒ ſacerdotes manus ſuas ſanguine, ᵏ ˡ
& Leuitę detraxerunt pelles holocauſtorũ, & ſeparaue- ᵐ
runt ea, ut darent per domos & familias ſingulorum, &
offerrẽtur dominno, ſicut ſcriptum eſt in libro Moyſi.
De bobus quoqʒ fecerunt ſimiliter, & aſſauerunt phaſe ⁿ
ſuper ignem, iuxta quod in lege pręceptum eſt. † Pa- ᵒ
cificas uerò hoſtias coxerunt in lebetibus, cacabis, &
ollis: & feſtinatò diſtribuerunt uniuerſę plebi. Sibi aũt
& ſacerdotibus poſtea parauerunt. Nam in oblatione
holocauſtorum, & adipum uſqʒ ad noctem ſacerdotes
fuerunt occupati. Vnde Leuitę ſibi, & ſacerdotibus fi-
liis Aaron parauerunt nouiſsimis. Porrò cantores filij
Aſaph ſtabant in ordine ſuo iuxta pręceptũ Dauid, &
Aſaph, & Heman, & Idithun, prophetę regis Dauid.
Ianitores uerò ꝑ portas ſingulas obſeruabant: ita ut nec
puncto quidẽ diſcederent à miniſterio. Quamorbem
& fratres eorũ Leuitę pręparauerũt eis. Omnis igitur
cultura dñi rite cõpleta eſt in die illa, ut facerent phaſe,
& offerrent holocauſta ſuper altare dñi iuxta pręceptũ
regis Ioſię. Feceruntq́ʒ filij Iſraël qui reperti fuerãt ibi,
phaſe in tẽpore illo, & ſolennitatẽ azymorũ ſeptem die-
ᶜ bus. Non fuit phaſe ſimile huic in Iſraël à diebus Samue ᵖ
lis prophetę, ſed nec quiſq́ʒ de cũctis regibus Iſraël fecit ᑫ

† volebant

† Sãcta quoque

## NICO. DE LY.

Cap. XXXV.

Diuiſio FEcit autẽ Io. Hîc cõſequẽter deſcribit̃ phaſe celebratio. & primò ponit̃ ad hoc debita pręparatio, ſecũdò deuota executio, ibi: Pręparatũq́ʒ eſt miniſteriũ. Circa primũ dicit̃: b ¶ Et conſti. vt debitè ſe ꝑpararent ad hoc q̄ deuotè celebrare poſſent ſolẽnitatẽ paſchæ. c ¶ Ponite ar. Libro de Hebraicis quęſtiõib⁹ dicitur, q̄ tpe Achaz q poſuit idola in tẽplo, arca fuit inde amota, quæ non debebat eſſe cũ idolis, & fuit trãſportata in domũ Sellũ marãti Oldę ꝓphetiſſę: & ibi manſit vſque ad tp̃s Ioſię. Gloſſa verò Hebraica dicit, q̄ nõ fuit portata extra tẽplũ: ſeũ quia Manaſſes poſuit idolũ in domũ domini, vt habẽ .s. xxxiij. iõ voluit eũ ponere in loco honorabiliori. ſ. vbi erat arca, & arcam fecit trahi ad ptẽ quaſi minor cederet maiori; ſed Ioſias fecit eã in loco ſuo reponi. Sed vtrũque dictũ vr̃ in aliquo diſſonare à veritate. ſi em̃ fuiſſet transportata tẽpore Achaz, non eſt veriſimile; quin Ezechias filius eius, qui templum fecerat purgari; & maximus zelator fuit cultus diuini, vt patet ex præcedẽtibus, feciſſet eam tempore ſuo reportari. Similiter ſi per Manaſſen fuiſſet tãtùm tracta ad partem intra templum, Ioſias non dixiſſet Leuitis: Poni. arcam. prout hîc dicit̃.

C quia Leuitę non poterãt ingredi illã partem templi, ſed ſacerdotes tãtũ. Et ideo probabilius videtur dici, q̄ tempore Manaſſe fuit portata extra templum & nõ añ: & tpe Ioſiæ per Leuitas fuit reportata vſque ad templi ingreſſum, & inde per ſacerdotes fuit in loco ſuo repoſita. d ¶ Nunc ergo. q. d. ex quo arca erit in loco ſuo & illa quę pertinent ad dei cultum reparata, vos nõ habebitis alios labores niſi ſolùm miniſtrare domino. e ¶ Sicut pręc. Contrarium videtur. .s. j. li. xxviij. vbi dicit̃ q̄ Dauid dedit filio ſuo deſcriptionem porticus, & templi, & omnium aliorum ad miniſterium templi pertinentium. Dicẽdum, q̄ Dauid dedit hoc primò diſponendo, ſed Salomon dedit iſtam deſcriptionem alijs patris voluntatem exequẽdo. f ¶ Dedit &c. hoc eſt ad faciendum ſolẽnitatem phaſe. g ¶ Agnos &. quia tã agnus q̃ʒ hædus poterat immolari in ſolennitate paſchali, Exo. xij. Cętera patent vſque ibi: h ¶ Dederunt ſacerdotibus ad facien. i. cõiter: qa iſti ꝑnominati ſimul iuncti dederunt iſta. i ¶ Prępara. Deſcripta pręparatiõe debita ad ſolẽnitatẽ paſchalẽ, hîc cõſeq̃nter ponit̃ executio deuota, cũ dr̃: Et ſteterunt. & patet lr̃a vſqʒ ibi: k ¶ Aſperſeruntqʒ. q ab eis effundebatur ſuꝑ altare. l ¶ Et Leui. licet em̃ hoc ptineret ad offiñ ſacerdotũ, vt hr̃ in Leuit. tñ in neceſsitate ꝓpter multitudinẽ victimarũ Leuitę poterãt eos adiuuare ſicut dictũ fuit. .s. xxix. m ¶ Et ſepa. Ex hoc patet, q̄ nõ erãt holocauſta ꝓpriè dicta q̃ totaliter icẽdunt̃, ſed largè, eò q̄ aliqua ps in altari cremabat̃. n ¶ Et aſſa. iuxta qđ in lege ſcriptũ eſt Exod. xij. d. Non comedetis ex eo crudũ qd, nec coctũ aqua, ſed aſſum tm̃ igni. o ¶ Pacificas. quarũ maior ps cedebat in vſum offerẽtiũ. Cętera patẽt vſqʒ ibi: p ¶ Non fuit. à diebus Samuelis prophetę. iiij. Re. xxiij. dr̃: A dieb⁹ iudicũ, & in idẽ redit. qa Samuel fuit vltimus iudex. p ¶ Sed nec. Nõ eſt ꝑ hoc itelligẽdũ, q̄ iſtud Phaſe fuerit excellentius omnib⁹ pręteritis quantùm ad multitudinem populi; quia tempore Dauid & Salomonis, quando regnum fuit vnitum & nulla tribus erat captiuata, frequenter maior multitudo conuenit in

D

debit de⁹ deorũ in Sion:qa mirificauit
E miam ſuã in ciuitate munitã. a ℭAd
Pſal.83.b. quam.qa ex verbis Ieremię & aliorum
† & ſacerdotes,& Leuitę,& oĩs Iuda, ꝓphetarũ potuit volũtatẽ dñi cogno-
ſcere,q̃ iudicãdũ erat in populo pctõre.
Vñ & Rabſaces dixit de Sẽnacherib re
ge Aſſyriorũ:Dñs iuſſit me aſcẽdere ad
† habitatores terrã,qa ꝓphetę ꝑdixerãt eũ eſſe aſcẽſu-
rũ,qd' eũ minimè latuit. b ℭIn cãpo
Eſa.16.b. Ma.Interfectio Ioſię q à Pharaone Ne
chao interfectus eſt in Mageddo,ſignifi
cat antiq hoſtis ꝑſecutionẽ aduerſum
ꝑdicatores,quos neci tradere & de eccl'ia
auferre conat',vt facili⁹ totã plebẽ ĩuade
re & diſſipare poſſit.Interpretat' ei Pha
rao diſſipãs,Nechao percutiẽs,Maged
do de tentatiõe.Permittit' qppe diabo-
lus cõſurgere aduerſum ſanctos,& hoc
totis virib⁹ certat,vt tentando gregem
dei pcutiẽs eos prius diſſipando auferat,
quorũ ſolatio alij contra hoſtẽ dimicãt.

## GLOS. ORD.

Cap. XXXVI.

† mutauit ſeu pugnaret cõtra eũ

TVlit er.Qui ĩterpretat' recẽs,
& ſignificat prauos rectores,
quos ppl's terrę,q deditt ſunt.ſ.
cupiditati terrenę ſcd'm mores ſuos cõ-
ſentientes vitijs eligũt,quos Pharao in
Reblatha vicit,& in AEgyptũ ducit:qa
ꝑ multitudinẽ adulatorũ eneruans deci
pit corda ꝑlatorũ.Rebla eñ multitudo
interpretat'.ſicq́ꝫ vinctos catenis pctorũ
in ſpiritualis AEgypti mergit abyſſum.
d ℭConſtituitq́ꝫ.Nechao regem Ioa
cim conſtituit.impoſuit mulctã terrę cẽ
tũ talẽtis argẽti: qa diabolus pẽſum ſer
uitij à ppl'o pditorũ expetijt,vt tã ſenſu
† & quã eloquio parati ſint eius obſequio.
e ℭEt ver.Notandũ q̄ de eodẽ Ioa-
F cim filio Ioſiæ in regũ ita ſcriptum eſt:
iiij.Re.24.b. Dormiuit Ioacim cũ patrib⁹ ſuis:regna
uitq́ꝫ Ioachin filius eius pro eo.Ioſeph⁹
tñ dicit,dũ rex Babylõis intraſſet ciuita
tẽ,fidẽ nequaq́ꝫ ſeruauit,ſed iuuenes for
tiſſimos & pulchritudine decoros occi
dit:vna cũ rege Ioacim,quem ante mu
rũ inſepultũ ꝓijci iuſſit.Filiũ verò eius
Ioachin cõſtituit regẽ vniuerſę ꝓuincię.
Eos aũt q erãt in dignitatibus conſtituti
numero tria milia,duxit ĩ Babylonẽ. in
ter quos erat Ezechiel adhuc puer. hic
ergo finis habuit Ioacim regẽ,q vixit an
nis xxxvj.regnauit aũt.xj.annis. Succeſ-
ſor verò regni Ioacim rex noie Ononi
mus regnauit mẽſibus trib⁹ & diebus
x. ℭSciendũ aũt,q̄ cũ ſemel qs cuilibet
vitio ſe mãcipauerit,multis dñis obno-
xi⁹ erit.Vñ Ioacim quẽ Pharao añ cen-
ſum ſibi ſoluere coegit,hunc Nabucho
do.rex Babylonis tribus annis ſeruire cõ
pellit.Nabuchodonoſor eũdẽ ſignificat
quẽ & Pharao,prĩcipẽ.ſ.cõfuſiõis & re
ctorẽ tenebrarũ harũ. Cũ aũt diabolus
aliquẽ ſibi cẽſum pcti ſoluere coegit,to
tũ in dñm ſuũ redigit,& plenũ ſeruitiũ
exigit,ꝑſuaſiõe.ſ.delectatiõe,cõſenſu,co
gitatiõe quoq́ꝫ,locutiõe,& operatione.
ℭHie.Sciẽdũq̄ nomẽ iſti⁹ Ioachin,qui
Differẽtia inter Ioacim & Ioachin alio noĩe Iechonias dr̃,clemẽtis nõ eiſdẽ
in fine apud Heb.ſcribit', q̃ & patris eius
Ioacim q & Eliacim.Sed priorem.i.pa
trẽ in fine noĩs קם Cuph & מם Mẽ:ſecũ
dũ.i.filiũ כן Caph & Nũ ãnotãt.Vñ
nemo putet in Danielis prĩci.eẽ Ioachin
in Ezechielis exordio Ioacim ſcribit'.Ex
tremã ſyllabã habet iſte cim, ille chin.&
iõ in euangelio ſcd'm Mattheũ vna vĩ
deeſſe gñatiõ:qa ſcd'a teſſaredecas i Ioa
cim

phaſe ſicut Ioſia† ſacerdotibus,& Le-
uitis, & omni Iudę,& Iſraël qui reptus
fuerat, &† habitantibus in Ieruſalem.
Octauodecimo anno regni Ioſię hoc
phaſe celebratũ eſt.Poſtq́ꝫ inſtaurauc
rat Ioſias tẽplum,aſcẽdit Nechao rex
Ægypti ad pugnandũ in Charcamis
iuxta Euphratẽ,& proceſſit in occur-
ſum eius Ioſias. At ille miſſis ad eum
nuntiis ait:Quid mihi & tibi eſt rex Iu

a ℭRegis.ſ.Adremon filij Thabrimõ qui regnabat in Charcamis,
quem eodem tẽpore,quo & Ioſiam Nechao interfecit.

da? Non aduerſum te hodie uẽnio,ſed
contra aliã domũ pugno,ad quã deus
feſtinatò me ire pręcepit.Deſine aduer
ſum deum facere, qui mecũ eſt: ne in-
terficiat te. Noluit Ioſias reuerti,ſed
†preparauit cõtra eum bellũ. Nec ac-
quieuit ſermõibus Nechao ex ore dei:
uerũm perrexit, ut dimicaret in cam-
po Mageddo,ibiq́ꝫ uulneratus à ſagit
tariis, dixit pueris ſuis: † Educite me
de prelio:quia oppidò uulnerat⁹ ſum.
Qui tranſtulerũt eum de curru in alte
rum currũ, qui ſequebatur eum more
regio,& aſportauerunt eũ in Ieruſalẽ.
Mortuusq́ꝫ eſt, & ſepultus in mauſo-
leo patrũ ſuorũ:& uniuerſus Iuda,& Ie
ruſalẽ luxerũt eum, Ieremias maximè,
†cuius oẽs cantores atq́ꝫ cãtatrices uſq́ꝫ
in pręſentẽ diem lamẽtationes ſup Io-
ſiam replicant, & quaſi lex obtinuit in
Iſraël.Ecce ſcriptum fertur in lamẽta-
tionibus. Reliqua aũt ſermonũ Ioſię,
& miſericordiarũ eius,quę lege pręce-
pta ſunt dñi,opera quoq́ꝫ illius prima
& nouiſſima ſcripta ſunt in libro regũ
Iuda & Iſraël. Cap. XXXVI.

TVlit ergo popul⁹ terrę
Ioachaz filiũ Ioſię, &
cõſtituit eũ ꝓ patre ſuo
regẽ in Ieruſalẽ. Vigin
titriũ annorũ erat Ioa
chaz,cũ regnare cœpiſſet,& tribus mẽ
ſibus regnauit in Ieruſalẽ. Amouit aũt
eũ rex Ægypti cũ ueniſſet in Ieruſalẽ,
& cõdẽnauit terrã centũ talentis arge
ti,& talento auri. Cõſtituitq́ꝫ regẽ pro
eo Eliacim fratrẽ eius ſup Iudam & Ie
ruſalem: & uertit nomẽ eius Ioacim.
Ipſum uerò Ioachaz tulit ſecũ,& ab-
duxit in Ægyptũ. Vigintiquinq́ꝫ an-
norũ erat Ioacim, cũ regnare cœpiſ-
ſet,& undecim annis regnauit in Ieru-
ſalem: fecitq́ꝫ malũ corã dño deo ſuo.
Cõtra hũc aſcẽdit Nabuchodonoſor
rex Chaldęorũ,& uinctũ catenis duxit
in Babylonẽ.Ad quã & uaſa dñi trãſtu
lit, & poſuit ea in tẽplo ſuo. Reliq aũt

a ℭQuia deũ irritauit operib⁹,& uerba ꝓphetarũ qui ad ſe miſſi
ſunt ꝓpenit,& librum Iere.Scalpello ſcindens in ignẽ proiecit.

uerborũ Ioacĩ & abominationũ ei⁹,qs

cim deſinit filio Ioſię,tertia ĩcipit à Ioa G
chin filio Eliacim.Qd' ignorãs Porphy-
rius calũniã ſtruit eccl'ię,ſuã oſtẽdẽs ĩpe
ritiã,dũ euãgeliſtę Matthęi nitit' arguere
falſitatẽ. ℭIoacim captiu⁹ in Babylonẽ
duct⁹ lapſũ rectorũ ſignificat,q diaboli
arte deluſi adducunt' in cõfuſionẽ erro-
rũ ac vitiorũ,& q alios vꝰbo & ope do
cere debuerãt,& pctõ ſuſcitare,varijs ab
ſorbent' pctis.Ioacim ei reſuſcitãs,vel q
eſt cõſurgẽs in tpe. Cũ eo ꝑtioſa dñi va
ſa captiuant'.Qui eñ ingenij acumine ex
cellebãt,vel morũ honeſtate fulgebãt,ꝑ Vide textũ ad hoc in ſequenti folio
poſitorũ deprauati exẽplis cedũt cũ ĩpis
in ꝑdã diaboli. f ℭRegem ve.Sede-
cias ſignificat eos,q regimẽ in ppl'o dei
ſuſcipiunt.interpretat' ei Sedecias iuſtus
domini.Illi enim accipiũt ſedem iuſtitię
ad exercenda opera iuſtitiæ, honoris
& officij

## *Nicolaus de Lyra.*

uenit in Ieruſalẽ ad ſolẽnitatẽ paſcha
lẽ.ſed iſta excellẽtia ĩtelligit',q̃tũ ad regis
Ioſię liberalitatẽ,q cũ eſſet lõgè impoten
tior Dauid & Salomõe:tñ maiora legit'
munera dediſſe in illa ſolẽnitate.ſ.ad ſuf-
ficientiã ꝓ omniũ refectiõe.iõ ſubditur: † De.po.d.l 2.c.ſi enim.
a ℭSicut Io.ſa.Quia dedit ad hoc tri
ginta milia pecorũ & triginta milia bo
um,vt habet' in litera.b ℭQui reper.
Hoc addit':qa illi de regno Iſrael iã erãt more regio
in captiuitatem ducti,exceptis aliquib⁹
qui fugiendo euaſerant,& recedẽte exer
citu reuerſi fuerant. c ℭPoſtquã in.
Hĩc conſequenter deſcribit' ipſius Ioſiæ
mors,& tumulatio.& patet ſententia ex
dictis.iiij.Reg.xxiij.ſ.exceptis quę ſequũ
tur. d ℭQui tranſtule.Sicut enim
principes in bellis habent plures equos,
ſic tunc reges pugnantes in curribus ha H
bebant plures currus pro perſonis ſuis.
e ℭEt vni.Iu.Propter bonitatẽ vitæ
ſuæ & regiminis,vt patet ex prædictis.
f ℭIeremias ma.in libro qui intitula
tur:Lamentationes Ieremiæ.
ℭIn ca.xxxv.vbi dicit' in poſtil.A-
gnos & hædos:quia tam agn⁹ q́ꝫ hędus
poterant immolari.

## ADDITIO.

In ſolẽnitate paſchali agnus debebat im
molari,nõ aũt hædus:licet agnus immo
lãdus accipiẽd⁹ eſſet de grege,in quo eſ
ſent agni & hædi,vt latius fuit oſtẽſum
in additione ſuper Exod.xij.

## NIC.DE LY.

Cap. XXXVI. Diuiſio

TVliter.Hĩc vltimò agit' de
tpe filiorũ Ioſię,& diuiditur
in tres partes,ſcd'm tres fi-
lios ei⁹.ſcd'a ibi:Cõſtituitq́ꝫ.
tertia ibi:Regẽ vꝰò cõſtituit.Snĩa primę
partis patet ex dictis.iiij.Regum.xxiij.f.
h ℭConſti.re.Hĩc cõſequẽter agit' de
tpe Ioacim filij Ioſię.& ſcd'ò de tpe filij
ei⁹,ibi:Regnauit aũt Ioachin.Snĩa autẽ
primę partis patet ex dictis.iiij.Re.xxiij.
in fine.& in prin.xxiiij.ca.excepto qd' ſe
quit': i ℭEt vin.Fuit ei vinct⁹ catenis
ad hoc q̄ ibi duceret',ſed mutatũ fuit cõ
ſiliũ,eò q̄ rebellauerat cõtra regẽ Baby
lonis,& fuit occiſus,& ꝓiectũ cadauer
eius extra murũ Ieruſalẽ,ꝓut dictũ fuit
iiij.Reg.xliij. k ℭReliqua autem
ver.Io.i.ſtigmata & figuras,quæ fece-
rat in corpore ſuo in honorẽ idolorũ.
Et quæ in

officij accipiunt dignitatē, maximē qa filij Ioſię.i.ſalutis dñi p gratiā
A baptiſmi & vnctionē chriſmatis nūcupari merenť; ſed degenerātes
relabūtur in vitiorū fœditatē; & ſe ſubditos cōuertūt ad impietatē,
nec fidē quā deo ꝓmiſerāt, cuſtodiūt: nec cū hoibus pacis fœdera ſer
uāt. Tales quotidie lex diuina ꝓphetarū, & apoſtolorū miracula à
peccatis recedere, & ad dñm per pœ
† operatus eſt nitentiā reuerti monēt; Sed ſemel in
durati verba ſalutis deſpiciūt. vnde
deus iratus mittit contra eos regem
Chaldęorum, i. diabolum cum ſatelli
tibus ſuis, i. ſpiritualibus nequitijs, q
nulli parcentes ætati, nulli deferentes
dignitati, quoſcunq; capiūt in Baby
lonem, i. in confuſionem tranſferūt;
& domū dñi incendunt, quia fideles
qui ſunt tēplum dei, blaſphemare cō
pellunt. Muros Ieruſalem deſtruunt,
cùm cuſtodias paſtorum deijciūt. tur
res comburunt, cùm prælatos per illi
cita deſideria exurunt. omne pretio
ſum demoliūtur, cùm eos q de virtu
† fratrem tis & ſcientiæ progatiua ſibi applau
† 4. Regū. 24. d. dūt, ad nihilum redigūt. ¶ Finis li
bri Paral. ſimilis principio libri ſacer
dotis Eſdræ. vñ quod ibi expoſuim⁹,
hîc replicare non eſt opus. De Cyro
† Humiliauit ſe à facie quoq; quō Chriſtū ſignificet, & q̄ de
eo dicunť, & q̄ ad ipſum referātur, in
Allegoricè Eſaia expoſuimus. ¶ Salomon tem
plum domini ſeptem annis cōſtruxit
in Ieruſalē, octauo anno conſumma
uit & dedicauit, qa toto tpe huius vi
tę q̄ ſeptem diebus agiť; Chriſtus ec
cleſiam cōſtruit de ſuis fidelibus, In fu
tura vita perficit, & ad æternæ vitæ
claritatis viſionē ſuſtollit in gloria re
ſurrectionis. procedēte tpe quędam
tēpli ędificia vetuſtate diſſoluta ſunt:
ſed inſtantia regum & ſacerdotū illi⁹
tpis reſtaurata in priſtinū ſtatū, quæ
B ſignat quotidianos & leuiſſimos er
Pro. 24. b. ratus fideliū. De qbus Salomon: Se
† mittendo pties, inquit, cadit iuſt⁹, & reſurgit, q
per exempla & hortamenta iuſtorū
corrigūtur, quaſi p induſtriā regum
& ſacerdotum, qui ſunt membra ve
ri regis & ſummi ſacerdotis: Poſtmo
dum creſcētibus malis templum ido
lorum ſordibus ꝓphanatum, & tan
dem à Chaldęis deſtructum & incen
ſum, ſignat grauiores lapſus eorum,
qui eccleſiæ mēbris adunati, ſed poſt
fraudem diaboli à ſtatu fidei deiecti
vitiorum flamma comburuntur.
Diruto templo & vrbe Ieruſalem ci
ues in Babylonem trāſmigrati, poſt
lxx. annos peracta pœnitentia ad pa
triam reuerſi, rurſus idem templum
& vrbem ſanctam labore grandi re
ſtaurant. Signantes eos qui decepti à
diabolo non ſolùm fidei ſynceritatē
& operis integritatem perdunt, ſed
etiam immanitate ſcelerum ethnicis
& publicanis ſimiles ſunt. Quorum
nonnulli diuina gratia reſipiſcentes
ad eccleſiam redeunt cum illuſtratio
ne ſpirituſſancti compuncti, præce
pta legis q reliquerāt, audire & cuſto
dire incipiunt. Septē eñ ſunt dona
ſpirituſſancti, decē p̄cepta legis: ſeptē
verò per decem multiplicata ſeptua
genarium reddunt. Vñ bene qui per
opera pueria in Babylōe captiui fue
runt, poſt lxx. annos liberanť; & do
mū dei ac ciuitatē ſanctā reędificant.
Qui eñ p ſua peccata à cōmunione
eccleſię ſeparati, & infideliū numero ſunt copulati, rurſum per dona
ſpirituſſancti ſtudio ſe bonę operationis exercent, & ſic conſortium
fidelium domus. ſ. & ciuitatis dei de qua eiecti fuerant, recipiunt.

a ¶ Secundum Hebræos: caput in rotundum totondit ſuper mortuum, ſtigmata in corpore ſuo fecit, quæ in corpore mortui inuenta ſunt.

†fecit, & quę inuentę ſunt in eo, cōtinētur in a
libro regū Iuda, & Iſraël. Regnauit aūt Ioa b
chin filius eius pro eo. Octo annorū erat c
Ioachin cū regnare cœpiſſet, & tribus men
ſibus, ac decem diebus regnauit in Ieruſalē.

a ¶ De hoc plenius in libro Regum ſcriptum eſt.

Fecitq; malū in conſpectu domini. Cūmq; d
anni circulus uolueretur, miſit Nabucho
donoſor rex nuntios, qui & adduxerunt eū
in Babylonem, aſportatis ſimul pretioſiſſi
mis uaſis domus dñi. Regem uerò cōſtituit e
Sedeciam† patruū eius ſuper Iudā & Ieruſa
lē. †Viginti & unius anni erat Sedecias, cùm
regnare cœpiſſet, & undecim annis regnauit
in Ieruſalē. †Fecitq; malū ī oculis dñi dei ſui,
nec erubuit faciē Ieremiæ prophetæ loquē f

¶ Alias ore dei.

tis ad ſe in ore dñi. A rege quoq; Nabucho
donoſor receſsit, qui adiurauerat eum per g
deum, & indurauit ceruicē ſuam & cor, ut
non reuerteretur ad dñm deum Iſraël: ſed h
& uniuerſi principes ſacerdotū, & populus
pręuaricati ſunt iniquè iuxta uniuerſas abo
minationes gentiū, & polluerunt domum
dñi quam ſanctificauerat ſibi in Ieruſalem.
Mittebat autem dñs deus patrū ſuorū ad i
illos per manum nūtiorum ſuorū, de nocte
conſurgens, & † quotidie cōmonens, eò qꝫ
parceret populo, & habitaculo ſuo. At illi k
ſubſannabant nuntios dei, & paruipende
bant ſermones eius. Illudebātq; prophetis,
donec aſcenderet furor dñi in populū eius:
& eſſet nulla curatio. Adduxit enim ſuper l m
eos regem Chaldęorū, & interfecit iuuenes n
eorum gladio in domo ſanctuarij ſui. Non o
eſt miſertus adoleſcentis, & uirginis, & ſe
nis, nec decrepiti quidem, ſed omnes tradi
dit in manibus eius, uniuerſaq; uaſa domus
domini tā maiora q̄ minora, & theſauros
templi, & regis, & principū trāſtulit in Ba
bylonem. Incenderunt hoſtes domū dei, de
ſtruxeruntq; murū Ieruſalē. Vniuerſas tur
res cōbuſſerunt, & quicquid pretioſum fue
rat, demoliti ſunt. Si quis euaſerat gladiū, p

a ¶ Diabolo.

ductus in Babylonem, ſeruiuit rēgi, & filiis

a ¶ Vitiis. b ¶ Id eſt donec exurgat aliud regnum pro phetico elogio pręnuntiatum, & corruat peccati regnum diuino iudicio.

eius, donec imperaret rex Perſarum, ut cō q r
pleretur ſermo dñi ex ore Ieremiæ, † & cele

a ¶ Donec ſcilicet impleantur ſeptuaginta anni.

braret terra ſabbatha ſua. Cunctis enim s
diebus deſolationis egit ſabbathum uſque
dum compleretur ſeptuaginta anni. Anno t

a ¶ Et que in. i. in cadauere ei⁹ ꝓiecto, vt dictū eſt. b ¶ Re C
gna. Hîc cōſequēter agiť de tpe Ioachin nepotis Ioſię, & patet ſnīa
ex dictis. iiij. Regum. xxiiij. c. & d. excepto qd⁹ ſequitur: c ¶ Octo
an. erat Ioa. iiij. Reg. xxiiij. b. dicitur: Decem & octo annorū erat
Ioachin &c. Dicendum qꝫ Ioachin pater eius regnauit. xj. ānis, vt
habetur in textu, & ſcd'o anno regni
ſui īſtituit filiū ſuū Ioachī regē, q tūc
erat octo annorū, vt hîc dř; & qa re
gnauit. x. annis cū pře, iō fuit. xviij. an
norū, quando cœpit regnare mor
tuo pře, & ſic loqť ſcriptura. iiij. Re.
d ¶ Cumque. Nō eſt ītelligēdū, qꝫ
anni circul⁹ eēt reuolut⁹ à principio
regni ſui; qa poſt patrē regnauit tm̄
trib⁹ mēſib⁹ & x. dieb⁹, vt hř ī textu,
ſed dř hîc reuolutio anni tp̄s aptū ꝓ
cedēdi ad bellū; in quo exercit⁹ Baby
lonic⁹ venit cōtra eū, & hoc fuit poſt
tres mēſes & x. dies ſuę coronatiōis.
e ¶ Regem. Hîc cōſeq̄nter agiť de
tpe Sedecię, q fuit terti⁹ fili⁹ Ioſię, &
priō pōiť tpis ſui deſcriptio, & ſcd'ò
hui⁹ libri ad li. Eſdrę cōtinuatio, ibi: Diuiſio
Anno āt priō. Circa primū priò po
niť Sedecię & ppli ſui multiplex trāſ
greſsio, ſcd'ò ſequēs punitio, ibi: Ad
a ℭ De ci. Da. Ciuitas Dauid iuxta literam mons Sion appellatur, qui à meridie poſitus pro arce vrbi ſupereminet, & maior pars ciuitatis infrà mõtem iacet in planicie humilioris collis ſita. Vnde in libro regum: Cepit autẽ Dauid arcem Siõ, hæc eſt ciuitas Dauid. Et paulò pôſt: Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam ciuitatem Dauid. b ℭ Aedificauit Nehemias filius Asboth prin. Nehemi. Beda. Poſt portam fontis & muros piſcinæ Syloe qui in hortũ regis & vſq; ad grad⁹ qui deſcendunt de ciuitate Dauid perueniunt, etiam vſq; contra ſepulchrum ei⁹ mẽſura ciuitatis ſanctę protendiť: quia q fidẽ ſanctæ trinitatis prædicat, & diſpenſationẽ diuinæ incarnationis & fructificationem Chriſto adhęrentis eccl'iæ, de qua dicitur: Hortus cõcluſus ſoror m. &c. Non eis tm̃ grad⁹ bonorũ operũ qbus aſcẽdãt in cælũ, ſed & dñicã paſsionẽ debet inſinuare: vt per eũ qui pro ipſis mortu⁹ eſt & reſurrexit, ſe quoq; de regiõe & vmbra mortis ad vitã reſurrecturos, & ad regnum cęleſte aſcẽſuros cognoſcant. c ℭ Contra ſe. Dau. Nota Dauid nõ in Bethlehẽ vt quidã putant, ſed in Ieruſalem eſſe ſepultum certa ratione myſterij. Sicut enim Bethlehem nat⁹ & in regem vnctus Chriſtum ibidem naſciturum de ſuo ſemine, & à magis ſub perſona regis adorandum figurauit, ita in Ieruſalem defunctus & ſepultus ipſum in eadẽ ciuitate paſſurum ac ſepeliẽdum. d ℭ Ad piſc. Piſcinam ſcripturam. ſ. diuinam, quę ſancti ſpiritus opere confecta, abſolutionẽ nobis peccatorum & ſalutare poculũ miniſtrat, quę ſi à domino nobis in vinum. i. in ſpiritualem ſenſum fuerit conuerſa, gratiori nos ſuauitate inebriat veritatis, vbi etiam eſt domus fortium: quia quicũq; crebris diuini eloquij fluentis audiendo & operando reficiuntur, contra omnes inſidias diaboli fortes redduntur. Poſt ſepulchrum ergo Dauid piſcina grandi opere conſtructa locatur, cui domus fortium contigua eſt: quia per paſsionem domini ſcripturarum nobis abyſſus patefacta eſt, per quarum affluẽtiam corda fidelium roborata, & ciuitas Chriſti cunctis hoſtibus inexpugnabilis facta eſt. Deficientibus enim vel ablatis ab hoſte aqs, facilè capitur ciuitas: & ſi hoſtis antiquus fontem nobis abſtulerit verbi dei, continuò arcem mentis rũpit. e ℭ Et æd. Be. Hucuſq; primus ciuitatis murus extruitur, hinc menſura ſecunda. i. muri interioris incipit. Vnde diciť: quia plurimi ſtructorum cõtra domum ſuam ædificauerunt. Muro enim interiori dom⁹ ciuitatis plurimę vel vicinæ erãt vel iunctę. Poſt conſtructionem ergo muri exterioris, ſequitur in noſtra ciuitate ſecundi menſura muri, cũm poſt operum & linguę perfectionem quę omnibus apparere poteſt, magis in interioribus mẽtis deo placere contendimus, ne quid in aĩo concipiamus, in quo interni arbitri oculos offendamus. f ℭ Contra aſcen. fir. Hîc eſt Chriſtus q in fide ſua & dilectione Iudæorũ pplm̃ adunauit & gentiũ: vnde lapis angularis diciť. Cõtra cui⁹ aſcenſum mẽſura ſecũda ędificať, cũm per mũditiã pię cogitationis ad viſionẽ ei⁹ tendimus, cũ etiam in hac vita retenti crebro viſionis eius deſiderio ſuſpiramus. Sequuntur plurimi ſtructorũ ordines, qui mẽſurã ſecũdã ędificaſſe narranť: qa maxima eccl'iæ ſtructura eſt in munimine ĩterioris virtutis, cũ. ſ. oĩ cuſtodia munim⁹ cor nr̃m, qm̃ ex ipſo vita procedit. Singula vero ad intelligentiã ſpiritualẽ trahere nimis lõgum eſt. g ℭ Nathinęi. Dicunť Gabaonitę, qui ĩ miniſteriũ dom⁹ dñi iuxta diſpoſitionẽ Ioſue filij Nũ fideli deuotiõe ſeruiebant.

F

2.Re.5.b. Ibidem. † Lxx, armorum, Can.4.d. Natiuitas & ſepultura Dauid, Chriſti figura. G Pſ̃.117.c. Eſa.82.d. Nathinęi H

In Ophel.

ædificauit Sellum filius Colozai princeps pãgi Maſpha, ipſe ædificauit eam, & texit: & ſtatuit ualuas eius, & ſeràs, & uectes, & muros piſcinę † Sylòe in hòrtum regis, & uſque ad gràdus qui deſcendunt de ciuitàte Dauid. Poſt eum ædificauit Nehemias filius Asboth princeps dimidiæ † partis uici Bethſur c uſque contra ſepulchrum Dauid, d & uſque ad piſcinam quæ grandi opere conſtructa eſt, & uſque ad e domum fortium. Poſt eum ædificauerunt Leuitæ Reum filius Benni. Poſt eos ædificauit Aſebias princeps dimidię partis uici Ceilæ in uico ſuo. Poſt eũ ædificauerunt fratres eorum, Bechui filius Enedad, princeps dimidię partis Ceilæ. Et ædificauit iuxta eum Azer filius Ioſue, princeps Maſpha, mẽ f ſuram ſecundam, contra aſcenſum † firmiſsimi angũli. Poſt eum † in monte ędificauit Baruch filius Zachai menſuram ſecundam, ab angulo uſq; ad portam domus Eliaſib ſacerdotis magni. Poſt eum ædificauit Merimuth filius Vriæ, filij Haccus, menſuram ſecundam à porta domus Eliaſib, donec † extenderetur domus Eliaſib. Et poſt eum ædificauerunt ſacerdotes uiri de campeſtribus Iordanis. Poſt eos ædificauit Beniamin & Aſub contra domum ſuam. Et poſt eos ædificauit Azarias filius Maaſiæ filij Ananiæ contra domum ſuam. Poſt eum ædificauit Bennui filius Hennadad menſuram ſecundam, à domo Azarię uſq; ad † flexuram, & uſq; ad angulum. Poſt eum ædificauit Phalel filius Ozi, cõtra flexuram & turrim, quę eminet de domo regis excelſa, † id eſt in atrio carceris. Poſt eum Phadaia filius Pharos. g Nathinæi autem habitabant h

a Vici.
a Firma ſcripturæ teſtimonia, quibus ſacramentum dominicæ incarnationis prædicatur.
a Quod interpretatur miſſus. hic eſt Chriſtus ad illuminationem noſtram a patre miſſus. b Hos ſcilicet qui opitulante ſummo rege proferunt germina virtutum.
a Auxilia diuinæ inſpirationis vel protectionis, vel incrementa bonorum operum quæ per humilitatem fiunt.
a Cæleſti.
a Murum ſecundum, id eſt mentis firmum munimentum.
a Profeſsione perfectioris vitæ deo dicati.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ℭ Et mu. piſci. Sy. in hor. re. i. cuius aquę fluũt verſus hortum regis. Velaliter, q ędificauit murus vſq; ad hortũ regis, & vſq; ad gradus qui deſcẽdũt de ciuitate Dauid. Arx Siõ q̃ vocata fuit ciuitas Dauid, erat ſita in monte Siõ, & de ea per grad⁹ deſcẽdebať ad ĩferiorẽ partẽ ciuitatis. b ℭ Et vſ. ad do. for. Quę vocať ſic: qa ibi mãſerũt Agoniſtę. vel fortè qa fortes Dauid ibi habitabãt, qñ veniebãt ad regẽ, & ſcd'm hoc ly vſq; ad domũ fortiũ, ĩtelligiť excluſiuè: qa fortes Dauid cũ alijs nobilib⁹ manebãt ĩtra ſcd'm murũ. c ℭ Et ædi. iu. eũ. Hîc agiť de reędificatiõe muri medij, cũm ſubditur: d ℭ Menſu. ſec. i. portionẽ ſuã in ſecũdo muro. e ℭ Cõtra aſcen. fir. an. In angulis em̃ murorũ ſolet fortior murus ædificari, & deſuper turris ad defenſionem vtriuſq; lateris. f ℭ Poſt eum in mon. &c. men. ſe. quia ędificauit in ſecunda clauſura murũ, qui erat in aſcẽſu montis, eò q ciuitas partim erat in mõte, & partim in valle, & partim in decliui. g ℭ Vſq; ad por. do. El. Ly vſq; teneť hîc excluſiuè: qa dom⁹ ſummi ſacerdotis erat intra murum interiorẽ ſiue tertiũ, qui erat intermedius inter habitationem ſacerdotum & nobilium, quę claudebať muro ſecũdo, de quo hîc agiť. Cętera patent ex dictis vſq; ibi: h ℭ Nathi. au. ha. in Oph. Ophel eſt nomẽ turris propinquæ templo: tamẽ extra murũ interiorẽ claudentẽ habitationem ſacerdotum, & ibi habitabant nathinæi qui miniſtrabant ligna, & aquas in atrio ſacerdotum, vt eſſent propinqui habitationibus ſacerdotum, prout poterat fieri.

† accẽdit ſe, & † pficeret † angulũ & infrà. † quæ erat

Vſq; ad

a Munimine & altitudine virtutum.

a b in Ophel uſque contra portam aqua-

a Vnde: Viſitauit nos oriens ex alto.

b Chriſtum, qui eſt turris fortitudinis a facie inimici.

rum ad orientem, & turrim quæ pro-

Prædicatores.

minebat. Poſt eum ędificauerunt The-

Buccinatores.

cueni menſuram ſecundam è regione

Contemplationis.

c d à turre magna & eminenti uſq; ad mu- a

e rum †templi. Surſum autē ad portam b c

f equorum ædificauerunt ſacerdotes, u- d e

nuſquiſq; contra domum ſuam. Poſt f

eos ędificauit Seddo filius Emmer contra domum ſuam. Et poſt eum ædificauit Semeia fili⁹ Secheniæ cuſtos portæ orientalis. Poſt eum ædificauit Anania filius Selemiæ, & Anon filius Selo ſextus menſuram ſecundam. Poſt eum ædificauit Meſollam filius Barachiæ, contra gazophylacium ſuum. Poſt eum ædificauit Melchias filius aurificis, uſque ad domum nathinæorum & †ſcuta uendentium, contra portam †iudicialem, & uſq; ad cœnaculum anguli. Et inter cœnaculū anguli g

† arcis
† negotiatorum
† præcepti

a ¶ In Ophel. Beda. Turris erat non longè à templo altitudine (A) enormi. Vnde Ophel .i. tenebrarum vel nubili nomen accepit, quia nubibus caput inſeruit. Deniq; vbi in Michęa ſcriptum eſt: Et tu turris gregis nebuloſa, bene dicit̃ turris Ophel. Hæc turris in qua parte ſit ciuitatis, liber Paralipomenon oſtendit, dicens: quòd Manaſſes ędificauit murū extra ciuitatē Dauid ad occidentē Gion, in cōualle ab introitu portæ piſciū p circumitū vſq; ad Ophel. Cōueniebat ergo iuxta ſitū loci, vt miniſtri tēpli in vicina tēplo turre habitarēt. ¶ Myſticè autē nathinęi habitant in Ophel .i. in turre nebuloſa, cū hi q pfeſsione pfectioris vitę dicati ſunt deo, & in munimento & altitudine virtutū actione ſemp & cogitatione morant̃, & cōuerſatio eorū in cælis eſt. quos admirans vulgus ait: Qui ſunt iſti qui vt nu. vo. &c. Itē Thecueni habitāt in Ophel, cū qq; religionis habitu inſignes abdita ſcripturarū de quibus ſcriptū eſt: Tenebroſa aquę in nubib⁹ aëris .i. myſtica ſcientia in prophetis, illuſtrato corde penetrant, & aſsiduè legunt, & meditātur. b ¶ Cōtra por. aq. ad ori. Be. Dñm ſ. qui quotidie nos miſericordię ſuę gr̃a, ne ĩ erūnis vitę labamur p̃ſentis & deficiamus, irrigat. Hanc portā deſiderabat Pſalmiſta, dicens: Sicut deſiderat ceruus ad fontes aquarum: ita deſi. ani. mea ad te deus. Quæ porta cōgruè ad orientē ponit̃: qa dñs qui torrente nos ſuę voluptatis ne ſitiam⁹ inebriat, ipſe nos dono ſuę viſitatiōis, ne in tenebris errorū caligemus, illuſtrat. vnde: Viſitauit nos oriens ex alto, & illuminare his qui in tenebris, & in vm. mor. ſe. Ipſe nos pręſidio ſuę ptectionis ab hoſte defendit. Vñ ſequit̃: Et, vſq; ad turrim q̃ p̃e. de qua. ſ. dicitur: Deduxiſti me, quia factus es ſpes (B) mea turris fortitudinis à facie inimi. Habitant ergo nathinæi in Ophel vſq; contra portam aquarum ad orientem, & turrim quę præeminet, cùm fideles lectionibus ſacris dediti diuinæ pietatis gratia debriari, & auxilio ab hoſte gaudent defendi. Et quia poſt pręſentia virtutum dona ad videndā claritatem domini aſcenditur, rectè infertur: Poſt eum edi. the. c ¶ A turre. A turre magna & eminenti vſq; ad murum templi peruenit ſtructura ciuitatis, cùm iuſti ab altitudine contemplationis, quæ mentem in hac vita deſpectis tpalib⁹ ad cæleſtia deſideria ſuſpendunt, veraciter in illa vita ad claritatē dominicæ incarnationis intuendam, patefacta etiam diuinę ęternitatis gloria aſcendunt. Et quia Thecua buccina vel tuba, Thecueni buccinatores interpretantur, aptè dicitur q̧ Thecueni hoc ędificauerint. Doctorum enim eſt quorum ſonus exit in omnem terram, præſentia dei dona vel futura in ciuitate eius, id eſt fidelibus patefacere. d ¶ Ad murum templi. Corpus ſcilicet Chriſti: De quo dicitur Iohan. ij. d. Soluite templum hoc, & in tri. ex. il. quod ſcilicet perſecutores in morte ſoluerant, ſed excitatum & ad cælos exaltatum amatores videre non ceſſant in gloria. e ¶ Surſum autem ad portam equorum. Beda. Hanc portam ſignificat Ieremias eſſe in orientali plaga ciuitatis ſcribens typicè de eccleſia: Et ędificabitur domino ciuitas à turre Ananeel. & paulò pôſt, vſq; ad torrentem Cedrō, & vſq; ad angulum portæ orientalis. Ad portam equorum ædificant ſacerdotes, cùm ſufficientia viuendi exempla præbent eis, qui ad refrenandos laſciuos motus carnis vel animæ, ianuas intrant eccleſiæ, vel cùm cogitationes quibus deuictu ſuo ſuorumq; vel veſtitu tractant, ita diſponunt ne libertatem mentis, qua cæleſtia quærunt, retardent. Vnde bene de operantibus dicitur: Vnuſquiſq; contra domum ſuam & cætera. qui ſermo crebrius in hac conſtructione repetitur. Neq; in expoſitione laborandum eſt, quomodo in eccleſia contra domum ſuam quiſq; murum ædificare & mentem ſuam aduerſus inſidias diaboli debeat munire, ne aliunde poſsit irrumpere, dum quiſq; corpus ſuum & mentem forti in deum fide munierit. Quiſq; etiam contra domum ſuam ædificat, ſi illos qui ſibi commiſsi ſunt, diligenti cuſtodia regularis diſciplinæ defenſat, ne incurſu vitiorum vel perſuaſione hæreticorum decipiant̃. Ad por. eq. Equi cū ĩ bono accipiunt̃, ſicut aſini, cameli, & muli, cōuerſos ad dominū populos Gentiliū, vel curas rerū tēporalium dño ſcilicet animę ſubiugatas oſtendunt. f ¶ Aedificauerunt ſacerdotes. Sacerdotes verò ciuitatis dei murū ad portam (C) aquarum ędificant, cùm doctores poſt vocationem Iudæorum ad inducēdos in eccleſiam Gentiles, verbum dei ſeminādo perueniūt. ¶ Be. Longum eſt de ſingulis ædificiis vel ædificatoribus myſticè diſſerere, quę etiam per ſe peritus lector poteſt agnoſcere. Tantùm hoc notandum: qa qui portas & turres ædificant, per quas ciues ingrediantur vel inimici arceantur, pphetæ ſunt apoſtoli & euāgeliſtæ: p quos nobis forma fidei, & rectę operatiōis, per quam eccleſiā intremus, miniſtrat̃: quorūq; verbis aduerſarios veritatis redarguere & repellere diſcim⁹. Qui verò reliqua vrbis extruūt, paſtores ſunt & doctores, quos ſecūdo loco poſuit Apoſtol⁹. p quorū induſtriā vſq; hodie tanq; per magnos architectos eccleſię fides catholica p totū orbē ſeruat̃. Et ſicut Nehemias ex ordine cunctos ciuitatis ſtructores enumerans perpetuę memoriæ cōmendat, ita cōſolator noſtrę paupertatis Chriſt⁹ omnium qui eccleſiā in electis ędificāt, nomina conſcribit in cælo.

Mich. 4. c.
2. Pa. 33. a.
Myſticè.
Eſa. 60. b.
Pſ. 17. b.
Pſ. 41. a.
Luc. 1. g.
Pſ. 60. a.
Ie. 31. g.

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Vſq; ad mu. tē. Hîc accipit̃ murus templi largè pro muro, qui claudebat habitationē ſacerdotū: quia habitatio media nō poterat procedere vſq; ad murum templi, accipiendo propriè: imò atrium ſacerdotū & habitacula eorum erant intermedia. b ¶ Surſ. aut. Hîc cōſequēter agitur de reędificatione muri interioris ſeu tertij, intra quē habitabant ſacerdotes: in fine tamē ponitur aliquid de reędificatiōe muri medij. Circa primū dicitur: Sur. au. i. in ſuperiori (D) parte ciuitatis, in qua erat templum & habitatio ſacerdotū. c ¶ Ad por. eq. locus erat ad quem homines euntes ad templum poterant equitare, ſed extunc procedebant peditando, & ab illo loco incipiebat habitatio ſacerdotum. ideo ſequitur: d ¶ Aedificauerunt ſacerdotes & cæt. ſcilicet murum claudentem habitationem ipſorum. e ¶ Vnuſquiſq; contra domum ſuam &c. ita quod domus eorum ex vna parte iungebantur muro, & ex parte oppoſita habebant aſpectum verſus templum. f ¶ Poſt eos ædificauit Seddo filius Emmer contra & cæte. iſte non habitabat intra murū interiorem, ſed extrà: veruntamen domus eius ex vna parte iungebatur ſeu appropinquabat muro interiori, & ideo ibi ædificauit partem ſuam. g ¶ Et intra cœnaculum anguli in por. gre. ædi. arti. & nego. non in muro interiori, ſed in muro medio, cui iungebatur domus eorum in parte exteriori: quia habitabant in tertia habitatione cum populo communi, vt dictum eſt ſuprà. ¶ Myſticè autem exponendo portas Ieruſalem ſuprà dictas, ſciendum quod Ieruſalem in ſenſu allegorico ſignat ciuitatem cæleſtem, ſecundum quod dicitur Gal. iiij. d. Illa quę ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt quæ eſt mater noſtra. ad illam autem intratur per obſeruantiam mandatorum, teſte ſaluatore Matth. xix. c. Si vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Mandatorum autem quædam ſunt negatiua à malo retrahentia. vt iſtud, Non occides. Alia affirmatiua ad bonum inducentia, vt illud, Honora partem & cætera. Illa igitur quæ à malo retrahunt, & illa quæ ad bonum inducunt, ſunt portæ ciuitatis Ieruſalem. ſecundum illud Pſalm. xxxvj. e. Declina à malo, & fac bonum, & inhabita & cæte. Retrahentia verò à malo tria ſunt ſpecialiter. vitij fœtor, iudicij terror, ſupplicij horror. Primum figuratur per portam ſterquilinij. ſecundum per portam iudiciariam. tertium per portam vallis: quia ſupplicium gehennæ ſecundum omnes doctores eſt in profundis terræ. Inducentia ad bonum ſunt tria, ſimiliter per oppoſitum, ſcilicet decor operis, dulcor fœderis, valor muneris. quia opus virtuoſum operantem decorat, deo fœderat, & æternam beatitudinem meretur ſeu comparat. Primum deſignatur per portam Dauid, qui interpretatur vultu deſiderabilis. Secundum per portam fontis ſeu aquarum: quia aqua gratiæ fœderat deum cum homine. Tertium per portam negotiatorum: quia per opus virtutis commutantur pro terrenis cæleſtia, & pro temporalibus æterna, ad quæ nos perducat qui ſine fine viuit, & regnat.

Diuiſio
Myſticè
Retrahētia à malo & inducētia ad bonum.

CAP. IIII.

E Factum eſt.Be.Planè hęc ira hęreticorũ eſt.Hęc ſunt verba eorũ q ſe Samaritanos cognominant, i.cuſtodes legis dei,cũ ſint deo & legib⁹ ei⁹ cõtrarij,tãq̃ à domo Dauid.i. ab vnitate Chriſti & eccleſię per hęreſes,& ſchiſmata,& mala opera ſegregati : qui ne ſua expugnetur impietas,muros fidei ędificari metuunt. Hæc ſubſannatio eſt omniũ qui dicunt ſe noſſe deum,factis autem negant. (Titũ.1.d.) Samaritę enĩ ita dño ſeruiebãt,vt dijs ſuis non renuntiarẽt.Quos hodie imitanť, qui ita Chriſtiani ſunt, vt ventrem ſuum deũ habeant, (Phil.3.d) aut auaritiam ſequanť,quę eſt idolorũ ſeruitus: (Coloſ.3.a.) aut cęteris mũdi illecebris mancipati,creaturę magis ſeruiant,q̃ creatori. (Roma.1.c.) Tales ergo,ſicut hæretici,nolunt eccleſiæ muros innouare,ne creſcente ſtatu pietatis à ſua cogantur impietate recedere.Tales ſolent imbecilles appellare Iudęos,i.confeſſores fidei,& facilè à gentibus ſuperandos,dum in quotidiano animarum certamine plus amant vitia q̃ virtutes victorię palmam obtinere. († exercitu † imbecilla) Et quia ſunt inter hæreticos,qui etiam pœnitentibus veniã negant,rectè ex eorũ perſona ſubiungiť: Nunquid ędificare poterunt lapides de aceruis pulueris qui combuſti ſunt? Aedificantur enĩ lapides combuſti de aceruis pulueris,cùm hi qui igne perſecutionũ victi fidẽ negauerũt, vel vitiorum delectationibus ſubiecti,mũditiam operis perdiderunt,miſerante deo reſipiſcunt: vt integritatem catholicæ fidei conſtanti profeſsione recipiant,& ornamẽta virtutum morib⁹ emendati cõſequanť.

b ¶ Sed & Tobias.Be.Huius Tobię pſona & verba hęreticis conueniunt.Perſona quidem: qa patriarcha eius Ammon de inceſtu,ebrietate,nocte,& ſpelunca natus eſt, († qui erat apud eum) (Gen.19.g.) F & hęreticorum origo de voluptate carnali,& immũditia,de tenebris errorum vel ſcelerũ,de priuatis conciliabulis,& non de publico eccleſię ſymbolo genita eſt.Quòd verò idem Tobias,id eſt bon⁹ domini nõ meritò & veritate,ſed elatiõe ſuperbię murũ dicit à vulpe trãſiliẽdũ,vulpes hæretici vocantur,ſcd'm illud: Capite nobis vulpeculas quę demoliunť vi.Qd' eſt,dephẽdite & in lucem proferte putridas & doloſas hęreticorum verſutias,quibus fructiferas fidelium mentes corrũpere nituntur. c ¶ Et orauimus.Hoc eſt vnicum contra hoſtes eccleſiæ refugium,oratio.ſ.ad deum & induſtria doctorum,qui die nocteq; in lege eius meditantes,corda fidelium contra inſidias diaboli & militum eius prædicando,conſolando,& exhortando præmuniant. d ¶ Humus nimia eſt.Beda. Congeſta.ſ.in loco muri,quæ prius exportãda erat,vt fundamenta muri in viua terra ponerentur,quod conuenit euãgelicę domui, cuius ſtructor fodit in altum,elataq; terræ congerie fundamenta poſuit ſupra petrã, quæ nullo aquarum vel ventorum impetu deijciunť

## NIC. DE LY.

CAP. IIII.

F Actum eſt.Hîc conſequenter ponitur triplex impedimentũ, quod ſupuenit Iudæis ędificantibus murũ,ſcd'm ponit.v.ca. († euellerent eam) tertium.vj.ca.Primũ impedimentũ fuit ab aduerſarijs eos deridẽtib⁹,& inuadẽtibus, & eis inſidiãtibus,& ſubitò eis irruentib⁹: & ideo Nehemias opponit oratiõnẽ contra deridentes.ſcd'ò defenſionẽ cõtra inuadentes,ibi: Factũ eſt autẽ.tertiò munitionẽ cõtra inſidiantes,ibi: Et factũ eſt.quartò circũſpectionẽ cõtra ſubitò irruẽtes,ibi: Et dixi.Circa primum dicitur: b ¶ Cum au.Sa.Qui erat primus inter Samaritanos. c ¶ Irat.eſt v.De Iudęorũ proſperitate. d ¶ Et di.Iudęos deſpiciendo. e ¶ Quid iu.im.fa.q.d.non poterunt pficere qd' inceperũt: tum quia ſunt imbecilles,vt dictum eſt: tum qa (G) impedient eos Gentiles,vnde ſubditur: f ¶ Num dim.eos gent.q.d.nullo modo debent eos dimittere operari pacificè. († fabri ærarij) g ¶ Num ſa.& cõp.in v.di.Tranſpoſitio eſt actuum.& eſt ſenſus: Num complebunt opus ſuum,& ſacrificabunt deo gratias agendo de operis conſummatione,q.d.nõ: quia hoc eſt eis impoſsibile,vnde ſeqtur: h ¶ Nunquid ædi.po.la.Quando enim Nabuzardan incendit ciuitatem, vt habetur.iiij.Reg.vlt.tanta fuit ignis vehementia,q; magna pars lapidum ita fuit aduſta,q; reſoluebãtur quaſi in pulueres,& nõ erant vltrà vtiles ad ædificãdum. i ¶ Sed & Tobi.Amm.pro.Quia erant coniuncti per affinitatem. k ¶ Ait. Deridendo eos. l ¶ AEdi.id eſt non curemus de ędificio eorum: qa nihil eis valebit,ideo ſequitur: m ¶ Si aſcen.vul.trã.mu.eo.i.ita baſſus erit,q; non erit eis ad aliquam defenſionem.In Hebręo habetur: Diſsipabit murum eorum.ita,debilis erit q; non poterit ſuſtinere aliquem impetum. n ¶ Et di.Nehemi.Hoc non eſt in Hebręo,nec eſt de textu,ſed ſubintelligitur,& propter hoc aliqs doctorum apposuit per modum gloſſæ: quæ poſtea inſerta eſt textui per ignorantiam ſcriptorum. o ¶ Audi de⁹.Inclinando ad nos tuam clementiam,eripiendo nos de opprobrio & contẽptores noſtros opprobrio ſupponendo. (H) q ¶ Ne ope.ini.eo.Diſsimulando vindictam. r ¶ Et pro.eſt cor po.ad ope.tum propter opprobrium iniuſtè illatum: tum quia opus proſperabatur in manibus eorum. s ¶ Factũ eſt au.cum au.Sana.& Tob.& Ara.Ammo.Hîc conſequenter ponitur defenſio contra inuadere volentes.vnde ſubdiť: t ¶ Et con.om.pa.Vt fortius nos inuaderent,& opus ceſſare facerent. v ¶ Et oraui.deũ no.Primò & principaliter confidendo de eius protectione. († deſpectio) quia tamen nõ debebant omittere de his quę poterant fieri humana prouidentia,ideo ſubditur: Et poſui.cu.ſu.mu. x ¶ Dixit aut.Iud.id eſt viri de tribu Iuda fracti timore aduerſariorum & anxietate laborum. y ¶ Debili.eſt for.portan.id eſt portantium onera ad opus. z ¶ Et humus nimia eſt & cæt.Quod exponitur ſic ab aliquibus, qd' oportebat multam terram amouere & extra portare,vt poſſent fieri fundamenta. Et nos nõ

(Moraliter) Moraliter, a ¶ Fact.eſt aut.ſequitur: e ¶ Quid iu.fa.imbecilles. Per iſtos deſignantur ſacerdotes & ſcribę Chriſtum deridentes in cruce: quę quidem deriſio in ſuos diſcipulos redundabat.deridebant autem eum de imbecillitate, dicentes: Vah q deſtruis templum dei, & in tribus diebus reædificas. (Mar.15.c. Mat.27.e.) Item: Alios ſaluos fecit,ſeipſum non poteſt ſaluum facere. († coniurati) p ¶ Conuerte opprobrium ſuper caput eorum. Quod & factum fuit.nam in vindictam opprobrij Chriſto illati, deus fecit venire Romanos contra Iudęam,qui deſtruxerũt tẽplũ & ciuitatem,& populum partim occiderunt,& partim captiuauerunt. t ¶ Et cõ.ſunt o.pe.vt ve.& p u.id eſt eccleſiã primitiuam,poſtq̃ enim principes Iudæorum viderunt,q; à prædicatione nominis Chriſti nõ potuerũt apl'os impedire p verba cõminatoria.ſicut patet Act.iiij.& v.q̃ ſierunt eos impedire per perſecutiones & flagella,prout patet Actuum.viij.& ix.

Et factum eſt

---

in porta gregis ædificauerunt † aurifices & negotiatores.

## Cap. IIII.

F Actum eſt autem,cùm audiſſet Sanaballat, quòd ædificaremus murũ,iratus eſt ualde: [a] [b] [c]

a ¶ Confeſſores fidei.

Et motus nimis ſubſannauit Iudęos,& dixit coram fratribus ſuis & [d]

a ¶ Hæreticorum.ſ.qui ſe legem dei cuſtodire dicunt.

† frequẽtia Samaritanorũ. Quid [e]
Iudæi faciunt † imbecilles? Num [f]

a ¶ Gentiles eccleſiæ perſecutores.

dimittẽt eos gẽntes? Num ſacrificabunt,& complebunt in una die? Nunquid ædificare poterunt [g] [h]

a ¶ De his ſcilicet qui igne perſecutionis victi,fidem negauerunt, vel vitiorum operibus ſubiecti munditiam corporis vel operis perdiderunt.

lapides de aceruis pulueris q com

a ¶ Bonus domini,non veritate,ſed elatione.

[b] buſti ſunt? Sed & Tõbias Ammonites † proximus eius ait: Ædificent. [i] [k] [l]

a ¶ Surgens contra aſſertionem fidei illorum. b ¶ Hæreticus,ſecundum illud: Capite nobis vulpeculas paruulas. c ¶ Superabit ſcilicet & pedibus ſuis cito ſubiiciet omnem fiduciam doctrinæ eorum, quam velut lapide firmo munitam in Chriſto eſſe fundatam gloriantur.

Si aſcẽderit uulpẽs trãnſiliet [m]

a ¶ Munitionem eccleſiæ.

murũm eorum lapideum. Et dixit Nehemias: Audi deus noſter, [n] [o]

a ¶ Huic imprecationi ſimile eſt quod propheta dicit: Conuertetur dolor eius in caput eius.

quia facti ſumus † deſpectui. Cõnuerte opprobrium ſuper caput eorum,& da eos in deſpectionem in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum,& peccatum eorum coram facie tua non deleatur,quia irriſerunt ędificãtes. Itaque ædificauimus murum,& coniunximus totum uſque ad partem dimidiam, & prouocatum eſt cor populi ad operandum. Factum eſt autem,cùm audiſſet Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammonitæ, & Azotij, quòd obducta eſſet cicatrix muri Ieruſalem,& quòd cœpiſſent interrupta concludi,irati ſunt nimis. Et † congregati ſunt omnes pariter,ut uenirent,& pugnarent contra Ieruſalem,& † molirentur inſidias. Et orauimus deum noſtrũ,& poſuimus cuſtodes ſuper murũ die ac nocte contra eos. Dixit autem [p] [q] [r] [s] [t] [v] [x]

a ¶ Tribus Iudæ.

Iudãs: Debilitata eſt fortitudo [y]
portantis, & humus nimia eſt, [z]

deiiciuntur.Prius enim de corde noſtro egerenda eſt humus terrenarum concupiſcentiarũ,deinde firmus & inexpugnabilis operum murus ſuper fundamentum fidei conſtruendus, Nam qui ſuper humum & rudera infirmarũ cogitationũ ædificiũ ſanctę actionis erigit,fallitur; & pro domo vel ciuitate,procella tentatiõis ingruente, ruinã ędificaſſe ꝓbat. a ❡Dixe.ho.Hęc in ędificio ſpũali agi ſolẽt,manet em̃ ĩdefeſſus hoſtis cũ ſatellitibꝰ ſuis ſpiritibus .ſ.imũdis & hoĩbus malignis,qui opa virtutũ & fidei nobis incautis impedire & expugnare contendunt,& mentẽ fidelium mucrone prauę ſuggeſtiõis interficere.Sed cõtra hęc nobis armatura dei ſumenda eſt,vt poſſimus reſiſtere in die malo,& in omnibus pfecti ſtare. b ❡Sta.in lo.vt agmine, ſcilicet armatorum circundati operatores liberius & ſecurius ędificarent.Diſpertiti enim ſunt gradus fidelium : alij bonis operibus intus ornantes eccleſiam ædificant:alij armis ſacræ lectionis muniti cõtra impugnãtes hęreticos vigilant.Hi religioſa deuotione ꝓximas in fidei veritate confortant.illi aduerſus diaboli vel vitiorum tela neceſſarium certamen exercent,& ab ouili dominico inſidiantes lupos paſtorali ſolicitudine arcent. c ❡Me.pa.iu. Be. Notandũ, quia non ſolùm media pars iuuenum faciebat opus , & pars media parata erat ad bellum,ſed & ijdem iuuenes qui faciebant opus,gladio erant accincti. Tanta enim verſutia hoſtis antiqui,tãtus eſt furor malitię eius contra eccleſiam,vt non ſolùm prædicatores veritatis,ſed & ipſe populus dei ſemper debeat contra vigilare & quaſi in acie ſtare.Ædificantes em̃ gladio accinguntur renes,cùm hi qui pręſunt bonis operibus inſiſtere vel ſibi cõmiſſos curant regulari ratione diſponere : hoc enim eſt viuos lapides in ædificio ſanctę ciuitatis competenter locare,qui fluxa luxuriæ in ſe acumine verbi dei ſatagunt reſtringere. Nec ptereundum eſt,ꝙ cũ Dauid vel Salomon eandem ciuitatem ędificarent,nihil de armatis ſtructoribus vel aduerſarijs impugnantibus dicitur,ſed deſtructa propter peccata maiori labore induſtria reficitur. Similis autem eſt ædificatio ſpiritualis,quæ in animarum ſalute geritur:vt in baptiſmo renati per fidem & confeſsionem ſanctę trinitatis ſine labore per gratiam dei ciuitas & domus eius efficiamur,& ſi poſt diabolo ſuadente vel ſeducẽte ad peccata relabimur,& virtutum mœnia hoſtis victor igne vitiorum deijcit,neceſſe eſt grauiori ſtudio afflictiõis vigiliarum,& arctioris vitę bonorũ operum ædificia reparare. Nam expertis vitiorum illecebris difficilius caremꝰ,q̃ incognitis:minoriſq; laboris eſt incognitam cauere carnis voluptatem,q̃ reijcere cognitam. d ❡Et ſint vo.vic.Be.Nota q̃tũ ſtudium in operando habuerint,qui etiam nocte in labore perſtiterunt,ſicut Paulus q nocte &

Eph.6.c.

Gradꝰ fidelũ diſptiti

†in locis eminentibꝰ

†p familias

2.Teſ.3.b.

A B

& nos non poterimus ædificare murũ. Et dixerũt hoſtes noſtri: Neſciant & ignorent, donec ueniamus in mediũ eorum,& interficiamus eos , & ceſſare faciamus opus. Factum eſt autẽ uenientibus Iudæis,qui habitabant iuxta eos,& dicentibꝰ nobis per decem uices ex omnibus locis quibus uenerant ad nos,ſtatui †in loco poſt murum, †per circuitũ populum †in ordinem cũ gladiis ſuis, & lanceis,& arcubus. Et perſpexi, atq; ſurrexi,& aio ad optimates & magiſtratus & ad reliquã partem uulgi: Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote , & pugnate pro fratribus ueſtris,filiis ueſtris,& filiabus ueſtris,& uxoribus ueſtris & domibus ueſtris. Factum eſt autem

a ❡In ſpirituali quoq; ædificio ſi apoſtolicis armis fuerimus induti, diſſipabitur diaboli conſilium & angelorum eius qui nos expugnare deſiderant.

cùm audiſſent inimici noſtri nunciatum eſſe nobis,diſſipauit deus conſilium eorũ.Et reuerſi ſumus omnes ad muros unuſquiſq; ad opus ſuum. Et factũ eſt à die illa media pars iuuenum eorũ faciebat opus , & media pars parata erat ad bellũ, & lanceæ & ſcuta & arcus & loricę, & principes poſt eos in omni domo Iuda ędificantiũ in muro & portantiũ onera & †imponentiũ,una manu ſua faciebat opus,& altera tenebat gladiũ. Ædificantiũ enim unuſquiſq; gladio erat accinctus renes . Et ædificabant , & clangebãt buccina iuxta me. Et dixi ad optimates & ad magiſtratus,& ad reliquam partem uulgi:Opus grande eſt & latum, & nos ſeparati ſumꝰ in muro procul alter ab altero.In loco quocũque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos.Deus noſter pugnabit pro nobis, & noſipſi faciamꝰ opus. Et media pars noſtrum teneat lanceas ab aſcenſu auroræ, donec egrediantur aſtra.In tẽpore quoq; illo dixi populo: Vnuſqſq; cũ puero ſuo maneat in medio Ieruſalẽ, & ſint uobis †uices per noctẽ & diẽ ad ope

## *Nicolaus de Lyra.*

a ❡Et nos nõ pote.ædif.mu.ſcilicet donec iſta terra ſit am ota, qđ eſt vltra vires noſtras.Sed hæc expoſitio non videt̃ ratiõabilis:quia licet muri ciuitatis fuiſſent in multis locis dirupti.& vehementia ignis aduſti;tamen fundamenta quæ erant in terra , remanſerunt ſalua.Et ideo aliter exponunt Hebręi,Et humus nimia eſt,i.arena & calx,quæ ſunt neceſſaria ad faciendum cęmentum requiruntur in magna quantitate,ita ꝙ non poſſumus habere:& per conſequens non poterimus ædificare. b ❡Et dixerunt hoſtes noſtri:Neſciant &c. & ſic imminebat eis difficultas in ædificando ab interiori & exteriori. c ❡Venientibus Iudæis,qui ha.iu.eo.Id eſt Samaritanos in villis campeſtribus. d ❡Et dicentibus.no. malitias & inſidias Samaritanorum. e ❡Statui in lo. poſt mu.ad reſiſtendum inſultibus eorum ,ideo ſubditur: f ❡Dom.ma.& ter. in iudicijs. g ❡Memẽtote.quomodo pugnauit pro patribus noſtris in mari rubro, & alijs locis. h ❡Et pu.pro fr.moti charitate,& confidentes de diuina protectiõe. i ❡Et reuer.ſu. omn.ad mur. Ex quo quo patet,ꝙ timore eorum opus intermiſerant,vt meliꝰ ab eis ſe defenderẽt. k ❡Et fa.eſt.Hîc ponitur munitio contra inſidiãtes,cùm dicitur:Et factum eſt a die. ſcilicet qua cognouimus hoſtes noſtros inſidiari. l ❡Et media pars pa.erat ad b. totaliter intenta ad defenſionem ædificantium.ipſi etiam ędificantes erant armati,licet leuius , vt ſi hoſtes irruerẽt,poſſent aliquo modo ſe defendere. o ❡Et clan. buc. tanq; parati ad pręlium,vt ſi hoſtes appropinquarent,timerent eos inuadere audientes clangorem buccinę. p ❡Et di.Hîc ponitur circumſpectio contra ſubitò irruentes per populi vnionem ad certum ſignum tubę clangentis: quia virtus vnita fortior eſt ſeipſa diſperſa,& patet litera vſq; ibi: q ❡Ab aſcen.au.q̃ citò poſſent videre ad operandum. r ❡Donec egre.aſt.i. appareant;quia ex tunc oportebat quieſcere ab opere. s ❡Et ſint no.ad operan. Non eſt per hoc intelligendum,qđ operarentur de nocte;quia hoc non poſſet bene fieri , vt patet ex dictis. ſed aliqui per vices erant ordinati ad vigilandum de nocte pro cuſtodia ciuitatis , qui irruentibus hoſtibus poſſent alios excitare.

Non depone

†ti cuſtodiã

†in inferioribus locis

C D

k ❡Et factum eſt a die ill. me.pars iu.fa.opꝰ.Per q̃d ſignificantur fideles eccleſiæ primitiuæ ſe exercentes in bonis operibus actiuæ vitæ. l ❡Et media pars para.erat ad bel.Per iſtos ſignificantur ſpeculatiui iſtius temporis,qui contra inſultus hoſtium pugnabant viriliter orationibus deuotis. m ❡Vna manu ſua faci. opꝰ altare &c.Per hoc ſignificantur illi, qui ſunt in vtraq; vita,actiua ſcilicet & contemplatiua perfecti,cuius perfectionis debent eſſe pontifices nouæ legis. Grego.in paſtorali.Sit præſul actione præcipuus,ſit præ alijs contemplatione ſuſpenſus.Poteſt etiam hoc aliter moralizari:vt per hoc qđ dicitur,vna manu faciebat opꝰ,exercitium cuiuſlibet boni operis intelligatur.& quoniam ex hoc vana gloria ſolet inſurgere.ideo ſubditur; n ❡Et altera tenet gladium.ſcilicet contra vanam gloriam inſurgentem.Item notandum, qđ tempore Salomonis Ieruſalem fuit ædificata pacificè ſine armis;ſed poſtq; fuit deſtructa per Nabuchodonoſor fuit reparata tempore Nehemiæ, cum labore magno & armis. Per Salomonem verò qui pacificus interpretatur dominus noſter Ieſus Chriſtus,q per ſuum ſanguinem pacificauit ea,quæ in cælis ſunt,& in terris ſignificatur.Per Nabuchodonoſor verò qui interpretatur ſedens in anguſtia,diabolus qui ſecum ſemper portat ignem ſuum intelligitur : quoniam ſemper anguſtiatur.Igitur per prædicta ſignificatur,quod ædificium virtutis & gratiæ per Chriſtum ſine labore conſtruitur in baptiſmo,ſed ſi p ſuggeſtionem diaboli deſtruatur,non reparatur ſine labore magno.

Moralite

†ſubaudi onera

noctе & die operabatur manibus ſuis,ne quē credentiũ,victũ quærendo,fatigaret. Niſi fortè ita ſibi per vices ſuccedebant ad operandũ,ut alij per diē laborarēt in opere muri, alij contra hoſtiũ incurſores agerent excubias noctis. Nam & noſtrę ciuitatis extructores vtrunq; ſimul faciunt. Ipſi em̄ q̄ fideles inſtruendo eccleſiā ędificāt, infideles & etiā cōtradicētes arguendo ab eccleſia repellunt.

dendo vel impignorando. Sicut, AEgyptij tp̄e famis vendiderunt terras ſuas regi, vt habet̄ Ge.xlvij. k ¶ Et nunc ſi.car.fra.no. Id eſt, ſicut diuites de populo noſtro liberi ſunt, ſic & nos debemus eſſe, filij noſtri ſicut & filij ſui, cũ ſumus de eadē lege. hoc inducit̄ pro rōne, quòd melius erat vēdere vel impignorare terras & poſſeſsiones regi Gētili, quā filios & filias ſubiicere ſeruituti. Aliter hoc exponitur & meli⁹, vt videt̄: qa Zorobabel, Eſdras, & Nehemias, vt plures poſſent ſecũ adducere de Babylone, promiſerant libertatem & p roſperitatem, ideo aliqui eorum in afflictione poſiti querelando dicebant: Et nunc ſicut car.fra.no.i. Iudęorum qui remanſerunt in Babylone ſunt in afflictione & labore. l ¶ Sic car.no.ſunt. Hîc in conſimili afflictione vel maiori. m ¶ Et ſicut filii eo. ſũt ſubiecti ſeruituti: ita & fi.no. ideo ſubdit̄: n ¶ Ecce nos ſubiuga.fil.n. Et ſic non ſumus melioris conditionis q̄ ipſi, ſed in aliquibus peioris. o ¶ Et ira.ſum ni. Hîc ponitur reprehenſio diuitum propter oppreſsionem pauperum prędictā, cũ dicit̄: *Et irat.ſum ni.* Verbũ eſt Nehemię irati, nō ira quę eſt per vitiũ, ſed per zelũ. p ¶ Cũ au.cla.eo.ſe.ver. Quę ſonabant diſplicere eis q̄ de Babylōe rediſſent. q ¶ Cogita.cor me.m. ita q̄ nō impetuoſè, ſed ex modeſtia & deliberatione p̄ceſſit ad reprehenſionē diuitum. r ¶ Vſuras ne ſin.a fra.ve.exi. Quaſi diceret hoc eſt manifeſtũ, & t̄n hoc eſt valde malũ & lege p̄hibitũ Deu.xxiij. s ¶ Et cōgregaui aduerſum eos concionē ma. Vt erubeſcerent renuere correctionem meam rationabilem. t ¶ Nos vt ſcitis redemimus fratres noſtros Iudæos, qui venditi fuerāt gentibus ſecundum poſsibi.no. Licet enim illi qui erāt in Babylone rediſſent ſine redemptore, tamē Zorobabel, Eſdras, & Nehemias aliquos Iudęos redemerāt qui fuerāt venditi Gētilib⁹ extra poteſtatē regis Babylonis. v ¶ Et vos igitur vendite fratres veſtros & redeme.eos. Quos emiſtis in ſeruos contra legem. x ¶ Et ſiluerunt nec inuenerunt quid reſpōderēt. Non habentes reſponſionem rationabilem. y ¶ Ne exprobretur nobis a Gentilibus inimicis noſtris. ſ. q̄ non timetis dñm, nec legē eius ſeruatis. ☞ Et ego & fra

†lauādi gr̄a

► p pretio eorum

† bibamus

* pignori

## GLOS. ORDI.
### CAP. V.

ET fa.eſt Bed. Deſiderabat pp̄ls murũ cōſtruere, ſed īpediebat̄ fame, quā nō ſolũ penuria frugũ, ſed etiā auaritia principũ fecerat, q̄ ab eodē pp̄lo maiora, q̄ reddere poterat, tributa exigebat. Qd̄ quotidie apud nos fieri videmus. Multi em̄ in pp̄lo dei diuinis cupiũt obtēperare mādatis, ſed inopia tp̄aliũ rerũ retardant̄, exēplo eorũ q̄ habitu religionis p̄diti ſunt, cũ ipſi ab eis qb⁹ p̄ſunt iportabile vectigal ſecl'ariũ rerũ exigũt, & nihil ſaluti eorũ vel verbo vel exēplo vel pietatis ope cōplēt, aut cōferũt. Atq; vtinā, vt aliqs ī dieb⁹ nr̄is Nehemias, i. cōſolator à dño veniens mores nr̄os cōpeſcat, & p̄cordia nr̄a ad amorē diuinũ accēdat, & manus nr̄as à proprijs voluptatib⁹ auertēs ad cōſtruēdā Chriſti cōuertat ciuitatē. ¶ Bed. Tribus de cauſis auget̄ clamor pp̄li. Quidam fame coacti filios ſuos ditiorib⁹ vendere volebant: alij liberis parcētes agros poti⁹ & domos. Nōnulli p̄hibētes liberorũ & agrorũ venditionē, hoc t̄m p̄ſuadebāt, vt mutuo ſumerēt pecuniā ī tributa regis, oppignoratis agris & vineis, donec redeunte fertilitate reddere poſſent fœneratoribus quod mutuo accepiſſent. b ¶ Et inc. Be. Tanq; dux optim⁹ militię cæleſtis & ſapiens architectus ciuitatis dei, qd̄ optimates facere voluit, & magiſtrat⁹ pp̄li ſe pri⁹ feciſſe declarauit eleemoſynā. ſ. paupibus dare, nihilq; ab eis q̄rere, niſi cuſtodiam legis & ædificationē ciuitatis. In hac aũt lectione nō oportet nos allegoriā q̄rere, ſed lr̄ę textũ diligēter operādo ſeruare, vt. ſ. exceptis quotidianis eleemoſynarũ fructibus vbi generalis fames irruerit, q̄ poſſum⁹, egentib⁹ præbeamus, & quæ à ſubditis q̄ſi iure ſolebam⁹ exigere tributa, dimittamus, vt dimittat nobis pr̄ debita nr̄a. ☞ Inſuper

Clamor populi auget̄ p̄pter tria

## Nicolaus de Lyra.

☞ a ¶ Nō depon.veſt.no. Ex quo patet ex eis magna diligentia. b ¶ Vnuſ.t.nuda.ad ba.i. ad purificationē ſcd'm modũ Iudęorũ, q̄ tali purificatione vtebāt, ſicut dr̄ de Iudith. xij. b. q̄ baptizabat ſe ī fonte aq̄. ſcd'm alios aũt baptiſm⁹ iſte intelligit̄ ablutio ſordiũ corpaliũ cōtractarũ ex ope ac etiā ſudore.

† vendite
† vendētur nobis

randum. Ego autem & fratres mei & pueri mei, & cuſtodes qui erant poſt me, non deponebamus ueſtimenta noſtra. Vnuſquiſq; tantũ nudabatur † ad baptiſmum.

### Cap. V.

ET factus eſt clamor populi & uxorũ eius magnus aduerſus fratres ſuos Iudæos. Et erant qui dicerēt: Filij noſtri & filiæ noſtræ multæ ſunt nimis. Accipiamus pro pretio eorum frumētum, & comedamus, & † uiuamus. Et erant qui dicerēt: Agros noſtros, & uineas, & domos noſtras* opponamus, & accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant: Mutuo ſumamus pecunias in tributa regis, demusq; agros noſtros & uineas. Et nunc ſicut carnes fratrum noſtrorum, ſic carnes noſtræ ſunt: & ſicut filij eorum, ita & filij noſtri. Ecce nos ſubiugauimus filios noſtros & filias noſtras in ſeruitutem, & de filiabus noſtris ſunt famulę, nec habemus unde poſsint redimi, & agros noſtros & uineas noſtras alij poſſident. Et iratus ſum nimis, cùm audiſſem clamorem eorum ſecundum uerba hęc, cogitauitq; cor meum mecum. Et increpaui optimates & magiſtratus, & dixi eis: Vſurás ne ſinguli à fratribus ueſtris exigitis. Et congregaui aduerſum eos concionem magnam, & dixi eis: Nos, ut ſcitis, redemim⁹ fratres noſtros Iudęos, qui uenditi fuerāt gentibus ſecundum poſsibilitatē noſtram. Et uos igitur † uēdetis fratres ueſtros, & † redimemus eos? Et ſiluerunt, nec inuenerũt quid reſpōderent. Dixitq; ad eos: Nō eſt bona res quā facitis. Quare non in timore dei noſtri ambulatis: ne exprobretur nobis à gētibus inimi-

Moraliter. c ¶ Et factus eſt clamor populi magn⁹ aduerſus fratres ſuos Iudæos. Allegoricè. Clamor iſta figura fuit illi⁹ murmuris ī primitiua eccleſia, de quo dicitur. Act. vj. a. In diebus illis creſcente numero diſcipulorum factus eſt murmur Græcorũ aduerſus Hebręos, eò q̄ deſpicerentur in miniſterio quotidiano viduæ eorum. Sed ſicut per Nehemiam qui conſolator interpretatur, clamor populi fuit pacificatus, vt in textu dicitur conſequenter: ſic per ſpiritumſanctum qui eſt verus cōſolator, murmur credentium in eccleſia primitiua fuit quietatus. Nam per eius inſpirationem. vij. diacones fuerunt ordinati & cōſtituti ad opus miniſterij quotidiani, qui pacificè negotium tractauerunt. Moraliter autem clamor populi murum Ieruſalem ędificare cupientis, ſed per potentiores eiuſdem populi in temporalibus grauabantur, & ſic in opere murorum impediebantur: ſignificatur afflictio religioſorum pauperum in ędificio ſpirituali eccleſiæ laborare deſiderantium: ſed ab aliquibus potentibus temporaliter affliguntur, & ſic ab ędificationis opere impediuntur. Et vtinam veniat Nehemias, i. conſolator miſſus à rege cæleſti, qui tale remedium apponat, q̄ dicti religioſi quietè valeant viuere, & in opere muri virtutum efficacius laborare.

Moraliter

Allegorice

## NIC. DE LY.
### CAP. V.

ET fa.eſt. Hîc ponit̄ ſcd'm impedimentũ p̄ueniēs ex vſuris, qbus diuites in pp̄lo Iudęorũ grauabāt inopes. & ideo primò deſcribit̄ afflictio pp̄li ex egeſtate. ſcd'ò rep̄hēſio diuitũ ex ipietatè, ibi: Et irat⁹ ſum nimis. tertiò facta remiſsio ex cōi charitate, ibi: Et ego & fratres mei. quartò larga Nehemię expenſio in hoſpitalitate, ibi: A die aũt illa. Circa primum dr̄: c ¶ Et fa.eſt c. notabiliter grauati à diuitib⁹, qa egeſtate cōpulſi acceperāt ab eis ad vſurā, & aliquos de liberis ſuis eis vēdiderāt, & adhuc de reſiduis ſilr̄ facere volebāt, ſaltē aliq. iō ſubdit̄: d ¶ Et er. q. ſ. aliq de popularib⁹. Fi.no. e ¶ Et er. q di. Hęc eſt ſcd'a q̄rela. f ¶ Agr.no. & c.op. ſ. vēditiōi vl' ipignoratiōi. g ¶ Et al. hęc ē tertia q̄rela. h ¶ Mu.ſu.pe.i. ad vſurā. i ¶ Demusq; ag.no. vendēdo

Diuiſio

a ℂInſu.ex. Huic ſnīę terribilis clauſula imponit. Quicũq; eñ pau-
A pibus miſericordiã nõ impẽdit, vel ab eis q̃ nõ habẽt velut iuſtè exi-
git, de domo ſua excutit .i. de cœtu eccleſię, in qua putabat ſe ꝑpetuò
manere, & de laborib⁹.ſ. in fructib⁹ bo-
norũ operũ, in qb⁹ ſe laudabiliter labo-
raſſe putabat: nil prorſus laboris reci-
piet. labores eñ ſine pietate non pñt a-
pud deũ fructuoſi eſſe. b ℂEt di.vn.
Quãtũ Nehemię obiurgatio vel ĩpca-
tio corda oĩm mouerit, oñdit. audita
eñ cõteſtatione rñdentes, amen. & deũ
collaudãtes, fecerũt quę iuſſerat. In quo
patet: qa non timore, ſed amore dicta
ei⁹ ſuſceperũt. c ℂPer ann. Be. Hoc
exponit Apl's dicens: qa ſtatuit dñs eos
q̃ euãgelium annũtiant, de euãgelio vi-
uere: ego autẽ nullo horum vſus ſum.
Duodecim autẽ annis Nehemias cum
fratrib⁹ ſuis ita in ducatu viuebant, vt
annonas q̃ ducibus debebant, nõ come-
derẽt. inſinuãs euãgelicum opus eſſe in
regimine plebis, opus rectoris notabi-
liter circa eccleſiã exercere, & à ſubditis
commodum terrenum non quærere.

Relinqua-us q̃ſo v-rà hanc

Cor.9.c.

orã meã vel veſti-tũ meũ)

## GLOS.OR.

CAP. VI.

FActũ eſt. Sequit: d ℂVeni & p. Bed. Hoſtes ſanctę ci-
uitatis pſuadebãt Nehemiæ
in campeſtria deſcẽdere & fœdus pacis
ſecũ inire, mactatis ſil' vitulis in teſtimo-
niũ cõpacti fœderis. ſed ille ne op⁹ reli-
gioſum negligat ĩ mõtanis perſeuerat.
Sic & hęretici & catholici falſi volunt
cũ veris catholicis pacis conſortiũ ha-
bere, nõ vt ipſi ad arcem catholicę fidei
& opationis aſcẽdant: ſed vt eos poti⁹
quos in culmine virtutũ cõmorãtes a-
B ſpiciunt, ad infima operũ vel prauorũ
dogmatũ deſcendere cogant. Bene au-
tẽ in cãpo vno volũt cũ Nehemia pa-
ctum inire: quia in eadẽ libertate latio-
ris vię quã ſequuntur oẽs conſequẽter
reſolui deſiderant. Bene idẽ pactũ cum
eo in vitulis pariter mactatis volunt in-
ire: quia falſi fratres orationis ſuæ vel
actionis deo hoſtias vnâ cum veris ca-
tholicis geſtiunt offerre, vt veri fideles
crediti, per victimã cõmunionis veros
catholicos corrũpere poſſint. Sed Ne-
hemias perſonam fideliũ doctorum te-
nẽs, nec ad prophanos deſcendere, nec
eorũ hoſtijs inquinari conſentit, ſed in
ceptis virtutũ operibus deuot⁹ pſiſtit:
& quò acrius terrere nitunt, eò magis
bene operando ipſis terribilis efficitur.
vnde in ſequẽtib⁹ dicitur: Omnes autẽ
hi terrę. no. & cæ. Similiter ergo nos in
ſpirituali ſtructura: quia verſut⁹ hoſtis
ſemꝑ man⁹ nr̃as tentat impedire, cure-
m⁹ eas ſemꝑ diuino auxilio cõfortare.

ſnati ſunt -pulo.

Et ingreſſus

ℂEt ego & fra. Hîc conſequẽter po-
nit remiſſio facta pauperib⁹ ex cõi cha-
ritate. & incipit Nehemias à ſeipſo di-
cens: Et ego & fratres mei. Et ſeq-
tur: b ℂNon repe. in cõe iſtud .i.
cõiter conſentiamus vt iſta nõ repetan-
tur. c ℂReddite eis hodie agr.
vẽditos vel impignoratos. d ℂQuin
po. & cen. pe. fru. vt ſolueretur regi
pro tributo terrę. e ℂDate pro il. qa
ſunt ita pauperes, ꝙ non habent vnde
ſoluant. ſoli enim ſacerdotes & mini-
ſtri erant immunes ab hoc tributo, vt
habetur .ſ. Eſdrę. vij. f ℂEt vocaui
ſacer. quia erant gubernatores populi
à tẽ-

cis noſtris? Et ego & fratres mei & pueri a
mei commodauimus plurimis pecuni-
am & frumentum. †Non repetamus in b
commune iſtud. Æs alienum conceda-
mus, quod debetur nobis. Reddite * eis c
hodie agros ſuos, & uineas ſuas, & oliue-
ta ſua, & domos ſuas. Quin poti⁹ & cen- d
teſimam pecuniæ, frumenti, uini, & olei,
quã exigere ſoletis ab eis, date pro illis. e
Et dixerunt: Reddemus, & nihil ab eis
quæremus: ſicq; faciemus, ut loqueris. Et f
uocaui ſacerdotes, & adiuraui eos, ut fa-
a cerent iuxta quod dixeram. Inſuper ex- g
cuſſi † ſinum meum, & dixi: Sic excutiat
deus omnem uirum qui non compleue-
rit uerbum iſtud de domo ſua & de labo-
ribus ſuis. Sic excutiatur, & uacuus fiat.
b Et dixit uniuerſa multitudo, Amen. Et
laudauerunt deum. Fecit ergo populus
ſicut erat dictum. A die autem illa qua h
præceperat rex mihi, ut eſſem dux in ter-
ra Iuda, ab anno uiceſimo uſque ad an-
nũ triceſimũſecundũ Artaxerxis regis,
c per annos duodecim, ego & fratres mei i
annonas quæ ducibus debebantur, non k l
comedimus. Duces autem primi qui fue- m
rant ante me, grauauerunt populum: &
acceperũt ab eis in pane, uino, & pecunia
quotidie ſiclos quadragĩta. Sed & mini-
ſtri eorum † depreſſerãt populum. Ego
autem nõ feci ita propter timorem dei.
Quin potius in opere muri ædificaui, & n
agrum non emi, & omnes pueri mei
congregati ad opus erant. Iudæi quoq; o
& magiſtratus, centum quinquaginta ui-
ri, & qui ueniebant ad nos de gentibus p
quæ in circumitu noſtro ſunt, in menſa q
mea erant. Parabatur autem mihi per di-
es ſingulos bos unus, arietes ſex electi,
exceptis uolatilibus, & † inter dies decem r
uina diuerſa, & alia multa tribuebam. In s
ſuper & annonas ducatus mei non quæ-
ſiui. Valde enim erat attenuatus popu- t
lus. Memento mei deus meus in bo-
num, ſecundum omnia quæ feci populo v
huic.

## Cap. VI.

FActum eſt autẽ, cùm x
audiſſet Sanaballat, &
Tobias, & Goſſem
Arabs, & cæteri inimi-
ci noſtri, quòd ędificaſ-
ſem ego murũ, & non
eſſet in ipſo reſidua interruptio (uſq; ad
tp̃s autẽ illud ualuas nõ poſuerã in por-
tis) miſerũt Sanaballat, & Tobias, & Goſ- y z
a ſẽ Arabs ad me, dicẽtes: Veni & pcutia-

à tempore reditus captiuitatis Babylonicę, vt dictũ fuit .ſ. in prin- C
cipio Eſdrę: vt ſic verbum iſtud eſſet firmum. g ℂInſuper exc.
ſi meum. Sicut enim prophetæ aliquando vtebantur ſenſibilibus
ſignis, vt prophetiæ eorum eſſent ma-
gis notæ, ſicut Eſaias fuit nudus & diſ-
calceatus, vt habetur Eſa. xx. c. & Iere-
mias poſuit catenas ligneas in collo
ſuo, Iere. xxviij. c. in ſignũ ꝙ populus
Iſrael ſic duceretur in captiuitatem. ſic
Nehemias excuſsit ſinũ ſuũ, orando ꝙ
ſic euacuaret bonis ſuis, & eijceretur de
cõitate populi quicunq; nõ cõſentiret
verbo & facto in huiuſmodi remiſſio-
ne. h ℂA die au. Hîc conſequenter
deſcribitur Nehemię expenſio in ho-
ſpitalitate, quia ne popul⁹ grauaretur,
multa dimiſit ab eo petere quę ſibi tã-
q̃ duci debebant. & illos qui ex ꝑte re-
gis veniebant recipiebat, & ſuſtẽtabat
de ꝓprio ſuo, qui à cõmunitate ꝓpr̃ſi de-
bebant ſuſtentari. & hoc eſt qd' dicit:
i ℂPer an. d. quibus ſupple fuit dux
miſſus à rege Artaxerxe. k ℂAnno.
i. victum. l ℂQuæ du. de. à populo
Iudęorum ratione officij. m ℂNon
co. imò talia quietaui, ne populus ni-
mis grauaretur, ſicut fuerat tempore a-
liorum ducum. n ℂQuin po. in o.
mu. etiam manu propria, licet eſſem
in ſtatu ducis, vt per hoc populus inci-
taretur ad operandum. & hęc eſt for-
ma boni paſtoris, vt det alijs exemplũ
boni operis. o ℂIud. q. & ma. cen.
quin .i. aliqui de Iudæis, quibus de- D
bebantur expenſę à populo ratione cõ-
munis ſtatus vel officij, & ſimiliter Gẽ-
tiles qui erant ad cuſtodiam terrę, qui-
bus populus debebat de expẽſis proui-
dere, quorũ numerus aſcẽdebat ad cen-
tum quinquaginta viros. p ℂEt qui
ve. ad .ſ. à Samaritanis, Philiſthęis, &
alijs gentibus quæ erant in circũitu Ie-
ruſalem pro aliquib⁹ negotijs. q ℂIn
men. mea. ne populus grauaretur de
expenſis eorum. r ℂEt in. di. de. vi.
tantũm enim expendebatur in domo
eius de vino, ꝙ in decẽ diebus euacua-
bantur aliqua dolia, & oportebat acci-
pere alia. s ℂEt alia. mul. quę popu-
lus communis debebat ſoluere, ad eius
ſubleuationem. t ℂMement. mei
de⁹ me⁹ in bonũ. gratiæ & gloriæ.
v ℂSecundum om. q̃ fe. po. hu.
ꝓpter amorẽ tuũ & charitatẽ fraternã.

* quæſo

## NIC. DE LY.

CAP. VI.

FActũ eſt. Hîc ponit tertiũ
impedimentũ ꝓueniẽs cir-
ca pſonã Nehemię, qua im-
pedita ipediret tot⁹ ppl's ꝑ
cõſequẽs ab ope. & priò ponit impe-
dimẽtũ ſibi ꝓueniẽs ex parte Gẽtiliũ.
ſcd'ò ex ꝑte Iudæorũ, ibi: Et ingreſſus
ſum. Prima in duas, qa primò ponit i-
pedimentũ ſimulationis. ſcd'ò cõmina-
tionis, ibi: Et miſit ad me. Primũ aũt i-
pedimẽtum qd' quęrebãt Gẽtiles, erat
ꝙ ſimulabãt ſe velle facere confœdera-
tionem cũ Nehemia, & ſub hoc pręte-
xtu educere eũ de ciuitate, & ſic eũ ꝓdi-
toriè occidere, vt ſic alij Iudæi ceſſarẽt
ab ope. & hoc eſt quod dicit: y ℂMiſ-
ſe. Sa. & To. & Go. Ar. & c. ve. ſ.
extra ciuita-

† in omni-bus vinũ in abũdantia, quantũ ſat fuiſſet p de-cem dies, LXX, & i-ter duode-cim dies in oib⁹ vinũ i multitudi-ne.

Moraliter. ℂFactum eſt autem
cum audiſſet Sanabal. Sequitur:
z ℂVe. & p. Per iſtos q Nehemiã &
* ſocios eius

a ℭEt ingreſſus.Pulſat⁹ inſidiis hoſtium Nehemias domum Sa
mariæ quaſi amici,& fratris ingreditur: ſed ipſum inſidiatorem &
h oſtem inuenit,tanquam externorū donis & amicitia corruptum.
Semper enim electi habent foris pugnas,intus timores:nec ſolū a-
res ſemini ei⁹. Et impleſti uerba tua qm̃ q
iuſtus es. †Et uidiſti afflictionẽ patrum r
noſtrorum in Ægypto, clamorẽq; eo- s
rum audiſti ſuper mare rubrũ, & dediſti t
ſigna & portẽta in Pharaone, & in uni- v
uerſis ſeruis eius, & in omni populo ter
rę illius. Cognouiſti eñ quia ſupbè ege- x
rant contra eos, & feciſti tibi nomen, ſi-
cut & in hac die, & mare diuiſiſti ante
eos, & trãſierunt per mediũ maris in ſic-
co. †Perſecutores aũt eorum proieciſti
in profundũ, quaſi lapidẽ in aquas uali-
das, †& in columna nubis ductor eorũ y
fuiſti per diẽ, & in colũna ignis per no-
ctem, ut appareret eis uia per quã †ingre
diebantur. †Ad montẽ quoq; Sinai de- z
ſcẽdiſti, & locutus es cũ eis de cęlo, & de a b
diſti eis iudicia recta, & legẽ ueritatis, ce c d
remonias & pręcepta bona. Et ſabba- e
thum ſanctificatũ tuum oſtẽdiſti eis, &
mandata & †ceremonias, & legẽ pręce-
piſti eis in manu Moyſi ſerui tui. Panẽ f
quoq; de cęlo dediſti eis in fame eorũ, & g
aquã de petra eduxiſti eis ſitientibus. Et h
dixiſti eis, ut ingrederentur & poſſide-
rent terrã, ſuper quã leuaſti manum tuã, i
ut traderes eis. Ipſi uerò & patres noſtri k
ſuperbè egerunt, & indurauerunt cer- l m
uices ſuas, & non audierunt mandata
tua, & noluerũt audire, & nõ ſunt recor n
dati mirabiliũ tuorũ, quę feceras eis. Et
indurauerũt ceruices ſuas, & dederũt ca
put ut conuerteretur ad ſeruitutẽ ſuam
†quaſi p cõtentionẽ. Tu aũt deus propi o
tius, clemẽs, & miſericors, longanimis,
& multę miſerationis, non dereliquiſti
eos. Et quidẽ cùm feciſſent ſibi uitulum p
cõflatilẽ, & dixiſſent: †Iſte eſt deus tuus,
qui eduxit te de Ægypto, fecerũtq; blaſ- q
phemias magnas. Tu aũt in miſericor-
diis tuis multis nõ dimiſiſti eos in deſer r
to. †Columna nubis non receſsit ab eis s
per diem, ut duceret eos in uiam, & co-
lumna ignis per noctẽ, ut oſtẽderet eis
iter, per quod ingrederentur. Et ſpiritũ

a Et dixit Eſd. Vſq; ad finem ora E tionis vel cõfeſsionis eius, qđ ſuprà dictũ eſt; quia confitebant̃ peccata ſua, & peccata patrũ ſuorum, plenius Eſdra de p̃cante qualiter factum ſit, oſtenditur.

## Nicolaus de Lyra.

a Surgite, bene. do. deo noſtro. corde & ore. b Et benedi. Hîc cõſequenter ponit̃ laudis diuinę cõfeſsio, & ſcđò diuinę miſericordię imploratio, ibi: Nũc itaq; dñe. Circa primum (Diuiſio) ponit̃ dicta cõfeſsio Leuitis p̃cinẽtibus, (†Gen.11.d.) & alijs audientibus, & tacitè deũ laudan (Ibidẽ.17.a.) tibus. in qua quidem cõfeſsione primò (Ibidẽ.15.d.) cognoſcitur diuinũ bñficiũ: qđ eſt generale reſpectu omniũ, & ſecũdò multiplex bñficiũ ſpeciale collatũ populo Iſrael, ibi: Tu ip̃e dñe. Primũ bñficiũ duplex eſt; Vnũ eſt creationis, qđ notat̃ cũ dicitur: d Tu ipſe do. ſo. ſ. es creator: pręmittitur tñ in aliquibus libris. c Et (†Exo.3.g.) di. Eſd. ſed non eſt in Hebræo, nec eſt de textu, quia non eſt verbũ ſolius Eſdrę, ſed etiam aliorũ cõfitentiũ deũ creatorẽ oĩm cæleſtiũ & terreſtriũ. ideo ſubditur: e Tu fe. cæ. ſ. ſydereũ. f Et cę. cæ. i. cælum empyreum qđ eſt ſupremum. g Et om. exer. eo. i. ſtellas & luminaria, quæ dicunt̃ exercitus cæli ſyderei, & angelos qui ſunt exercitus cęli empy- (†Exo.14.g.) rei. h Terram. q̃ eſt infimum elemẽtum, & p hoc intelligitur creatio corporũ mediorũ inter terrã & cælũ. Secũdũ bñficiũ eſt gubernationis, qđ notat̃ cũ dicitur: i Et tu viui. om. hæc. (†Exo.13.d.) quia omnes creaturę p diuinam guber- (F) nationem ad actus ſuos mouentur, qui motus etiam in creaturis inanimatis dicitur q̃dã vita, vt habet̃. viij. Phyſicorũ. (†Exo.19.a.) k Et exer. cæli te ado. Quia angeli qui ſunt exercitus cæli empyrei adorant deũ adoratione propriè dicta. Silr exercitus cæli ſyderei. i. ſtellę & luiaria eũ adorant adoratione largè dicta, inq̃tũ in eorum illuminationibus relucet dei (†ſtatuta) bonitas & ſapientia: & ex hoc mouentur creaturę rationales ad adorandum eum adoratione propriè dicta. Ex hoc autem loco ſurrexit quidã error Iudæorum, dicentium deũ eſſe corporeũ & eſ (Error Iudaicus) ſe in loco determinato. ſ. in occidente, eò q ſtellæ mouẽtur ab oriente verſus occidentem. q. adorando deum ibidem exiſtentem. Sed hæc rõ friuola eſt, quia eadẽ rõne diceretur eſſe in oriente, quia ſtellæ mouentur ab occidente in orientẽ in hemiſpherio nobis oppoſito. Et etiã dictus error manifeſtè cõtra dictũ Iere. xxiij. d. Cælũ & terrã ego impleo, dicit domin⁹. dictũ tñ hoc ita eſt abſurdum, q non indiget alia improbatione. iõ breuiter pertranſeo. l Tu ipſe do. Hîc (†cũ rebellione) conſequenter ponitur confeſsio multiplicis bñficij filijs Iſrael ſpecialiter collati. & exprimendo beneficiorũ multitudinẽ & magnitudinẽ, iterponit populi ingratitudinẽ, vt oppoſita iuxta ſe poſita magis elucefcant: vt magis apparebit proſequendo. Primò ergo ponitur beneficiũ (Diuiſio) electionis, quo deus populum Iſrael ſibi tanq; peculiarem elegit in Abraham, (Exo.13.d.) cũ dicitur: Tu ipſe do. q ele. &c. Sic enim vocabatur, qñ dñs ipſum elegit & vocauit, vt habetur Geñ. xij. m Et edu. eum de igne Chal. quia ſecũdũ Hebræos proiectus fuit in ignẽ de pręcepto Nemroth, p̃pter fidẽ vni⁹ veri dei, & inde diuinit⁹ ſaluat⁹, prout dictũ fuit (G) pleni⁹ Ge. xi. n Et po. no. e. Abra. i. patrẽ multitudinis fideliũ, ſicut habet̃ Ge. xvij. o Et inue. cor e. fi. qa pro amore tuo paratus fuit etiã filiũ ſuũ dilectiſsimũ immolare, vt hr̃ Ge. xxij. p Et pcu. cum eo fœdus &c. vt habet̃ Gene. xv. Et imple. ver. Hîc cõſequenter exprimit̃ bñficiũ liberationis Iſrael de AEgypto, cũ dr̃: Et imple. ver. qa tpe famis fecit populũ Iſrael deſcendere in AEgyptũ, vt habetur Gene. xlvj. vt ibidem ad tempus ſaluaret̃ per ipſum Ioſeph. r Et vidi. affli. pa. quia mortuo Ioſeph populus Iſrael fuit ibi multipliciter afflictus, vt habetur Exo. j. & capitulis ſequẽtibus vſq; ad. xij. s Clamo. eo. audi. ſu. ma. ru. AEgyptios ſubmergens & filios Iſrael ſaluans, vt habetur Exo. xiiij. t Et dedi. ſigna. mare diuidendo. v Et portẽ. Pharaonẽ & eius exercitum ſubmergendo. x Cognoui. enim &c. iniuſtè filios Iſrael opprimendo. y Et in colum. nub. du. eo. vt hab̃ Exo. xiiij. z Ad montem quoq; Sinai. Hîc cõſequenter deſcribit̃ bñficiũ dationis legis, cũ dicit̃: Ad mon. &c. in ſigno viſibili. Exo. xix. a Et locu. es cum e. &c. Exo. xx. b Et dedi. eis iudi. re. q̃tũ ad p̃cepta iudicialia. c Et legem ve. q̃tũ ad moralia. d Ceremonias. q̃tũ ad ceremonialia. e Et præcepta. q̃tũ ad cætera mandata quæ ad p̃dicta reducuntur. f Panem quoq; de cælo dediſti eis. Hîc cõſequenter ponitur beneficiũ nutritionis in deſerto, qa dedit eis manna de cęlo, vt habetur Exo. xvj. g Et aquam de pe. eduxiſti &c. vt habetur Exodi. xvij. & Nu- (H) me. xx. Et dixiſti eis vt ingrede- (†ingrederẽtur) rentur & poſsi. terram. vt habetur Nume. xiij. i Super quam leuaſti manum tuam. iurando Abrahæ, quòd ſemẽ eius poſsideret illam terram, Gene. xxij. capitu. vbi dicitur: Per memetipſum iuraui dicit dominus &c. k Ipſi vero. Hîc interponitur populi Iſrael ingratitudo de beneficijs acceptis, cũ dicitur: l Superbe egerunt &c. mandata dei tranſgrediendo. m Et indura. ceruices ſuas &c. per obſtinationem in peccato. n Et non ſunt recordati mira. tuorum quę fece. AEgyptum multipliciter percutiendo, & filios Iſrael mirabiliter liberando, vt patet in diuiſione rubri maris, & in pluribus alijs: & tamen frequenter inſurgebant ad murmurandũ cõtra Moyſen & deum, ſicut patet Exodi. xiiij. & xvj. & in multis alijs locis. o Tu autem deus propitius & clemens &c. ex tua bonitate eos ſupportaſti, cũ tamen eſſent exterminatione digni, ſpecialiter propter hoc qđ ſubditur: p Et quidem cum feciſſent ſibi vitulum &c. vt habetur Exodi. xxxij. q Feceruntq; blaſphemias magnas. vitulum deum nominando, & ei tanquã deo immolando, (†Exo.32.a.) & ſic blaſphemauerunt verbo & facto. r Non di. eos in deſerto. &c. Abſq; tua benigna protectione & gubernatione. ideo ſubditur: s Columna nubis non receſsit ab eis. p̃pter dictas blaſphemias, & de iſta colũna nubis & ignis vtrũ fuerit vna vel duplex, dictum fuit plenius Exodi. xiij.

Et manna

a ❧ ¶ Et man. tuum non pro. in
A gratos pane cæleſte paſcendo, vt habetur Exo. xvj. b ¶ Et aquam de. Exodi. xv. aquas dulcorãdo. Et. xvij. aquas de petra educẽdo. c. ¶ Veſt. &c. & pe. eo. nõ ſunt attriti. i. læſi vel laſſati ex itinere. Sciendum tñ ꝙ iſtud beneficium non poteſt intelligi de omnib⁹ generaliter: quia ſcribitur Nume. xj. a. Interea ortum eſt murmur populi quaſi dolentium pro labore. ſ. itineris. Propter quod dicendum, quòd ſicut manna erat cibus valde ſapidus bonis, ſecũdum quod dicitur Sapiẽ. xvj. c. Panem paratum dediſti eis, omne delectamentum in ſe habentem &c. & tamen erat inſipid⁹ malis, ſecundum quod dicebant Numeri. xj. b. Anima noſtra arida eſt, nihil aliud reſpiciunt oculi noſtri niſi man. Ita dicendum eſt hîc, quòd veſtimenta bonorum non ſunt vetuſtate conſumpta, nec pedes eorum ex itinere laſſati, ſed tantùm malorum. d ¶ Et poſſederunt terram. Hîc cõſequenter recolitur beneficiũ introductionis in terram bonam, & fertilem. Et primò quantùm ad terram quæ erat vltra Iordanem, in qua habitauerunt duę tribus & dimidia, cùm dicitur: Et poſſederunt terram &c. vt habetur Numeri. xxj. Secundò quantùm ad terram, citra Iordanem, quæ propriè dicitur terra promiſsionis, cùm dicitur: e ¶ Et adduxiſti eos ad terrã de qua dixeras patribus eorum. ſcilicet Abrahæ, Iſaac, & Iacob. f ¶ Et humiliaſti coram eis habi. terræ, immittẽdo eis tantum terrorem, quòd non poterant ſe defendere, vt habetur Ioſue. ij. b. g ¶ Et re
B ges eorum. ſcilicet triginta vnum, quos debellauit Ioſue, vt habetur Ioſue. xij. Cætera patent in litera. h ¶ Et comederunt. Hîc conſequenter interponitur ingratitudo populi Iſrael de beneficijs acceptis. Et comederunt & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt & abun. Et ſequitur: i ¶ Prouocauerunt autem te ad iracundiam. multipliciter te offendendo. k ¶ Et receſſerunt a te. per idololatriam. l ¶ Et prophetas tuos occiderunt. ſicut patet. iiij. Regum. in pluribus locis ſpecialiter. xxj. capitulo. vbi dicitur de Manaſſe, quòd ſanguinem innoxium fudit multum nimis. m ¶ Et dediſti eos in manu hoſtium ſuorum. Iſtud refertur ad tẽpus iudicum: quia poſt mortem Ioſue populo ad idololatriam declinante frequenter fuit traditus in manibus hoſtium, vt patet ex decurſu libri Iudicum. n ¶ Et in tempore tribu. ſuæ cla. ad te. afflictione eis intellectum dante. o ¶ Et ſe. miſerationes tu. quamuis eſſent indigni. p ¶ Dediſti eis ſaluatores. id eſt iudices, qui liberabant eos de manibus hoſtium, vt patet ex decurſu libri Iudicũ. Vnde dicitur Iudicum. ij. c. Cùmque dominus iudices ſuſcitaret in diebus eorũ, flectebatur miſericordia: & audiebat afflictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vaſtantium. q ¶ Cumque

† non timuerunt

a tuum bonũ dediſti qui doceret eos, & mã
b na tuum nõ prohibuiſti ab ore eorum, &
aquã dediſti eis in ſiti. † Quadraginta an-
nis pauiſti eos in deſerto, nihilꝗ eis defuit.
c Veſtimẽta eorũ nõ inueterauerũt, & pedes
eorũ non† ſunt attriti. Et dediſti eis regna,
d & populos, & partitus es eis ſortes. Et poſ
ſederũt terrã Sehon, & terrã regis Eſebon,
& terrã Og regis Baſan. Et multiplicaſti
e filios eorum ſicut ſtellas cæli, & adduxiſti
eos ad terrã de qua dixeras patribus eorũ,
ut ingrederentur & poſsiderẽt. Et uenerũt
f filij & poſſederũt terram. Et humiliaſti co
rã eis habitatores terrę, Chananęos, & de
g diſti eos in manu eorũ, & reges eorum, &
populos terræ, ut facerent eis ſicut place-
bat illis. Ceperunt itaꝗ urbes munitas, &
humũ pinguẽ: & poſſederunt domos ple-
nas cunctis bonis, ciſternas ab eis fabrica-
tas uineas, & olіueta, & ligna pomifera
h multa. Et comederũt, & ſaturati ſunt, & im
pinguati ſunt, & abundauerũt deliciis in
i bonitate tua magna. Prouocauerunt autẽ
k te ad iracundiã, & receſſerũt à te, & proie-
l cerunt legẽ tuã poſt terga ſua. Et prophe-
tas tuos occiderunt, qui cõteſtabãtur eos
ut reuerterentur ad te, feceruntꝗ† blaſ-
m phemias grãdes. Et dediſti eos in manum
n hoſtiũ ſuorũ, & afflixerunt eos. Et in tem-
pore tribulationis ſuę clamauerũt ad te, &
o tu de cęlo audiſti, & ſecundũ miſerationes
p tuas multas dediſti eis ſaluatores, qui ſalua
q rent eos de manu hoſtiũ ſuorũ. Cumꝗ re-
r quieuiſſent, reuerſi ſunt ut facerẽt malũ in
conſpectu tuo, & dereliquiſti eos in manu s t
inimicorũ ſuorũ, & poſſederunt eos. Con
uerſiꝗ ſunt & clamauerũt ad te. Tu aũt de
cęlo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericor v
diis tuis multis tpibus, & cõteſtatus es eos, x
ut reuerterẽtur ad legẽ tuã. Ipſi uerò ſupbè y
egerũt, & nõ audierũt mãdata tua, & in iu
diciis tuis peccauerũt, quę faciet homo &
uiuet in eis. Et dederũt humerũ recedentẽ, z
& ceruicẽ ſuam indurauerũt, nec audierũt.
Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & a b
conteſtatus es eos in ſpũ tuo per manum
prophetarũ tuorũ, & non audierũt, & tra- c d
didiſti eos in manũ populorũ terrarũ. In e
miſericordiis aũt tuis plurimis non feciſti
eos in cõſumptionẽ, nec dereliquiſti eos,
qm̃ deus miſerationũ, & clemẽs es tu. Nũc f
itaꝗ de⁹ noſter magne, fortis, & terribilis, g h
cuſtodiens pactũ, & miſericordiã, ne auer- i k
tas à facie tua omnẽ laborẽ q̃ inuenit nos, l m
reges noſtros, principes noſtros, & ſacer- n o
dotes noſtros, & prophetas noſtros, & pa
tres noſtros, & omnẽ populũ tuum à die- p
bus regis Aſſur uſꝗ ad diẽ hanc. Et tu iu-
ſtus es in omnibus quę uenerunt ſup nos,
quia ueritatẽ feciſti nobis; nos aũt impiè

que requie. ab afflictione hoſtium. C
r ¶ Reuerſi ſunt, vt facerent malum. mortuo iudice. s ¶ Et dereliquiſti eos in ma. inimicorum. ſcilicet donec liberarentur per alium iudicem ſuccedentem, ſicut patet ex decurſu libri Iudicum. t ¶ Cõuerſique ſunt & cla. ad te. tempore Samuelis. v ¶ Et liberaſti eos. de manibus Philiſthinorum Samuele pro eis orante, vt habetur. j. Regum. vij. capitulo. x ¶ Et conteſtatus es eos, vt reuer. ad legem tuam. per Samuelem, Dauid, & alios prophetas. y ¶ Ipſi vero ſuperbe egerunt, & non audierunt man. tua. quia regnũ Iſrael à tempore Ieroboam receſsit à cultu dei, colendo vitulos aureos, vt habetur. iij. Regum. xij. z ¶ Et dederunt humerum recedentem. quia poſt regnum Iſrael, regnũ Iuda declinauit ad idololatriam. a ¶ Et protraxiſti ſuper eos annos multos. differendo pœnæ inflictionem. b ¶ Et conteſtatus es eos. vt non excuſarent ſe per ignorantiam. c ¶ Et non audierunt. obſtinati per ſuam malitiam. d ¶ Et tradidiſti eos in manu populorum terrarum. quia regnum Iſrael fuit traditum in in manibus regum Aſſyriorum, ſcilicet Theglathphalnaſar & Salmanaſar, vt habetur. iiij. Regum. xvij. & xviij. & regnum Iuda in manu regis Babylonis, vt habetur. iiij. Reg. vl. e ¶ In miſericor. au. tuis. quia multi de regno Iudæ remanſerunt viui, quorũ aliqui fuerunt ducti in Babylonem, D & aliqui remanſerunt in terram Iuda ſub Godolia, vt habetur. iiij. Regum vlti. & quia illi qui erant in Babylone captiui à Cyro rege, habuerunt licentiam redeundi, vt habetur ſuprà j. Eſdræ. j. & à rege Artaxerxe Eſdrę vij. f ¶ Nunc itaque. Hîc vltimò ponitur diuinæ miſericordię imploratio, maximè quantùm ad illos qui redierant de captiuitate, cùm dicitur: Nunc itaque domine. per generalem omnium gubernationem. g ¶ Deus. per creationem. h ¶ Noſter. per cultum ſpiritualem. i ¶ Magne. per infinitatem. k ¶ Fortis. per omnipotentiam. l ¶ Et terribilis. per iuſtitiam. m ¶ Cuſtodiens pactum. per veritatem. n ¶ Et miſericordiam. per pietatem. o ¶ Ne auertas a facie tua omnem laborem qui inuenit no &c. vt pro labore concedas nobis quietem, & pro ſeruitute libertatem. p ¶ A diebus regis Aſſur vſque in diem hanc. Et tu iuſtus in omnibus quæ venerunt ſuper nos, quia veritatem feciſti nobis nos au. quia reges Aſſyriorum poſt captiuitatem decem tribuum cœperũt moleſtare regnum Iuda tempore, Sennacherib vt habetur. iiij. Regum. xviij. Et tandem captiuatum fuit regnum Iuda per Nabuchodonoſor regem Babylonis: cui⁹ captiuitatis adhuc remanebat effect⁹ ſeruitutis. vñ ſequit̃ poſtea;

† Deu. 29. a.

† conuitia

E

## CAP. X.

SVper omnibus ergo his. Oſtendit quanta deuotiōe omnes perſonæ eorū nouum poſt feſta ſcenophegiæ conuentum fecerint, vt. ſ. tota ſe intentione à ſcelerum contagiјs expurgatos diuino fœderi cōiungerent, & fœderis ſancti conditionem ſermone firmarēt & ſcripto: & ſic ab impiorum conſortio ſeparati, ſecuriores replerent opus, quod dudū cœperant, id eſt vt congruos vrbis ciues de numero impiorum inſtituerent. b ❡ Signatores. Alia translatio: Nehemias qui Atherſatha fert, erat enim dionymos'. vnde ſingulariter ſubiungitur filius Achelai, quod ſuperius apertius dicitur: Dixit autē Nehemias, & ipſe eſt Atherſatha. c ❡ Per diem ſabbathi. Bed. Nobis quoq; ſabbathum ſpirituale ſemper agendum eſt, ſemper à ſeruili opere, i. à peccato feriandum, ſemper vacandum, & videndum, quoniam dominus ipſe eſt deus: vt poſt tale ſabbathum liberati à peccatis conſcientiæ perueniamus ad ſabbathum futuræ gloriæ. Sed quęrunt populi terrę noſtrum prophanare ſabbathum, venalia inferendo in die ſanctificato: quoniam immūdi ſpiritus mūditiam cordis noſtri maculare nituntur, & ingerere illecebras vitiorum, accepto pretio noſtri cōſenſus, quo diem maximæ ſanctificationis inquinent, i. lucem piæ actionis vel cogitationis erroribus obnubilēt. Sed nos huiuſmodi mercatum clauſis muris noſtrę vrbis. i. cuſtodia vitæ perfectioris prorſus vitare debemus. ❡ Cuncta quæ in hoc capi. continentur, ad curam domus domini, & miniſtrorum, ac miniſteriorum eius pertinent. optimusq; ordo eſt religioſæ conuerſationis, & nobis ſpiritualiter imitandus. Primò enim ab inquinatione gentium ſe caſtigauerūt, deinde obſeruatione ſabbathi, quæ inter prima legis eminet, ſanctificati ſunt, & de cętero omnem curam agendi ad obſequium cultus diuini cōuertūt. Primō die à malis emundare neceſſe eſt, deinde bonis actib⁹ adornari.

† vel fructū

F

*Nicolaus de Lyra.*

a ❡ Ecce noſipſi. quia licet ſacerdotes eſſent à tributo liberi & miniſtri templi, vt habetur Eſdræ vij. non tamen alij. b ❡ Et fru. eius mul. quia de eis reddebatur certa ſumma regi. c ❡ Et corpo. no. domi. & iu. quia faciebat coruecias regi de perſonis ſuis & animalibus.

† ſtatuta

egimus. Reges noſtri, principes noſtri, ſacer-
dotes noſtri, & patres noſtri non fecerūt legē
tuam, & non attenderunt mādata tua, & te-
ſtimonia tua, quę teſtificatus es in eis. Et ipſi
in regnis ſuis bonis, & in bonitate tua multa
quam dederas eis, & in terra latiſsima & pin-
gui, quā tradideras in conſpectu eorum, non
ſeruierunt tibi, nec reuerſi ſunt à ſtudiis ſuis
peſsimis. Ecce noſipſi hodie ſerui ſumus, & a
terra quā dediſti patribus noſtris, ut comede
rent † panem eius, & quæ bona ſunt eius, &
noſipſi ſerui ſumus in ea. Et fruges eius mul b
tiplicantur regibus, quos poſuiſti ſuper nos
propter peccata noſtra, & corporib⁹ noſtris c
dominantur, & iumentis noſtris ſecundum
uoluntatem ſuam, & in tribulatione magna
ſumus.

## Cap. X.

a SVper oībus ergo his noſipſi d e
percutimus † fœdus, & ſcribi-
b mus, & ſignāt principes no- f g
ſtri, Leuitę noſtri, & ſacerdo-
tes noſtri. Signatores autem h
fuerunt Nehemias, Atherſatha, filius Ache- i
lai, & Sedechias, Saraias, Azarias, Ieremias,
Pheſſur, Amarias, Melchias, Hattus, Sebe-
nia, Melluch, Marem, Merimuth, Obdias,
Daniel, Genthō, Baruch, Moſollam, Abia,
Miamin, Mazia, Belga, Semeia: hi ſacerdo
tes. Porrò Leuitę, Ioſue filius Azarię, Benui,
de filiis Enadad, Cedmihel & fratres eorū, Se
chenia, Odeuia, Celita, Phalaia, Anā, Micha,
Roob, Aſebia, Zachur, Serebia, Sabania,
Odia, Bani, Baninu. Capita populi, Phe-
ros, Phetmoab, Ælā, Zethu, Bani, Bōni, Az
gad, Bebai, Adonai, Beggoai, Adin', Ater,
Ezechia, Azur, Odeuia, Aſum, Beſai, A-
reph, Anathot, Nebai, Mechphia, Moſollā,
Azir, Meſizabel, Sadoch, Ieddua, Phelthia,
Anā, Ania, Oſee, Anania, Aſub, Aloes, Pha
leā, Sobech, Reum, Aſebna, Madſia, Ethaia,
Hanan, Anan, Mellucharem, Baana, &
reliqui de populo. Sacerdotes, Leuitę, ianito k
res, & cantores, nathingi. Et oēs qui ſe ſepara-
uerunt de populis terrarū ad legem dei uxo-
res eorū filij eorū & filię eorum oēs qui pote
rant ſapere ſpondētes pro fratribus ſuis, opti
mates eorū, & qui ueniebāt ad pollicendū &
iurandū, ut ambularent in lege dñi quā dede- l
rat in manu Moyſi ſerui ſui, ut facerēt & cu- m
ſtodirēt uniuerſa mādata dñi dei noſtri, & iu n
dicia eius & † ceremonias eius, & ut non dare- o
mus filias noſtras populo terrę, & filias eorū
nō acciperem⁹ filiis noſtris. Populi quoq; ter
rę qui important uenalia. Et omnia ad uſum
c per diem ſabbathi ut uendant, non accipie- p
mus ab eis in ſabbatho & in die ſanctificato.
Et dimittemus annū ſeptimū. Et exactionē q r
uniuerſę manus. Et ſtatuemus ſuper nos prę- s
cepta, ut demus tertiam partem ſicli per an- t
num ad opus domus dei noſtri ad panes pro- v

*NIC. DE LY.*

## CAP. X.

SVper om. er. his. Hîc incipit capitulum ſecundum ſignationem Hieronymi & Hebræorū, vbi primō deſcribitur firma correctiōis, & promiſsio: circa quod modus promittendi prēmittitur. ſecundō declaratur quid promittitur, ibi: Sacerdotes. Circa primum dicitur: d ❡ Super om. er. ſ. peccatis p̄dictis ſimpl'r vitandis. e ❡ Noſipſi percu. i. nos ſimpliciter obligam⁹, & ſcribimus hanc obligationem ad maiorem certitudinem. f ❡ Et ſignant. ſcilicet hanc obligationem ſigillis ſuis. g ❡ Principes no. quia erant principales capitanei in populo, & in eis virtualiter conſiſtebat reliqua multitudo, propter qđ illa obligatio ſe extendebat ad oēs. h ❡ Signato. autem fuerunt Nehemias, Ather. quia fuit binomius, vt ſupradictum eſt ca. viij. & cum eo nominant̄ aliqui de principibus, & de Leuitis, & ſacerdotibus, qui erant principales in populo, & ideo ſignauerunt obligationē pro ſe & pro tota multitudine. k ❡ Sacerdotes. Hîc cōſequēter oſtendit̄ quid ſacerdotes & principales populi nomine ſuo & omniū aliorum promiſerunt domino: qa primō promiſerunt obſeruationē legis generaliter. ideo ſubditur: l ❡ Vt ambu. in le. Et ſequitur: m ❡ Et cuſto. vni. man. q̄ tūm ad moralia. n ❡ Et iudi. eius. quā tū ad prēcepta iudicialia. o ❡ Et cere. q̄ tūm ad ceremonialia. Et ſub iſtis tribus continentur oīa legis prēcepta, vt oſtenſum fuit Exo. ij. ca. Secūdō oſtēdit̄ quid ꝑmiſerunt ſpāliter. ſ. prēſeruationē à cōmiſtiōe cū Gentilibus, à qbus ſe ſeparauerūt, vt dictū eſt ſuprà. & hoc notat̄ cùm dicit̄: Et vt non da. fi. Secūdō promiſerūt in ſpeciali obſeruantiā ſabbathi, quod notat̄ cū dr̄: Populi quoq;. & ſubdit̄: p ❡ Non ac. ab eis in ſab. Hoc eſt in aliјs diebus feſtiuis, in quibus debebant ceſſare ab operibus ſeruilibus, vt in paſchate, pentecoſte, & conſimilibus. q ❡ Et dimit. an. ſine cultura & ſeminatione, & etiā ſine collectiōe: qa dñi cāporum non poterant habere ibi aliquid quaſi proprium, vt habetur Leuit. xxv. ſed illud quod ex decidētibus granis creſcebat de dono dei erat cōmune dominis, pauperib⁹, & beſtiјs. r ❡ Et exactionem vniuer. vt habetur Leuiti. xxv. qa ſeptimo anno debebant debita remittere pauperibus Iudæis; qui nō poterāt ſoluere, & ſeruos Hebrēos, vt habetur Deut. xv. Tertiò promiſerunt ſpāliter cultus debiti continuationem, quod notat̄ cùm dicit̄: s ❡ Et ſtatuemus ſuper nos prēcepta vt demus. ſ. ſinguli capitanei, ter. par. ſi. per. an. i. quolibet anno. t ❡ Ad opus do. Et quid ſit illud opus, oſtenditur cùm dicit̄: v ❡ Ad panes pro. q ponebantur noui quolibet ſabbatho. Et ad

G

H

† fidelitatē, vel firmitatem,

Moraliter. d ❡ Super omnibus ergo his. h ❡ Signatores au. ſ. ſcripturę dictę in fine p̄cedētis capituli. i ❡ Fuerunt Nehemias Atherſatha fili⁹ Achilai &c. Per hanc ſcripturā pōt lex euāgelica conuenienter ſignificari. hanc enim ſcripturam ſignauit ſpiritus ſanctus, primō ſua reuelatione di-

Moraliter

Cap. XI.

A HAbitauerunt autem. Beda. Nunc completa eſt diſpoſitio, quæ mox facta ciuitate inchoata erat, ſed vſq; ad hoc tempus terminari nequibat, nondum recenſito populo, vel expletis ſolennitatibus ſeptimi menſis, qui ſcilicet in ciuitate ſancta, qui in alijs habitarent. ¶ Myſticè autem principes ec-
Myſticè
cleſiæ, quantum culmine potentiæ plebem trãſcendunt, tantum debent vitę meritis trã ſcendere. Reliquę enim ciuitates Iſrael deuotam plebis conuerſationem ſignificant: Habitatio verò Ieroſolymorũ eorũ actus ſpecialiter ſignificat, qui iã ſuperato certamine vitiorũ, liberata mẽte viſioni supernę pacis appropinquãt. vñ: Diligit dñs portas Sion,
Pſal. 86. a.
ſup oĩa tabernacula Iacob. Vñ etiã cõſequẽter decima pars plebis in Ieruſalẽ habitationem ſortit̃, reliquę verò decẽ reſident in vrbib⁹ ſuis: qa perfectorũ eſt. i. eorũ q̃ pcepta decalogi ad integrũ in dilectiõe dei & proximi cuſtodiũt, cęleſtibus ſecretis mẽte pximare, & pacẽ ſummę beatitudinis inter turbines vitæ labentis imitari, cũ in illis qui gene
†determinata ãnuatim,
ralia dei mãdata ſeruãt, pateat ianua ad vitã æternã. Tales em̃ quaſi in ciuitatibus à dño ſibi traditis morant̃: qa in cuſtodia diuinę legis contra inſidias diaboli ſeſe muniũt. De his verò q̃ oĩno mũdo renũtiãt, & dñm ſequunt̃, & velut in arce Ieruſalẽ & pximi tẽplo & arce teſtamẽti inhabitãt: qa grãæ cõditoris ſublimius appropiant, bñdicit vniuerſus populus: quia nõ eis humanę prouidentiæ electione, ſed prouentu ſortis cõtigit habitatio ſanctę ciuitatis, ſicut & cęterarũ poſſeſſio ciuitatũ tpe Ioſue data eſt filijs Iſrael: quia & parua parui, & magna magni non ſui libertate vl̃ induſtria arbitrij, ſed occulti iudicis & largitoris munere percipiunt.

☞ Et in Ie.

## Nicolaus de Lyra.

B a ¶ Et ad ſa. ſem. i. iuge ſacrificiũ, qd̃ fiebat omni die mane, & veſpere. b ¶ Et in ho. ſem. in ſab. qa rõne ſolẽnitatis diei fiebãt ſacrificia ſpãlia. c ¶ In calen. i. in nouilunijs. d ¶ In ſo. lege ſtatutis. ſ. paſchate, pentecoſte, & ſimilibus. e ¶ Et in ſan. i. in dieb⁹ q̃ nõ erãt ſtatuti ex lege, ſed ex aliquo diuĩo bñficio poſtea facto, ſicut ſolẽnitas ſortiũ, quã Eſther & Mardochęus ſtatuerunt, vt hr̃ Eſther vlt. & qa ad cultũ tẽpli requirebat̃ ordo debitus miniſtrorũ, iõ ſubditur: f ¶ Sortes ergo mi. quibus nutriebatur ignis cõtinuè in altari holocauſtorũ, cui⁹ nutritio ptinebat ad ſacerdotũ officium, vt hr̃ Leui. vj. Apportatio lignorũ ad officiũ nathinęorũ, vt hr̃ Ioſue. ix. & ſolutio pertinebat ad pplm. iõ ſubditur: g ¶ Inter ſa. & Leui. ſub quibus intelliguntur nathinæi. h ¶ Et popu. ita q̃ p ſortes fuit ordinatũ, qualiter ſacerdotes p hebdomadas & dies nutrirent illũ ignẽ p vices ſibi ſuccedẽtes, & ſilr de officio Leuitarũ & nathinæorum, & eodẽ mõ de ſolutiõe p pplm. i ¶ Sicut ſcri. eſt in Le. Leuit. vj. k ¶ Et vt af. pri. Primogenita propriè dicebant̃ primò nata de animalibus & hoĩbus q̃ fuerunt deo obligata à tpe quo pcuſſit priogenita Aegyptiorũ. Primitiua aũt propriè dicebant̃ illa q̃ de aĩalibus & terrẽ naſcẽtib⁹ ſacerdotib⁹ debebant̃. ſ. l. pars: tñ magis deuoti addẽtes dabãt lx. min⁹ vò deuoti ſubtrahẽtes dabãt. xl. aliqñ tñ accipiunt̃ priogenita p primitiuis ſeu primitijs ſicut hĩc. l ¶ Primoge. ter. no. & ſil'r primitiua pro primogenitis, cũ ſubditur: m ¶ Et pri. fi. no. q̃ redimebant̃. v. ſiclis. n ¶ Et pe. no. de quibus primogenita aĩaliũ immolatitiorum immolabant̃ dño. Primogenita verò

mogenita verò animaliũ nõ imolatitiorũ redimebant̃, excepto pri- C
mogenito aſini, qd̃ mutabat̃ oue loco eius immolãda, & primogenito canis, qd̃ interficiebat̃, put dictũ fuit diffuſi⁹ Exo. xiij. o ¶ Afferre. ſa. ad ga. i. ad locũ vbi talia reponebant̃, p victu ſacerdotũ. p ¶ Et de pa. ter. no. i. fructuũ terrę noſtrę. q ¶ Leui. ad eorũ ſuſtentationẽ. tñ iſti Leuitę de iſtis decimis à pp'o receptis dabãt ptẽ decimã ſũmo ſacerdoti: iõ ſubdit̃. Et Le. offer. de. per. deci. r ¶ Et ibi. e. va. do. i. ad miniſteriũ tẽpli neceſſaria. s ¶ Et ſa. i. miniſtri debiti. t ¶ Et non dimit. ſine debito cultu.

poſitionis, & ad ſacrificium ſempiternum, & in holocauſtũ ſempiternum, in ſabbathis, in calendis, in ſolennitatibus, & in ſanctificatis, & pro peccato, ut exoretur pro Iſraël, & in omnem uſum domus dei noſtri. Sortes ergo miſimus ſuper oblationem lignorum, inter ſacerdotes, & Leuitas, & populum: ut inferrentur in domum dei noſtri per domos patrum noſtrorum, per tempora à †temporibus anni uſq; ad annum, ut arderent ſuper altare domini dei noſtri, ſicut ſcriptũ eſt in lege Moyſi. Et ut afferremus primogenita terræ noſtrę, & primitiua uniuerſi fructus omnis ligni, ab anno in annum, in domo domini, & primitiua filiorum noſtrorum, & pecorum noſtrorum, ſicut ſcriptum eſt in lege, & primitiua boum noſtrorum, & ouium noſtrarum, ut offerrentur in domo dei noſtri ſacerdotibus, qui miniſtrant in domo dei noſtri. Et primitias † ciborum noſtrorum, & libaminum noſtrorum, & poma omnis ligni, uindemiæ quoq; & olei, afferemus ſacerdotibus ad † gazophylacium dei noſtri, & decimã partem terræ noſtræ Leuitis. Ipſi Leuitę decimas accipiẽt ex omnibus ciuitatibus operum noſtrorum. Erit autem ſacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimę ſuę in domo dei noſtri, ad gazophylacium in domo theſauri. Ad gazophylaciũ enim deportabũt filij Iſraël, & filij Leui primitias frumenti, & uini, & olei. Et ibi erunt uaſa domini ſanctificata, & ſacerdotes, & cãtores, & ianitores, & miniſtri, & non dimittemus domum dei noſtri.

Cap. XI.

a HAbitauerunt autem principes populi in Ieruſalem.

...latiõe dictãdo. Scd'ò verò ſignauit eam Chriſt⁹ ĩ cordib⁹ ap'lorũ eã ſcribẽdo, ſicut Moraliter
fuerat pdictũ Iere. xxxj. e. Ecce dies veniũt, dicit dñs: & feriã domui Iſrael & domui Iuda fœdus nouũ, nõ ſcd'm pactũ qd̃ pepigi cũ pribus vr̃is. Ex quo patet q̃ loqt̃ de lege noua. Et ſeqt̃ ibidẽ: Dabo legẽ meã in viſcerib⁹ eorũ, & ĩ corde eorũ ſcribã eã &c. Tertiò ſignauerũt eã euãgeliſtę in volumĩe ſcribẽdo ad mẽoriã futurã. Quartò ſignauerũt eã apl'i alijq; diſcipuli p orbẽ pdicando & miraculis cõfirmãdo. Quitò ſignauerũt eã martyres p cõfeſſiõe actoris euãgelij cõſtãtiſſimè moriẽdo. Sextò ſignauerũt eã doctores ſacri, ipſam cõtra hęreticos defendẽdo. Septiò ſignauerũt eã & ſignãt religioſi pfitẽdo. Nã vltra alios fideles ĩ ſua pfeſſiõe pmittũt ſeruare euãgelica conſilia, ſaltem aliqua. Et ſic lex euangelica ſic ſeptiformiter ſignata, deſignat̃ Apo. v. dicit Io. Vidi in dextra ſedẽtis ſupra thronũ librũ ſcriptũ int⁹ & foris, & ſignatũ ſigillis ſeptem.

## NICO. DE LY.

Cap. XI. Diuiſio

HAbitaue. au. Poſtq̃ deſcripta eſt ciuitatis muratio, & muratę clauſio, hĩc cõſeqnter deſcribit̃ ei⁹ populatio. qa ciuitas magna erat reſpectu ppl'i ibi habitare volentis. iõ neceſſariũ fuit ordĩare q̃ habitarẽt in Ieruſalẽ, & q̃ in ciuitatib⁹ alijs. Circa qd̃ priò de- D
ſcribit̃ hęc ordĩatio in gñali, ſcd'ò magis in † paſtarum
ſpãli. ibi: De filijs Iuda. Circa primũ ſciẽdũ, noſtrarum,
q̃ Gẽtiles q̃ habitabãt circa Ieruſalẽ ĩuidia moti inferebãt habitatorib⁹ ei⁹ multas mo- † cubicula
leſtias, vt patet ex pcedẽtib⁹: & iõ pauci vo- dom⁹ & in
lebãt ibi remanere, ppter qd̃ oportuit de- frã,
hoc p ſortes ordĩare, & hoc in tribub⁹ Iuda, Bẽiamin, & Leui. de iſtis eĩ tribub⁹ tenebant̃ ibi aliq̃ habitare ad defenſionẽ ei⁹, ne ab hoſtib⁹ muri iterũ deſtruerent̃, qa ciuitas Ieruſalẽ erat ptim in ſorte Iudę, & ptim in ſorte Bẽiamin, vt dictũ fuit Ioſue. xv. & xviij. & qa tẽplũ erat ibi, cui debebat miniſtrare trib⁹ Leui. De iſtis ergo tribub⁹ fuerũt aliq̃ fortes & magnamini, q̃ ſpõte ſeobtulerũt ad habitãdũ ĩ Ieruſalẽ: & hoc eſt qd̃ dr̃: v ¶ Habitaue. au. prin. i. pricipales in fortitudine & magnanimitate. Qd̃ aũt ſubdit̃: Optimates abſq; ſorte in medio populi habitabãt. nõ eſt in Hebręo, nec eſt de textu, ſed p modũ gloſſæ fuit appoſitũ, & poſtea p impitiã ſcriptorũ textui inſertũ. Inter reliquas vò de trib⁹ tribub⁹ pdictis, q̃ nõ obtulerunt ſe ſponte ad habitãdũ in Ieruſalẽ ordinatũ fuit p ſortes, q̃ decima ps regni Iudę in Ieruſalẽ habitaret, nouẽ autẽ ptes in reliq̃s ciuitatib⁹. & hoc eſt quod dr̃:

Reliqua verò

Moral. v ¶ Habitaue. au. prin. po. Sicut patet ex prædictis: Gentiles in circumitu Iudææ habitantes valde dolebant de reedificatione Ieruſalem, quæ erat metropolis, & quærebant eius ſubuerſionem: non ſic autem erat de alijs Iudææ locis, propter quod periculoſius erat habitare in Ieruſalem

q̃ in alijs

a ❡Et in Ieruſalem. Beda. His verbis oſtenditur, ꝙ vniuerſus E Iſrael, id eſt decem tribus in vrbibus ſuis habitabāt, in quibus etiā ſacerdotes & Leuitæ decretam ſibi ex lege portionem tenebant. De tribu aūt Iuda & Beniamin, quoſcunqꝫ ſors elegit, habitabant in Ieruſalē ſimul, & de ſacerdotali & Leuitica tribu. Tribus eñ Beniamin ibi antiquitus manebat: Tribus aūt Iuda à tēporibus Dauid, cū ipſe etiā eā totius regni metropolim fecit, qbus etiā trib⁹ Leui addita eſt, ex quo illuc arca dei adducta & templū & altare conſtructum eſt. In ſequētib⁹ eñ huius libri inuenies, quia de his tantùm tribubus habitatores Ieruſalem cōputat: quorum omnium etiā ſummam accepit vel annectit, quorum expleto catalogo adiungit, in quibus vrbibus cætera pars earūdē decem tribuum habitauerit. Nā ſequitur: De filiis Iuda 'h a. in Ca. [Infrà co.] ❡Bed. Iudas interpretaī confitens vel cōfeſsio. Beniamin, filius dextræ Leui, additus vel aſſumptus. Quorū omnium tribus partim in Ieruſalem, partim in ſubiectis ciuitatibus à deo ſibi datis habitant: qa multi & diuerſi ſunt profectus fidelium, pro quibus & multę manſiones in cęlis. Alij generalia dei præcepta ſeruare cōtenti ſunt. Nō occidere, ſ. nō adulterari, non furtū facere, & huiuſmodi. [Exod. 20. b.] Alij nituņ apprehendere arcem perfectę vitę, ſed quiſqꝫ pro ſua vocatione gratiam ſui conditoris laudat & confitetur: & ſunt filij regni quod eſt in dextera dei, & ab illo aſſumūtur in vitam, cùm eorum qui ſunt in agro vn⁹ aſſumetur, & alter relinquetur. [Matt. 24. d.]

Reliqua uerò plebs miſit ſortem, ut tolleret unam partē de decem, qui habitaturi eſſent in Ieruſalem ciuitate ſancta: nouem uerò partes in ciuitatibus. a

a ❡Sublimem vitam electorum quam imitando ſequi non poſſumus, cōgaudendo & venerando noſtram facere debemus.

Benedixit autem populus omnibus uiris qui ſe ſponte obtulerant, ut habitarent in Ieruſalem. b Hi ſunt itaqꝫ principes prouinciæ qui habitauerunt in Ieruſalem, & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autem unuſquiſqꝫ in poſſeſsione ſua c in urbibus ſuis Iſraël, ſacerdotes, Leuitæ, d a nathinei, & filij ſeruorū Salomonis. Et in Ieruſalem habitauerunt de filiis Iuda, & de filiis Beniamin. De filiis Iuda Athaias filius e Aziam, filij Zacharię, filij Amarię, filij Saphatię, filij Malalehel. De filiis Phares, Iſmaaſia, filius Baruch, filius Coloza, filius Azia, fili⁹ Adaia, filius Ioarib, filius Zachariæ, filius Silonites. Omnes hi filij Phares, qui habitauerunt in Ieruſalem quadringenti ſexaginta † [Octo] nouē uiri fortes. Hi ſunt autē filij Beniamin: Sellum filius Moſollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Golaia, filius Maſia, filius Etheel, filius Iſaia. Et poſt eū Gabbai, Sellai, nongenti uigintiocto. Et † [Ioel] Iohel filius Zechri prępoſitus eorum, & Iudas filius Sēnua ſuper ciuitatem ſecundus. f Et de ſacerdotibus, Idaia filius Ioarib, Iachin, Saraia filius Helciæ, filius Moſollam, fili⁹ Sadoch, filius Meraioth, filius Achitob principes domus dei, & fratres eorum facientes opera templi octingenti uigintiduo. Et Adaia filius Ieroā filius Pheleia, filius Amſi, filius Zachariæ, filius Pheſſur, filius Melchiæ, & fratres eius principes patrum ducenti quadragintaduo, & Amaſſai filius Azrihel, filius Azi, filius Moſollamoth, filius Emmer, & fratres eorum potentes nimis centū uigintiocto. Et prępoſi g tus eorū Zabdihel filius † [Hagedolim] potentium. Et de h i Leuitis, Sebenia filius Aſob, filius Azaricā, filius Aſabia, filius Boni, & Sabathai, & Ioza k beth, ſup omnia opera quę erāt forinſecus in domo dei à principibus Leuitarum. Et Ma l m thania filius Micha, filius Zebedei, filius Aſaph princeps ad laudandū & ad confitendum in oratione, & Becbecias, ſecundus de fratribus eius, & Abda, filius Samuha, filius Galal, filius Idithun. Omnes Leuitæ in ciuitate ſancta ducenti octogintaquatuor. Et ianitores Accub, Telmon, & fratres eorum, qui cuſtodiebant oſtia centum ſeptuagintaduo. Et reliqui ex Iſraël ſacerdo n tes & Leuitæ in uniuerſis ciuitatibus Iuda, unuſquiſqꝫ in poſſeſsione ſua, & nathinæi

*Nicolaus de Lyra.*

a ❡Reliqua vero. Quod autem ſequitur: Decima pars populi eligatur, vt habitet in Ieruſalē: quia vrbs vacua erat, non eſt in Hebręo F ſed appoſitum fuit ꝑ modum gloſſę: & poſtea inſertum eſt textui, ſicut & de alio prædictum eſt. b ❡Benedixit autem. imprecando eis bona, eò quòd ſponte ſe offerebant periculis pro ciuitate ſācta. c ❡Habitauit autem vnuſ. quia illi qui erant de regno Iſrael, qui captiuatis alijs per Salmanaſar euaſerant, & tamen poſtea cum regno Iudæ captiuati fuerant per Nabuchodonoſor, & cum eis redierant de licentia Cyri, prout dictum fuit Eſdrę. j. nō ſunt coacti per ſortes habitare in Ieruſalem: ſed dimiſsi ſunt ire ad poſſeſsiones ſuas pro ſua volūtate: tum quia erant pauci: tum quia non ſic tenebanī ad cuſtodiam ciuitatis Ieruſalem, ſicut illi de tribubus prędictis, vt patet ex prædictis. d ❡Sacerdotes, Leui. Qui deſcenderūt de Gentilibus, vt dictum fuit ſuprà Eſdrę. ij. De omnibus iſtis illi qui nō erant neceſſarij pro miniſterio templi & cuſtodia ciuitatis, fuerunt dimiſsi in vrbibus alijs. e ❡De filiis Iuda. [Diuiſio] Hìc deſcribitur ordinatio prædicta magis in ſpeciali, & primò quantùm ad habitantes in Ieruſalem, ſecundò quantùm ad habitantes in alijs ciuitatibus, ibi: Et reliqui ex Iſrael. Circa primum ponuntur nomina principalium & ſumma omnium, tamen per partes, & primò quantùm ad illos de tribu Iuda, G cùm dicitur: De filiis Iuda Athaias filius Azia &c. Et patet litera. [Diuiſio] Secundò quantùm ad illos de tribu Beniamin, cùm dicitur: Hi ſunt autem filij Beniamin &c. Et patet litera vſque ibi: f ❡Sennua ſuper ciuitatem. ſcilicet ab illo qui erat principalis in ciuitate. Tertiò quātùm ad illos de tribu Leui, cùm dicitur: Et de ſacerdotibus Adaia filius Ioarib &c. Et patet litera vſqꝫ ibi: g ❡Et prępo. eo. i. principalis ſuper eos & ordinator. h ❡Zabdihel filius potentium. In Hebræo habetur, magnorum: quia erat de parentibus potentibus, & magnis. i ❡Et de Leuitis &c. ſimplicibus qui miniſtrabant ſacerdotibus Sebenia &c. Sequitur. k ❡Et Ioſabeth ſuper omnia opera quę erant. Quia de his quæ erant intra templum intromittebant ſe ſacerdotes. l ❡A principibus. fuit ſupple iſte Iozabeth ad prędicta deſtinatus. m ❡Et Mathania filius Micha &c. princeps ad laudandum & cōfitendum in oratione, & Bechecia ſecundus de fra. quia erat præceptor. n ❡Et reliqui ex Iſrael ſacerdotesī. Hìc deſcribiī prędicta ordinatio in ſpeciali, quantū ad habitantes extra Ieruſalem. Et patet litera vſque ibi: Qui habi

[Moraliter] ✻quàm in alijs ciuitatib⁹ & villis: & tamē magis neceſſarium erat, quòd eſſent ibi plures & fortiores habitatores qui poſſent eam defendere cōtra impugnatores. Ad habitandum autem ibi aliqui de populo ſponte ſe obtulerunt, & illi dicuntur in textu pricipes & optimates & de ipſis dicitur ibidem, ꝙ populus eis bene H dixit. Sed quoniam iſti non erant in numero ſufficiēti pro cuſtodia ciuitatis, iō de reliquo populo ꝑ ſortes fuit ordinatum, quòd decima pars in Ieruſalem habitaret. Igitur per Ieruſalem ſic impugnatam ſignificari poteſt quælibet eccleſia, vel ciuitas vel reſpublica iniuſtè impugnata. Illi verò qui ſponte ſe offerunt ad eius defenſionem, dicuntur principes, id eſt domini ſuarum paſsionum: quia timore periculi corporalis non retrahūtur à bono virtutis: nec per conſequens ſuperantur à paſsionibus alijs. quia ſicut dicit Auguſtinus non eſt conſentaneum rationi, vt qui metu non frangitur, cōcupiſcentia frangi dicatur. etiam optimates, id eſt optimi de populo. quia ſequuntur dictamen rationis rectæ, quæ vt dicit Philoſoph⁹, ſemper ad optima deprecatur. Illis etiam benedicit populus, quia benedicti ſunt à deo & hominibus. Per hoc autem quòd aliorum decima pars compulſa fuit per ſortes ad habitandum in Ieruſalem pro eius defenſione, oſtenditur, quòd pro defenſione eccleſiæ iuſta vel ciuitatis ſeu reipublicæ compellendi ſunt aliqui, ſi ſit neceſſe. quia tamen talis defenſio eſt opus virtutis: ideo ſignificatur per decimam partem, quæ ſignat perfectionem.

Cap. XII.

A Hi ſunt au. Beda. Hîc principe
ſacerdotū vnâ cū fratribus ſuis
i. minoribus ſacerdotibus & Le
uitis deſcribunt̃, q cū Zoroba-
bel & Ieſu filio Ioſedec de captiuitate Baby
lonica aſcenderunt: quibus explicatis adiun
gunt̃, & illi q extunc in principatū ſacerdo
tū ſibimet inuicē vſq; ad initiū regni Mace-
donum ſucceſſerunt. Sequitur enim: Ioſue
ge. Iedda verò q in his vltimus ponit̃, ſcri
bit Ioſephus tpe Alexādri magni principē
fuiſſe ſacerdotū, occurrētēq; ei cū fratribus
ſuis humiliter & honotificê ſuſceptū: quem
ipſe Iaddū noīat, & dicit eſſe patrem Onię
1. Mach. 10. ſacerdotis magni. de quo in libro Macha-
bęorū ſcribit̃. nō q hui⁹ cōditor libri Nehe
mias ad illa vſq; tpa viuere in carne potue-
rit: ſed qa infantiā ei⁹ nouit, q lōgo tpe poſt
mortē eius ad ſacerdotium peruenerit. Nā
†i. vitulis & infrà in fine hui⁹ libri filiorum Ioiada filij Heliab
mentio eſt, q vnus ex eis gener fuerit Sana-
ballat Honoritis, cui⁹ quidem generi no-
men tacetur. ſed quia Ioiada auus eſt Ieddæ
cōſtat generum de quo ſermo eſt patrē eiuſ
dem Ieddę aut patruū fuiſſe: ideóque illum
ſuperſtite adhuc Nehemia naſci potuiſſe.
In diebus

*Nicolaus de Lyra.*

a Qui habi. Non eſt nomē turris q̄
propinqua erat templo, vt dictū eſt. ſ. ca. iij.
ſed eſt nomē villę extra Ieruſalē. ſicut em̄ de
ſacerdotibus & Leuitis aliq habitabāt in Ie
ruſalem, & aliqui extrâ, ſic & de nathinæis.
b Et epi. in Ie. Azi in Hebræo hr̃: Et
præpoſitus Leuitarum &c. quia ſoli ſacer-
dotes erant pōtifices ſeu epī propriè loquē
do. habentes tñ ſuper ſe vnum tantùm ſum
mum pōtificem. & ideo q iſte Azzi dicitur
hîc eps Leuitarū, hoc eſt extēſo noīe inq̄tū
eis p̄erat tanq̄ præpoſitus. Epus ei dicit̃ ab
ἐπί epi, qđ eſt ſuprâ, & σκόπος ſcopos, inten
tio, quaſi alijs ſupraintēdēs. c De filiis
B Aſaph. p̄ceptū qppe regis. ſ. Dauid. d Su
per eos. qa ordinauerat cātores de filijs A
ſaph, vt hr̃. j. Parali. xxv. e Iuxta om.
ver. quia populus diſpoſuerat per ſortes, q
habitarent in Ieruſalē, & q extra. Rab. Sa. ex
ponit hoc de rege Dario, q ordinauerat, vt
dicit q neceſſaria adminiſtrarentur per ſin
gulos dies cantoribus de ſumptu ſuo. & p
quem deberet hoc fieri ſubiungitur, cùm di
citur: Et Phathaia filius Meſezebel, de
filiis Zara. id eſt Zaræ filij Iuda: quia ge
nuit Phares & Zaram de Thamar. Matth.
j. In ma. regis. id eſt ſecundum ordinatio
nem Darij regis. Iuxta om. ver. i. ſecundū
ordinē rē exhibēdā populo. ad hoc em̄ erat
ordinatus iſte Meſezebel, vt qcquid de ſum
ptu regis erat adminiſtrandū populo, per
manum eius fieret, & videtur melior iſta ex
poſitio. f Et in do. per. Hîc incipit ver
ſus ſcd'm Hebręos vbi ſic habetur: Et in vil
lis campeſtribus de filijs Iuda &c. Hîc cōſe-
quēter oſtēdit̃ q loca inhabitauerūt filij Iu-
da extra Ieruſalem. & patet litera vſque ibi:
g Et man. in Ber. Berſabèe autē eſt in
termino ſortis Iudę verſus auſtrū. vallis autē
†Ieſue Ennon in termino eiuſdē ſortis verſus aqui
lonem: & per hoc intelligit̃ q habitauerunt
in locis intermedijs. h Filii au. Ben. Hîc
agitur de locis extra Ieruſalē habitatis â fi-
lijs Beniamin, & patet litera vſq; ibi: i Et
Ono val. ſic noiata fuit, eò q â principio
manebāt ibi artifices. k Et de Leuitis
por. i. de tribu Leui aliqui manebant extra
Ieruſalē in vtraq; ſorte. ſ. in ſorte Iudę & in
ſorte Beniamin: quia non habebant ſortem
ſibi propriā aſsignatam.

qui habitabant in Ophel, & Siaha, a
& Gaſpha. De nathinæis, & epi- b
ſcopis Leuitarum in Ieruſalem,
Azzi filius Banni, filius Aſabiæ,
filius Mathaniæ, filius Michæ.
De filijs Aſaph cantores in mi- c
niſterio domus dei. Pręceptum
quippe regis ſuper eos erat, & †or d
do in cantoribus per dies ſingu-
los, & Phathaia filius Meſeze-
bel, de filiis Zara, filij Iuda in ma
nu regis, iuxta omne uerbum po e
puli, & in domibus per omnes re f
giones eorum. De filiis Iuda ha-
bitauerunt in Cariatharbe, & in
† filiabus eius, & in Dibon, & in
filiabus eius, & in Capſeel, & in
uiculis eius, & in Ieſue, & in Mo-
lada, & in Bethphaleth, & in A-
ſerſual, & in Berſabee, & in filia-
bus eius, & in Siceleg, & in Mo-
chona, & in filiabus eius, & in Rē
mon & in Sara, & in Ierimuth,
Zonoa, Odollā, & in uillis earū,
Lachis & regiōibus ei⁹, Azeca, &
in filiabus eius. Et manſerunt in g

a Quę eſt ad auſtralem plagam ſcilicet terminus tribus Iudæ. b Quę eſt ad aquilonem terminus Iudę iuxta Ieruſalē ad orientē.

Berſabee uſq; ad uallem Ennon.
Filij aūt Bēiamin Ageba Mech h
mas & Hai, & Bethel, & filiabus
eius, Anothot, Nob, Anana,
Aſor, Rama, Gethai, Madid, Se-
boī, Neballath, Lod, & Ono ual i

a Significat q in poſſeſsione filiorum Iuda & Beniamin Leuitæ ſortem extra decretū legis acceperunt

le artificum, & de Leuitis portio- k
nes Iudæ & Beniamin.

Cap. XII.

a Hi ſunt autē ſacer- l
dotes & Leuitæ,
qui aſcenderunt
cum Zorobabel
filio Salathiel, &
Ioſue, Saraia, Ie-
remias, Eſdras, Amaria, Mel- m
luch, Hattus, Sechenias, Reum,
Merimuth, Addo, Genthon, A-
bia, Miamin, Madia, Belga, Se-
meia, & Ioarib, & Idaia, Sellum:
Amoch Elceia, Adaia. Iſti princi
pes ſacerdotum & fratres eorum
in diebus Ioſue. Porrò Leuitę, n
†Ieſua, Bēnui, Cedmihel, Sarabia,
Iuda, Mathanias, ſuper hymnos
ipſi & fratres eorum, & Becbecia, o
atq; Ethāni, & fratres eorū unuſ-
b quiſq; in officio ſuo. Ioſue autem p q
genuit Ioacim, & Ioacim genuit r s
Eliaſib, & Eliaſib genuit Ioiada, & t
Ioiada genuit Ionathā, & Ionathā v

Cap. XII. C

Hi ſunt au. Poſtq̄; deſcripta eſt
ciuitatis Ieruſalē populatio
hîc cōſequenter & vltimò de ² Diuiſio
ſcribit̃ eiuſdē dedicatio. Circa
quā primò ponunt̃ q̄dā pręā
bula, ſcd'ò dedicatio ipſa, ibi: In dedicatiōe
aūt. tertiò q̄dā ad ipſam ſequentia, ibi: Receſ
ſerunt quoq;. Circa primum ſciendum, q † cōſtitutū
iſta dedicatio erat principaliter agenda per i. cibus con
ſacerdotes & Leuitas, & ideo deſcribit̃ hoc ſtitutus &
â principio redit⁹ captiuitatis Babylonicę, quotidian⁹
vſq; ad tpſ dedicationis & etiā vltrâ. & pri cantoribus
mò ponunt̃ illi q fuerunt tpe Ioſuę, qui cū
Zorobabel aſcēderūt de Babylone, cùm di
citur: m Ioſue Sa. Ie. Iſte Eſdras fuit ille,
qui ſcripſit librum Eſdrę, quia primò venit
Ieruſalem cū Zorobabel, ſed poſtea redijt
ad regem vt plures Iudęos ſecum adduce-
ret, & â rege ampliores gratias impetraret.
n Iſti principes ſacerdotum, & fra
tres eorum in debus Ioſue Porro Le
uitę, Ieſua, Bennui. i. principales, ideo ex
preſſè ſunt nominati. o Et fra. eorum.
Iſti erant minus principales ſacerdotes: ideo
ſub nomine cōi exprimunt̃. Et eodem mo-
do dicendum eſt de Leuitis & eorum fra-
tribus, qui fuerunt tempore Ioſue. de qui-
bus ſubditur: Porro Leuitæ Ieſua. ſubdi
tur; p Ioſue au. Hîc conſequenter
deſcribitur genealogia ſummorum pon-
tificū à Ioſue vſq; ad Iaddum, qui fuit ſum-
mus ſacerdos tempore Alexandri magni,
cùm dr̃: Ioſu e au. Iſte alibi nominat̃ Ieſus
filius Ioſedec, Ioſedec em̄ ſummus ſacerdos
ductus fuit in captiuitatem Babylonicam,
vt habetur. ij. Parali. capit. vlti. & Ieſus eius
filius poſt captiuitatē Babylonicam fuit pri
mus qui functus eſt ſummo ſacerdotio.
q Genuit Io. Iſte autem vocatur Elia-
chim Iudith. iiij. & ſub eo dicitur illa hiſto-
ria fuiſſe. r Et Ioa. ge. & iſte fuit ſummus
ſacerdos circa finem vitę ipſi⁹ Nehemię, vt D
habetur infrâ ſequenti capi. s Et Elia
ſib genuit. Hic vocatur Iudas à Ioſepho
Iudaicę antiquitatis. xj. libro. t Et Ioia
da genuit Ionathan. Hunc Ioſephus no
minat Iohannan ibidem. v Et Iona-
than genuit Ied. quem Ioſephus nomi-
nat Iaddum, vt ſuprà. De iſto dicit̃ Ioſeph⁹
quòd cùm Alexander iratus contra Ieruſa-
lem veniret ad deſtruēdam ipſam, eò quòd
Iaddus reſponderat ei per nuntios, quòd
viuente Dario non poterat frangere iura-
mentum quod habebat cùm ipo, dominus
ſibi in ſomnis apparuit dicens, quòd non
timeret, ſed portas aperiret & obuiaret Ale
xandro indutus ornamentis pontificali-
bus, & ſimiliter alij ſacerdotes in veſtibus
albis, quem cùm vidiſſet Alexander ve-
nientem ſibi obuiam, deſcendit de equo
faciens ſibi reuerentiam, & tunc principes
Alexandri mirati ſunt credentes men-
tem eius

Moraliter

Moraliter. l Hi ſunt autem ſa
cerdotes & Leuitæ qui aſcenderunt
cum Zorobabel filio Salathiel. Io-
ſue Saraia Ieremias &c. Genealogia
ſequentium non ponitur hîc niſi ratiōe de
dicationis muri Ieruſalem, quæ per ſacerdo
tes & Leuitas erat principaliter agenda. Et
quoniam dedicatio eſt applicatio ad diui-
na, ideo per hoc ſignificatur, quod homi-
nes laici per ſacerdotes & alios eccleſiæ mi
niſtros ad diuina ſunt applicandi per exem
pla ſanctę vitæ, & p verba ſanæ doctrinæ.
In dedica-

E a ❡In diebus &c. Beda Deſcripta eſt ſucceſsio principū ſacerdotum & Leuitarū,qui illo tēpore fuerūt,vt ſcire poſsimus,quia cōgregato in Ieruſalē ciuiū numero copioſo,ſacerdotū quoq; & Leuitarū cœtus fuerit egregius,qui ad miniſteriū tēpli & altaris ad cōſiſtendū & laudandū deū ad cuſtodiā eiuſdē tēpli & ciuitatis, & ad plebē erudiendā ſufficerent. Nec ſine myſterij ſacratioris intelligentia factū eſt,ꝙ reędificata ciuitas tantā ciuiū copiā in omni gradu & ordine meruit, quātā ꝑdidiſſe non legit. Sic enim ſępe eccleſia ex detrimentis maiora recipit incremēta,cū vno per incuriā lapſo in peccatū,plures exēplo eius territi ad perſiſtendū in caſtitate fidei cautiores fiunt. Sępe ijdē q peccauerūt maiores poſt actā pnīam bonorū operū fructus ferūt,ſępe ab hæreticis vaſtata eccleſia,poſtq; inſtātia doctorū catholicorū lucē veritatis recipit,plures ad cognoſcēdā, & tuendam , rationē veritatis filios ꝓcreauit. Nunq; eīm Athanaſius, Ambroſius,Hilarius,Auguſtinus,& cæteri tales,tot & tā magnificos tractatus conderēt, ſi non contra fidem rectam fuiſſet multifarius hęreticorū error obortus. Sed dū hęretici mendaciū teſtimonijs ſcripturarū aſtruere nitebanī,coacti ſunt patres illos earundē ſcripturarū autoritate refellere,& eas quō rectè intelliganī diſſerere. Vn̄ nos eorū ſcripta relegētes,quaſi ad portas & veſtibula ciuitatis ac tēpli cuſtodes vigilantiores,quaſi ad officiū altaris & hoſtiarū dn̄i copioſiores accipimus miniſtros:qa perillorū ſermones ad cuſtodiā fidei & bonę actionis,& ad

Myſticè ſeruiendū intētius cōſpectui diuinę maieſtatis erudimur. Pōt etiā hoc de pſecutiōe Gētiliū,qua eccleſia ſæpe cōcuſſa eſt,myſticè accipi:quę occaſione martyrū videbaī fundi tus eſſe deleta:ſed eis in occulto coronatis melius conſtruebatur,quorum etiam poſt mortē clareſcentibus miraculis,maior ad cōfeſsionē fidei populus cōfluebat,donec ipſe apex mundani imperij Chriſti iugo collum ſubdidit,vt ſtatus ſanctę ciuitatis.i.eccleſiæ

F diu à regibus & principibus impugnat⁹,eorundem adiuuaretur & propagaretur inſtantia,ſicut Ieruſalem reges Chaldæorum qui interpretantur feroces,vel quaſi dæmonia ſubuerterunt,ſed reges Perſarum qui interpretanī tentati,amica prouiſione reſtaurant,& debito honore exaltant. b ❡In dedicatione autem muri Ieruſalem requiſierunt &c. Beda. Iamdudum ædificata erat ciuitas,ſed non decebat eā dedicari,priuſq; habitatoribus aggregatis miniſtri templo idonei & portis ac veſtibulis cuſtodes eſſent deputati. Facta autem ciuitas ſancta dedicatur,cum impleto in fine ſeculi numero electorum , eccleſia vniuerſaliter in cælum ad viſionem conditoris ſui introducitur , cuius vitæ deſiderijs quoties in hac vita ſuſtollimur,quaſi de futura noſtræ ciuitatis dedicatione lætamur:vnde & biſaria dedicatio pōt accipi, interim ſcilicet in ſpe deſiderantium & mundantium oculos cordis,quibus deum videant,tūc in re ipſa fruentium diuina viſione beatorum hoim in corpibus ſpiritualib⁹ inter angelica agmina. c ❡Et in cymbalis. Cymbala,pſalteria,& citharę,poſſunt corpora iuſtorū iam tunc immortalia intelligi,in quibus ſuauiſsimos ſonos domino ſunt reddituri. In præſenti quoq; vita Leuitæ congregantur in Ieruſalem,cum memoria ſupernæ pacis fideles accenſi,totam in ea mentis ſuæ delectationem collocant;& de ea quam ſe percepturos ſperant,æternam in cælis hæreditatem,etſi nondum intuēdo,ſaltem deſiderando lætantur,ſecundum illud:Lętamini in domi-

Pſal.31.c. no,& exultate iuſti,& gloriamini &c. Faciūt enim dedicationem in cantico & gratiarum actione cum lętantes in domino quicquid aduerſi vel proſperi occurrerit excipiunt, faciunt in cymbalis, pſalterijs,citharis, cūm gratos operum ſonos ſed aures dei aſcendere faciunt,& corda proximorum ad amorem eius accendunt &c.

☞Filij cantorum

a genuit Iedda. In diebus autem a
Ioacim erāt ſacerdotes & princi- b
pes familiarum,Saraia, Maaria,
Ieremia,Hanania,Eſdra,Moſollam, Amaria, Iohānan, Milico, Ionathan, Sebenia, Ioſeph, Haran, Edna, Maraioth, Helci, Adaia,Zacharia, Genthon,Moſollam, Abia, Zechri,Miamin, & Moadia,Phelthi,Belga,Sammua,Semaia, Ioanathā, Ioarib, Mathanai,Iadaioa,Azzi,Sellai, Celai,Mochober, Helciæ, Aſebia,Idaia, Nathanahel. Leuitę in c
diebus Eliaſib, & Ioiada,& Ionathan & Ieddoa, ſcripti principes d e
familiarum & ſacerdotes † in re- f
gno Darij Perſę. Filij Leui prin- g h
cipes familiarum ſcripti in libro
uerborum dierū, & uſq; ad dies i
Ionathan filij Eliaſib. Et princi- k
pes Leuitarum Haſebia, Sere- l
bia,& Ieſue filius Cedmihel,& fratres eorum per uices ſuas, ut laudarent & confiterentur iuxta pręceptum Dauid uiri dei, & obſeruarēt ęquè per ordinem. Matha- m
nia,& Becbecia, & Obedia,Moſollam, Telmon,Accub, cuſtodes portarum & ueſtibulorum ante portas: hi in diebus Ioacim filij Ioſue, filij Ioſedec,& in diebus Nehemię ducis, & Eſdræ ſa-
b cerdotis ſcribęq;. In dedicatione n

a ❡Spirituales ſcilicet aſſumptos in fortem regni. ❡Quia mittet filius hominis angelos ſuos & congregabit electos a quatuor ventis.

autem muri Ieruſalem requiſie- o
runt Leuitas de omnibus locis

a ❡Cæleſtem. ❡In æternę ſcilicet perceptione vitę inuicem congaudentes & gratis agentes ei cuius dono illam ciuitatem intrare meruerunt.

ſuis, ut adducerent eos in Ieruſalem: & facerent dedicationem & lætitiam in actione gratia-
c rum, & cantico, & in cymbalis, pſalteriis, & citharis. Con-

tem eius ludificatā,ꝓpter quod Parmenius Alexādro familiaris G
quęſiuit ab eo,cur hoc feciſſet:& reſpōdit, ꝙ cū eſſem adhuc in Macedonia, & cogitarem quō Aſiam mihi ſubiugarē, apparuit mihi deus in tali effigie & dixit,ꝙ ſecurè tantū negotium acciperem,& ꝙ ipſo duce cōplerē;propter qđ deum q mihi apparuerat in hoīe veneratus ſum,tenens firmiter quod ſicut pcepit,ita promiſſum adimpleuit. a ❡In die au. Ioa. Hîc conſequenter agitur de ſacerdotibus qui fuerunt tempore Ioacim filij Ioſue,cùm dicitur: b ❡Sacerdotes & prin. fa. ſcilicet ſacerdotaliū. Saraia Maaria &c. in aliquibus libris ponūtur iſta nomina in genitiuo caſu, & ſic conſtruuntur cum eo quod præponitur,& principes familiarum,quarū ſupple.ſ. Saraię Maarię,& ſic de alijs. c ❡Leuitæ &c. Hîc agitur de his qui fuerūt ſub alijs ſummis ſacerdotib⁹ ſequentibus prædictum Ioacim.& hoc eſt quod dicitur:Leui.in die. iſte.ſ. noīatus eſt Ionathan. d ❡Et Ied. iſte.ſ. noīatus eſt Iedda.quia nomina Hebraica frequēter variātur in principio vel in fine vel in vtroque,ſicut & Latina,vt frequenter dictum eſt ſuprà. e ❡Scripſi princi.fa. per nomina ſua in libris genealogiarū ſuarū, licet non ſint hîc expreſſa. f ❡In regno Da. i. Dario regnante,qui eſt de genere Perſarū, ſub quo conſummatum fuit templum, vt habetur ſuprà Eſdræ.vj. g ❡Filii Le- † vſq; ad regnum
ui. Hîc reuertitur ſcriptura ad deſcribendū Leuitas qui fuerunt tempore Ioacim:quia ſuprà deſcripſerat ſacerdotes ſui tpis, dicit ergo:Filii Leui.ſ.qui ſequunī. h ❡Principes fa. ſcri.ſ.j.Para.xxv.non quia iſti q ſequuntur, ſint ibi ſcripti in proprijs perſonis,ſed in patribus ſuis:& quia ordines Leuitarum ibi ſunt deſcripti ad quos iſti reſtituti ſunt tpibus illis poſt reditum captiuitatis. i ❡Et vſq; ad dies. quia iſti vel ſaltem aliqui eorum vixerunt vſq; ad tempus quo Ionathā fuit ſummus ſacerdos.& dicitur filius Eliaſib.i.nepos:quia fuit filius Ioiadę filij Eliaſib,vt patet ex dictis ſuprà. eo. capit. H
k ❡Et prin Leui.i.principales inter eos ſunt iſti. l ❡Haſebia Serebia. vt hr̄ j.Par.xxv. m ❡Et obſerua.æque.i. ſibi ſuccedentes per vices ſecundum ordinationem Dauid. Cętera patēt ex dictis. m ❡In de.au. Præambulo deſcripto,hîc cōſequēter deſcribitur ciuitatis dedicatio. Circa quā primò ponitur præparatio populi. ſecundò dedicatio muri,ibi:Aſcendere autem feci. tertiò oblatio ſacrificij,ibi:Steterūntque. Circa primum dicitur: o ❡Requiſierunt Leuitas de omnibus. vt ſolennius fieret dedicatio. Et patet litera vſque ibi:

Et mundati

Moraliter

✱ n ❡In dedicatione muri &c. Secundum moralem ſenſum per Ieruſalem fidelis anima deſignatur , vt ſuperius dictum eſt frequenter. Murus autem eſt clauſura virtutum,qui murus dedicatur quando virtutum actus ad deum applicantur. hoc autem fit per hoc,ꝙ apud ipſum meritorij efficiuntur.& hoc eſt,cùm à charitate imperātur & ex charitate exercentur,ſine qua nihil eſt meritorium vitæ æternę. j.Corin.xiij.a. Si habuero oēm fidē,ita vt mōtes transferam,charitatem autem non habuero,nihil ſum. Et ſi diſtribuero in cibos pauperum omnes facultates meas.& ſi tradidero corpus meum, ita vt ardeam:charitatem autem non habuero,nihil mihi prodeſt. Charitas patiens eſt,benigna eſt &c. In dedicatione verò muri fuerunt duo laudātium chori,per quos ſignantur vires duplicis partis animæ, ſcilicet intellectiuę, & ſenſitiuæ,quæ pro beneficijs à deo collatis debent ad eius laudem inſurgere. ſecundum illud Pſalm.lxxxiij.a. Cor meum & caro mea exultauerunt in deum viuum. Vel per duos choros ſignificari poſſunt duo genera virtutum,ſcilicet intellectualium,& moralium.

✱Et fuerunt

a gregati ſunt autem filij cantorum, & de campeſtribus circa Ieruſalem, & de uillis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba & Aſmaueth: quoniam uillas ædificauerunt ſibi cantores in b circumitu Ieruſalem. Et mundati ſunt ſa a cerdotes & Leuitæ, & mundauerunt po b pulum, & portas, & murum. Aſcendere c d c autem feci principes Iuda ſuper murum,

a ¶ Iudæorum ſcilicet & gentium deum in ſuperna patria laudantium, quod etiam in hac vita quotidie geritur.

d & ſtatui duos magnos choros laudãtiũ. e

a ¶ Quia iuſti ad vitam æternam recte conuerſando & in præſenti feſtinant, & in futuro peruenient.

Et ierunt ad dexteram ſuper murum ad f portam ſterquilinij. Et iuit poſt eos Oſa g ias, & media pars principum Iuda & A h zarias, Eſdras, & Moſollã, Iuda, & Ben e iamin, & Semeia, & Ieremia. Et de filiis i ſacerdotum in tubis, Zacharias filius Ionathan, filius Semeiæ, filius Mathaniæ, filius Michaię, filius Zechur, filius Aſaph & fratres eius Semeia & Azarel Malalai, Galalai, Maai, Nathanahel, f & Iuda, & Anani, in uaſis cantici Da k g uid uiri dei, & Eſdras ſcriba ante eos in h porta fontis. Et contra eos aſcenderunt

a ¶ Manu fortis & aſpectu deſiderabilis.

in gradibus ciuitatis Dauid, in aſcenſu

a ¶ Quæ eſt omnes iuſti, qui gratia conditoris implentur, & ab ipſo habitantur.

i muri ſuper domũm Dauid & uſque ad l portam aquarum ad oriẽtem. Et chorus m

¶ Deo — a ¶ Vt alter alterum incitaret.

ſecundus gratias referẽtium ibat ex ad n

A a ¶ Filij cant. Imitatores. ſ. eorum qui deuota & hilari mente domino familiari, & verbum eius aliis prędicando cãtare ſtuduerunt. Qui ſibi villas faciunt in circumitu Ieruſalem, cùm in vicinia ſupernę patrię ſublimi corde habitant, dicentes: (Phil.3.d.) Noſtra autẽ conuerſatio in cælis eſt. faciunt autem eaſdem villas in campeſtribus circa Ieruſalem, cùm tantò magis ſe in deum dilatato corde humiliant, quantò ſuauius ſublimitatis gloriam guſtãdo contingunt. Qui omnes & nunc profectibus operũ viritim ad cæleſtem patriam congregãtur, & in ipſo tempore dedicationis, id eſt perpetuę remunerationis ibidem pariter vniuntur. b ¶ Et mundati. Beda. Iuſtus omnino ordo, vt doctores qui populum mundare deſiderant prius mũdẽtur, caſtigent corpus, & ſeruituti ſubijciant, ne fortè alijs prædicantes reprobi inueniantur. (1.Cor.9.d.) Mundati ſunt autem ſacerdotes & Leuitę orationib⁹ & victimarum oblationibus, & continendo ab vxoribus. Mundauerunt autem populum eandem continentiam p̃dicando. Mundauerunt portas & murum, cum tubis & canticis pſalmorũ comitãte populo circũeũdo, & expleto circũitu victimas ꝓ ſtatu ciuiũ & ciuitatis offerendo. Sed & nunc quoq; qui eccleſiæ præſunt in ſpirituale miniſteriũ à domino aſſumpti, quò maiorẽ dedicationis noſtrę, quæ in reſurrectiõe noſtra futura eſt, memoriam gerũt, eò magis ſeipſos & ſibi commiſſos mundare & ſanctificare contendunt: ne quis fortè non habens veſtem nuptialem, à cõmuni ſanctę ciuitatis iucunditate eijciatur, & victis manib⁹ & pedibus ĩ tenebras exteriores mittatur. (Mat.22.b.) c ¶ Principes Iuda. i. confeſsionis vel laudis perfectiores ſunt eccleſiæ doctores, B qui in dedicatione ciuitatis ſuper murum aſcẽdunt: quia in tempore tribulationis generalem eccleſiæ conuerſationem altius viuendo tranſcendiſſe probantur. De his eñ dicitur: (Eſa.62.c.) Super muros tuos Ię. cõſti. cu. &c. Iure ergo qui nũc muris eccleſię tanq̃; vigiles præſunt, tunc quoq; eiſdem gloria remunerationis præminebunt. d ¶ Et ſtatui duos choros. Vel ſpurcitiam peccatorum in p̃ſenti de eccleſia correctius viuendo, & errantes corrigendo expurgent, & in futuro qui corrigi noluerunt, iudiciaria poteſtate de ciuitate domini, id eſt ab ingreſſu patrię cæleſtis expellant. Vel chori laudantium ad dexteram euntes ſuper murum ad portam ſterquilinij aſcendunt, dum eos dignos laude prędicant qui omnem immunditiam de eccleſia prędicando, arguendo, excommunicando eliminant. e ¶ Et de filijs ſacerdotum in tubis. In hac vita filij ſacerdotum in dedicatione ciuitatis dei tubis canunt, qui ad memoriam patrię cæleſtis corda auditorum prædicando ſuccendunt. f ¶ In vaſis cantici Dauid. Quia non ſuo ſenſu vel deſiderijs innituntur, ſed patrum & prophetarum vitam & doctrinam per omnia ſequentes verbo prædicationis inſiſtunt. g ¶ Et Eſdras ſcriba. Quia in omnibus quæ agunt verba ſanctę ſcripturæ prę oculis habẽt, quibus ducibus ad ingreſſum vitæ eternæ perueniant, vt inebrientur ab vbertate domus dei, & torrente voluptatis eius, (Pſa.35.b.) apud quem eſt fons vitæ & cętera. h ¶ Et contra eos aſcenderunt in gradibus ciuitatis. Beda. Cùm ciuitas ædificaretur dictum eſt; quia qui portam fontis ædificauerũt, ipſi menſuram ſui operis vſque ad gradus qui deſcendunt de ciuitate dei perduxerunt. Ibi ergo deſcenſio gradum de ciuitate, hîc cùm dedicatur ciuitas, aſcenſio nominatur. & ſicut etiam ibi cum hoſte certamen gerebãt, hîc deuicto hoſte lætitia celebratur: quia ſancti qui in præſenti humiliantur: ſub potenti manu dei in futuro exaltabuntur: qui nunc muros eccleſiæ in terra de viuis lapidibus, id eſt ſanctis animabus in afflictione & periculis & vigilijs multis ædificant, tunc completo ædificio & ad cælum leuato gaudentes ad contemplandam dei claritatem aſcendũt. Et cõtra eos &c. Non contrarietate ſcilicet diſtãtię, ſed occurſu conſonantię, qua electi in hac vita ſeſe ad amorem dei accendunt, & in illa perfectius eum in ſua inuicem beatitudine congaudẽtes abſq; faſtidio laudant, ſicut Seraphim alter ad C alterum clamantes, ſanctam trinitatẽ ſocia exultatione concelebrant. i ¶ Super domum Dauid. Beda. Aſcendunt filij ſacerdotum ſuper domum Dauid, cùm prædicatores vel martyres ſicut nunc generalem vitam iuſtorum in miniſterio verbi vel agone martyrũ tranſeũt, ita tunc generalia eorum pręmia ſublimioris dono remunerationis antecedunt. Vnde: Quia in modico (Lu.19.c.) fuiſti fidelis, eris poteſtatem habens ſuper decem ciuitates. Quantos enim vnuſquiſque verbo vel exemplo erudit ad vitam, pro tantis tunc in perceptione vitæ glorioſius honorificabitur. Superueniunt quoque ſacerdotes vſque ad portam aquarum, ad orientem, quando hi qui in hac vita, ſicut ceruus deſiderat ad fontes aquarum, ita deſiderauerunt venire & apparere ante faciem dei ad effectum deſiderij pertingunt, ortumq; ſolis iuſtitiæ ſine occaſu videre merẽt.

Et ſuper

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶ Et mundati ſunt ſacerdotes & Leuitæ. primò. b ¶ Et mundauerunt populum. ſecũdò ſicut ſcriptum eſt Eccle. xxxiiij. a. Ab immũdo quis mundabitur? Quia debit⁹ ordo eſt, vt mundans alium prius mũdet ſeipſum. iſta autem mundatio ſacerdotum fiebat per ieiunia & per cõtinentiam ab vxoribus, & per aſperſionem aquæ luſtrationis. Emundatio verò populi per aſperſionem aquę luſtrationis tantũ. Leuitarum autem medio modo: quia Leuitæ faciliori ritu mundãtur quàm ſacerdotes, vt habetur. ij. Paralip. xxix. & populus quàm Leuitæ. c ¶ Et portas & murum. ſ. mundauerũt immunditias amouẽdo D & aquam luſtrationis aſpergendo. d ¶ Aſcendere autem feci. Hîc cõſequẽter deſcribitur dedicatio muri, & per conſequens ciuitatis quæ muro claudebatur. Aſcendere autem fe. verba ſunt Nehemię. e ¶ Et ſtatui duos choros laudantium ma. Dicunt aliqui expoſitores, q᷑ iſti duo chori ſic diuidebantur, quòd vnus ibat ſuper murum circumeundo ciuitatem; alius ſuper terrã iuxta murum exterius. Sed hoc non videtur verum, quia infrà de ſecũdo choro dicitur, q᷑ media pars populi erat ſuprà murum, & per hoc intelligendum eſt, q᷑ vterq; chorus laudantium, qui erat de ſacerdotibus & Leuitis ibat ſuprà murum; & vna pars populi erat cũ eis ſuper murum, & alia ſuper terram. ſic igitur primò loquitur de primo choro, cũ dicitur: f ¶ Et ierunt ad dexteram ſuper murum. ſ. illi de primo choro. g ¶ Et iuit poſt e. Oſaias. q erat principalior. h ¶ Et media pars principum Iuda. & alia medietas fuit cũ ſecundo choro. i ¶ Et de filijs ſacerdotum in tubis, canentes: quia hoc ſpectabat ad eorum officium. Sequitur: k ¶ In vaſis cantici Dauid: id eſt in inſtrumentis muſicis, ſecũdum quod ordinauerat Dauid. j. Paralip. xxv. Inſtrumenta enim cuiuslibet artis vocãtur vaſa in Hebræo. l ¶ Et vſq; ad portam aquarum ad orientem. id eſt ad portam orientalem templi, quia in illa parte erat ingreſſus ad templum & eius atrium, quod intendebant intrare ad ſacrificia immolanda. m ¶ Et chor. ſecundus gratias referentium. ipſi deo de reædificatione muri. n ¶ Ibat ex aduerſo, & ego poſt eum. id eſt per oppoſitam partem muri circumeundo, quouſque venirent obuiam alijs in ingreſſu templi.

Et media

Moraliter

✱ f ¶ Et ierunt ad dexteram ſuper murum ad portam Sequitur poſtea: m ¶ Et chorus ſecundus gratias referentium &c. Per hoc ſignificatur, quòd deus eſt laudandus in proſperis quæ ſignantur per dexteram, & ĩ aduerſis quę per ſiniſtram Pſa. xxxviij. a. Benedicã dominum in omni t. ſ. pſperitatis & aduerſitatis.

O ✱ Et immolaue.

a uerſo,& ego poſt eū:& media pars populi a b
a ¶Sublimitatem.ſ.& cuſtodiam operum.
ſup murū,& ſuper tūrrim furnorū,& uſq; c
c ¶Cordium flamma ſpiritusſancti ardentium.
ad mūrū latiſsimū, & ſuper portā Ephra- d
im, & ſuper portā antiquā,& ſuper portā
piſcium,& turrim Ananehel,& turrim E-
math,& uſq; ad portam gregis. Et ſtete- e f
a ¶Firmo corde.
b runt in porta cuſtodiæ. Steterūtq; duo g
a ¶De vtroq;.ſ.populo connexi in vnam modulationē diuinæ laudis, vel de angelis & hominibus facti,quia erunt hoies æquales angelis dei.
chōri laudantium in domo dei, & ego, &
dimidia pars magiſtratuum mecum. Et h
ſacerdotes Eliachim, Maaſia, Miamin,
Michæa, Elioenai, Zacharia, & Anania
in tubis,& Maaſia,& Semeia,& Eleazar,
& Azi, & Iohannan, & Melchia, & E-
c lan,& Ezer. Et clarè cecinerunt cantores,
& Iezraia præpoſitus. Et immolauerunt i
a ¶Perpetuæ ſcilicet lucis,de qua Zacharias:Et erit dies vna quæ nota eſt domino,non dies neq; nox,id eſt a labentium remota cōſuetudine.
b ¶Quia in ſuis ſinguli manſionibus recepti,in perpetua conditoris viſione perſeuerant,& eius laudes conſona voce concelebrant.
in die illa uictimas magnas,& lætāti ſunt.
d Deus enim lætificauerat eos lætitia ma-
e gna. Sed & uxores eorum,& liberi gauiſi
ſunt, & audita eſt lætitia illa Ieruſalem
f procul. Recenſuerunt quoque in die il- k

a ¶Et ſuper tur.fur.Bed.Longū eſt de ſingulis portis vel turri
E b⁹ ſpecialiter diſſerere,tantū dixiſſe ſufficiat:quia qui portas,turres,
& murum ciuitatis magno labore,erumna,fame, frigore, & vigiliis
multis,repugnante indefeſſo hoſte & inſidiante perfecerunt,tunc re
pulſo & confuſo hoſte per eiuſdem ciuitatis,portas,turres,& ædifi-
cia deambulantes,in canticis,hymnis,&
pſalterijs, cymbalis,citharis, & in tubis,
gratiarū actione,vna cū mgrīs operis;&
legis dei lætantur,qđ etiā in ſpūali ædifi-
cio fieri nulli dubiū eſt,cū inſtāti tpe vlti
mę retributionis q̄ſi diu deſiderata de-
dicatione ciuitatis,dei fideles pro operi
bus præmia conſequētur ęterna,qn̄ ve-
lut Nehemias,Eſdras, cęteriq; ſacerdo-
tes & Leuitæ ſuos ſinguli operarios ꝓ-
ducētes,cūcti fideliū pp̄ſorū mgrī quos
dn̄o acquiſiert,ad mœnia patrię cæleſtis
ducūt. Tūc inter alia etiā ſuper turri fur
norū,i cui⁹ pridē ſtructura deſudabant,
Nehemias cū choro laudātiū incedit:cū
mgrī veritatis de ſublimib⁹ eorū q̄s do-
cuere p̄miſs,lętantur.Si enim panes fur-
nacei q in abdito coquunť, internam
mentis fideliū deuotionē charitatis igne
cōfirmatā ſignificāt,vn̄ & in ſacrificium
dn̄i iubenť offerri,qđ ꝑ furnos i qb⁹ ij-
dē panes coquunť,niſi illorū corda,q̄ flā
ma intimi amoris ſēꝑ ardēt, & v̄tutum
facta vel v̄ba ſolēt ꝓcreare,figurantur?
Eſa,31,d. De qb⁹ bn̄ dr̄:Deus cuius eſt ignis i Siō
& caminus ei⁹ in Ierl'm.Ipſi quoq; de ſe
Luc,24,c. dicūt.Nōnne cor noſtrū ardēs erat i no
bis &c. Reproborū v̄ò corda igne ſce-
Oſee,7,b. lerū ardēt.vn̄:Oēs adulterātes q̄ſi cliba-
nus corda eorū.Structores ergo ſanctę
ciuitatis inter alia turrim furnorū ędifi-
F cant,cū doctores auditorū ſuorū corda
in fide & opere inſtruūt,vt accēdanť ad
maiora dona ſpūs ꝑcipiēda,& nouas q̄-
tidie virtutū dapes i gaudiū populi dei
ꝓferendas.Gaudentes verò & laudem domino canentes ſuper tur-
rim furnorum in die dedicationis Ieruſalem incedunt,cū in tempo-
re futuræ retributionis de illorum quos docuere gloria congaudēt.
Rom,5,a. Furni ergo ſunt corda electorū,in quibus charitas dei diffunditur ꝑ
ſpiritumſanctum q datus eſt illis. Turris autē furnorū ſublimitas &
cuſtodia,qua eadē corda ne à malignis ſpiritibus poſsint lædi, ne flā
ma virtutum elatiōis vento flecti valeat vel turbari,circūſpecta ſem
pereſt neceſſe cautela & ſolicitudine muniri. b ¶Steterūtq; duo.
Bed.Perambulatis mœnibus & portis ciuitatis in carmine lætitiæ
& organis muſicorū,redeūt ad tēplū domini,vt ibi quoq; ſtātes lau
dem dn̄o conſonantibus tubis referant, & oblatis victimis vota de
dicationis impleant.Ipſam autem futurę vitę patriam domus domi
ni ſicut & ciuitas domini ſignificat,ſicut & præſens eccleſia domus
dei appellatur & ciuitas.ſed diſtat,quia ędificia ciuitatis in carmini-
bus gratiarum & organis aſcendiſſe laudantes, in domo
autem dei ſtantes laudaſſe & clarè cecinīſſe perhibentur. Aſcen
dunt enim electi mœnia ciuitatis quæ fecerunt, cum gaudio ſuper
næ patrię,quæ bene operādo meruerūt introeūt. Fecerunt diſperti
tam portarum graduum & ędificiorū celſitudinē,cū introeūtes i do
mum patris multarū ibi māſionum diſtantiā pro diuerſis meritis cō
tēplātur.In hac vita aſcendūt in ciuitate domini iuſti cū hymnis de-
dicationis,qn̄ in memoriā futurę remunerationis toto corde inhiā-
tes i bōis opib⁹ q̄tidie ꝓficiūt,ſcđm illud:Aſcēſiones i corde ſuo diſ
Pſ̄.83,b. poſuit i vo .la.&cę.Et,Bt̄i imaculati i via &c.Sic em̄ acceptā cordis
Pſ̄.118,a. & opis innocētiam tenent,vt ſemper ad altiora creſcere contendāt.
Stant autem in domo domini cū laudib⁹,qui in ipſo operum pro-
4.Reg,3,b. fectu indefeſſi perſeuerant,iuxta illud Eliæ: Viuit dominus in cuius
conſpectu ſto.i.in cuius implenda voluntate infatigabili mente per-
maneo. c ¶Et clare cecinerunt.Dirupiſti vincula mea, tibi
Pſ̄.115,b. ſacrificabo hoſtiam laudis. Vota mea domino reddam in atrijs do-
mus domini,in conſpe.o.p. in me.tui.Ieruſalem.Hoc fit cū in cęle-
ſti patria omnium ſanctorum multitudine congregata,eas pro qui
bus in pręſenti gemimus,quaſq; gratiarum actio quotidiano deſide
rio ſitimus,laudes offerimus. d ¶Deus enim læ. Bed. Hæc
ad dedicationem ſanctę ciuitatis Ierl'm.ſ.cęleſtis pertinent,in qua de⁹
eſt rex,qui ſua præſentia ciues lætificat, lætitia magna geritur.vnde:
Luc,2,b. Euangelizo vobis gaudiū magnum,qđ erit omni populo. ad diſtin
ctionē.ſ.humani gaudij,quod paruū gaudiū & tranſitoriū, & ideo
parui pen-
dendū.Poteſt hęc dedicatio in hac vita in quibuſdam ele G
ctis cœpta intelligi,qui purificato cordis oculo futura eccleſiæ gau-
dia partim contemplantur,ſicut Eſaias,Ezechiel, Daniel,& alij pro-
phetę & apoſtoli,qui glorificatum in monte dominum viderunt,q Mat,17,a.
quò altius ſupernę ciuitatis edita ingrediebantur,eò clari⁹ laudes do
mini canere,& victimas bonorū o-
perū maximas immolare curabant.
e ¶Sed & vxo. Quia tpe reſurre
ctionis non ſolū q prædicando vel
fortiter opando ecclīā ędificaſt,fru-
ctū laboris percipiunt,ſed etiā infir-
miores eiuſdē fidei conſortes,eadem
vitæ perceptione lætantur.Benedi- Pſ̄.113,d.
xit enim dominus puſillis cū maiori
bus. f ¶Recenſuerunt quoq;.
Bed.Gaudentibus cunctis de ędifica
tione & dedicatione ciuitatis, inſtan
ter procuratum eſt,vt cultus in ea re
ligionis q in ceremonijs maximè per
doctrinam & officia ſacerdotum,Le
uitarum,cantorum, ianitorūq; erat
exequendus ſeruaretur,& creſceret.
Ideo ſtatuti ſunt viri ſtrenui,qui col
latam à populo pecuniam diligen-
ter in ærarium Chriſti colligerent,&
cuſtodirent in vſum miniſteriorum
templi & altaris. Primitias quoque
frugum, & decimas,& vinum ad li-
bamina quę ad templum deferebantur,
ſedula cura conſeruarent,vt ſcili-
cet abundāte copia eorum quę eſſēt
domino offerenda,vel ex quibus mi
niſtri domini viuerent,ipſi libentius
i Ieruſalē manerēt, à quib⁹ pp̄lus do
ceretur & ſanctificaretur. Dominus H
q̄q; ſtatuit eos q euangelium annun
tiant,de euangelio viuere. Vę autem 1.Cor,9,c.
ſacerdotibus & miniſtris, qui grad⁹
ſui ſumptus delectātur à populo ſu
mere, ſed nihil pro eius ſalute labo-
rare,nec aliqd ſacri ducatus rectè viuēdo p̄bere,nō de ſuauitate regni
cęleſtis q̄ppiā dulce p̄dicādo canere,nec ianuas ſupnę ciuitatis aperi-
re: ſed

## *Nicolaus de Lyra.*

a ¶Et media pars populi ſu.murum. quia medietas pri-
cipum fuit ibi,qui præerant populo, & etiam vna pars populi erat
cum eis,& alia pars gradiebatur ſuper terram modo ſupradicto.
b ¶Et ſuper tur.fur.ſic vocatam,quia propè erant furni. c ¶Et
vſq; ad murum latiſsimum.quia ibi machinę ab extra poſſent
facilius percutere,& ideo ibi fuit factus murus ſpiſsior. d ¶Et
ſuper portam Ephraim.Iſta eſt vna de ſex portis ſuprà nomina
tis,ca.iij.& vocatur ſic:quia habebat aſpectum ad ſortem Ephraim.
Illę enim ſex portæ vel ſaltem plures earum pluribus nominibus no
minantur,vt ibidem dictum fuit. e ¶Et vſq; ad portam gre
gis.ſupple venerunt.illa enim erat prope templum, ſic nominata:
quia animalia immolanda in templo per illam adducebātur. f ¶Et
ſteterunt i porta cuſt.q̄ erat iuxta atrium templi. g ¶Steterūtq;
&c.Hîc conſequenter poniť imolatio ſacrificij i q̄ erat cōſummatio
dedicationis,in q̄ qdē imolatiōe aliq de ſacerdotibus & Leuitis can-
tabant,qđ notať cū dr̄:Steteruntq; duo chori laudan. in do.
dei &c. h ¶Et ſa.Eliachim.Iſte eſt q ſuprà noiatus eſt Ioacim
& alij intendebāt immolationi.vnde ſubditur: i ¶Et imolaue-
runt in dei &c.Deus em̄ lætificauerat e.læti.ma.eò qđ mu
rus eſſet ædificatus & dedicatus ad ſecuritatem populi & reſtitutio
nem cultus diuini. k ¶Recenſuerunt quoque.Hîc ponū
tur ſequentia ad dedicationem,videlicet ordinatio de victu ſacerdo
tum,& Leuitarum quantū ad ei⁹ collectionem & conſeruationem,
vt poſſent intēdere diuino cultui,& de his quę eſſēt deo offerēda.&
hoc eſt qđ dicit:Recenſuerunt quoq; in die illa &c. completa
dedicatione

i ¶Et imolauerunt in die illa victimas.Per hanc oblatio- Moraliter
nem ſignificatur oblatio euchariſtiæ,quæ dicitur victimæ in plurali:
quia figurata fuit per omnes victimas veteris teſtamenti, ſicut vnū
perfectum per multa imperfecta. De hac oblatione dicitur in Pſal.
xlix.c.Immola deo ſacrificium laudis. Dicitur enim euchariſtia,ſa-
crificium laudis:eò quòd offertur cū laudibus diuinis.

re:ſed peruerſè agēdo occludere probamus, quorū operibus non
A populus laudando deū lętaī,ſed affligitur. ℂ Notandū ſanè,quòd
ĝ.46.a. Iudas qui in ædificatione ciuitatis deſperans loquebatur: Debilitata
eſt fortitudo portantis,& humus nimia eſt &c.iam nunc fortitudi-
nem mentis & corporis receperat ad exportandā humū,quę impe-
diebat ad ędificandū murū qui cecide-
† ſuper donata rat,& ad ſuperandas hoſtiū īſidias quæ
imminebant. Meritò ergo lętatur in ſa-
† ad coaceruandū ī ea ex agnis ciuitatū partes legis ſacerdotibus & Leuitis. cerdotibus & Leuitis,cantoribus, & ia-
nitoribus quorū labore & exhortatio-
ne tantæ afflictionis periculum euaſit,
& tātę proſperitatis gloriā inuenit. Et tu
ergo ſi humo vitiorū cor tuum graua-
ri, ne in eo ciuitatem diuinę habitatiōis
dignā ędificare valeas,ſi te ab expurgā-
dis vitiorum ruderibus,ab ædificandis
virtutum mœnibus, hoſtem malignū
retrahere perſpexeris, audi cōſolationē
& conſilia ſacerdotū, & lectionem diui-
narum ſcripturarum. ſic enim habitacu-
lum pectoris tui (expulſis dęmonū inſi-
dijs) deus victor quaſi ciuitatem ſuam
ſanctificaturus & manſionem apud te
facturus ingreditur. Hac de cauſa po-
pulos ſacerdotes, & Leuitas, & cæteros
ſanctorum miniſtros in Ieruſalem habi-
tare voluit, vt lætaretur in bonis eorum
operibus: quorum inſtātia popul⁹ cor-
rectus & ciuitas extructa, & cū magna
laude & lætitia erat dedicata.

## GLOS. ORDI.

### CAP. XIII.

IN die au. illo le. & cæte.
Hi quia de inceſtu nati ſunt,
hęreticos exprimūt, quorū
autores cū doctrinam pa-
trum de qua eruditi ſunt, malè intelligē-
do corrumpunt, quaſi filiæ Loth ſemi-
B ne paterno furtim & in tenebris, & non
legitimè vtuntur. Ideoq; eorū proles.i.
ſectatores nunquā in eccleſia dei partē
habere poſſunt. Si qui enim corrigunt,
iam non ſunt filij talium matrum. Oc-
† Num.22. currerunt autem filijs Iſrael egredienti-
bus de AEgypto cū pane & aq̄. Sic bn̄
& in catholica pace viuētes ſolatiū verbi
dei cōferūt eis, q nuper à ſeruitio pecca-
2.Re.19.f. torū p aquā baptiſmi & fluct⁹ maris eru-
ti, anhelāt ad libertatē patrię cęleſtis. Qđ
fecit Berzellai Galaadites, q fugiēti Da-
uid & exercitui eius à facie Abſalō cū a-
limentis occurrit, quò eos refocillando
aduerſus nouam tyrannidem redderet
fortiores. Illos ſignificans, qui diſperſā
ab hęreticis eccleſiam ſubſidijs verbi cę-
leſtis confortant, & ad debellandam eo-
rum inſaniam animāt. Sed dum hęretici neophytos ſuis prauitatib⁹
& oſtenſis aliorum exemplis vel verbis malignis perdere nituntur,
quaſi de inceſtu nati populum Iſrael egreſſum de AEgypto armis
ſuis, & Balaam qui interpretatur vanitas populi, conſilijs & male-
dictis impugnat nefādis, ſed deus maledictionē Balaam in benedi-
ctionem populi ſui conuertit, & eū ab armis inimicorum muniuit.
b ℂ Factum eſt autem &c. Quia neceſſe eſt nos auditui veri-
tatis intendere. vbi cùm ab vno quolibet vitio lectiōe diuina pro-
hibemur, continuò etiam quicquid vitij ſordidantis in nobis de-
prehendimus, ab actione, noſtra, & conſcientia repellamus.

la uiros ſuper gazophylacia theſau- a b
ri, ad † libamina, & ad primitias, & ad c d
decimas, ut † introferrent per eos prin- e f
cipes ciuitatis in decore gratiarū actio-
nes ſacerdotes & Leuitas, quia lætifica- g h
tus eſt Iuda in ſacerdotibus & Leuitis
aſtantibus. Et cuſtodierunt obſerua-
tionem dei ſui, & obſeruationem ex- i
piationis, & cātores & ianitores iuxta
præceptum Dauid & Salomonis filij
eius, quia in diebus Dauid & Aſaph
ab exordio erant principes conſtituti
cantorum in carmine laudantium &
confitentium deo. Et omnis Iſraël in
diebus Zorobabel, & in diebus Nehe-
ℂ Vt qui euangelium annunciant de euangelio viuant.
miæ dabant partes cantoribus & iani-
toribus per dies ſingulos, & ſanctifi- k
a ℂ Quaſi ſanctis dei dabant decimas. b ℂ Tanquam maioribus decimarum ſuarum decimam partem offerendo.
cabant Leuitas, & Leuitæ ſanctifica- l
bant filios Aaron. Cap. XIII

a IN die autē illo lectum m
eſt in uolumine Moy-
ſi, audiente populo. Et n
inuentum eſt ſcriptum
in eo, quòd non debe-
a ℂ Niſi deſinant ſcilicet tales eſſe.
ant introirē Ammonites & Moabites
in eccleſiam dei uſque in æternum, eò o
quòd non occurrerint filiis Iſraël cum
a ℂ Verbi dei.
panē & aqua, & † conduxerunt aduer- p
a ℂ Vanitatem populi.
ſum eos Balâam ad maledicēdum eis,
a ℂ Quia diligentibus deum omnia cooperantur in bonum.
& conuertit dēus noſter maledictio-
b nem in benedictionem. Factum eſt au- q
a ℂ De duabus ſcilicet gentibus anathematizandis.
tem cùm audiſſent legem ſeparaue-
runt omnem alienigenam ab Iſraël.

## Nicolaus de Lyra.

ℂ In oībus dedicatione. a ℂ Viros. fideles. b ℂ Su. gazo.i. repo-
ſitoria. c ℂ Ad Liba. q̄ erāt de liquidis deo offerēda, vt vino & o-
leo. d ℂ Et ad pri. q̄ ſacerdotibus debebanť. e ℂ Et ad deci. q̄ Le-
uitis ſoluebāť. f ℂ Vt intro. ſ.i domū dn̄i. g ℂ Sa. & Le. vt ibi poſ-
ſēt manere & viuere. h ℂ Quia læ. ē Iu. i ſa. & Le. eò ꝙ bn̄ diligē-
ter officia ſua fecerāt. i ℂ Et obſer. ex. emūdādo ſeipſos, ppl'm, por-
tas & murū, vt patet ex ſupradictis. Cætera patēt vſq; ibi: k ℂ Et
ſanctificabant Leuitas. ſcilicet populares Leuitis decimas ſoluē-
do. l ℂ Et Leuitæ ſanctificabant filios Aaron. de de-
cimis ſibi datis decimas eis ſoluendo, qui enim ſoluit decimas alteri, C
in hoc deſignat ſe imperfectū, & alterū perfectū, retinens ſibi nouem
partes, & dādo decimā alteri, quę ſignat perfectionē, eò quòd dena-
rius eſt numerus perfectus: propter quod & numeri ſequentes ſunt
replicatiōes denarij & eius partiū, ſicut. xj. ſunt. x. & vnū, & xij. ſunt
x. & ij. & ſic cōſequenter, vt habetur. iij.
Phyſicorum. & ꝓpter hoc Apoſtolus
ad Hebræos oſtēdit Melchiſedech fuiſſe
maiorem ipſo Abraham, qui decimas
dedit Melchiſedech, Gene. xiiij.

## NICO. DE LY.

### CAP. XIII.

IN die au. illo. Hęc ē ſecū-
da pars principalis huius
libri, in qua agitur de ſecū-
do aduentu Nehemię in Ie-
ruſalē: quia completo du-
catu ſuo. xij. annorum in quibus inten-
dit murationi ciuitatis & ædificationi,
& reſtitutioni diuini cultus, & aliorum
quæ erant ad bonum populi ſui, redijt
ad regē Artaxerxē. xxxij. anno regni ei⁹,
à quo miſſus fuerat primò in Ieruſalem
anno. xx. regni ſui, vt hř. ŝ. c. ij. q̄a rex ſi-
bi cōſtituerat tēpus redeūdi, vt ibidē ha-
beť. ſed poſtea circa finem vitæ ſuæ ro-
gauit regē, vt rediret Ierl'm ad corrigē-
dum aliqua mala q̄ pullulauerāt in abſē-
tia ſua, & vt ibi cū ſuis patrib⁹ ſepeliret.
Pullulauerant autē in ſua abſentia q̄tuor
mala ſpecialiter: primū eſt admiſſio illici- Mala quatuor Iudęorū in abſentia Nehemiæ.
ti. ſcđm deſtructio cultus diuini, qđ po-
nit ibi: Et intellexi malū. tertiū violatio
ſabbathi, ibi: In dieb⁹ illis &c. quartum
commiſtio ſeminis extranei, ibi: Sed & i
diebus illis. Primum malum fuit, eò qđ
Eliaſib ſūmus ſacerdos permiſit vaſa To-
biæ Amāitis, in quibus erat theſaurus ſu-
us, reponi in gazophylacio domus dei, D
quod erat deputatū reb⁹ ſacris. & hoc
malum fecit, eò qđ erat affinitate coniū-
ctus Tobiæ per nepotem ſuum: & ideo
in principio huius capituli fit mētio de
commiſtione talis matrimonij, quòd ſit
illicita, cùm dicitur: m ℂ In die autem
illo lectum eſt. hoc non refertur ad
tempus immediatè ſequens: ſed ad præ-
cedentia: quia iam iſta ſeparatio erat fa-
cta, vt habetur. ŝ. c. x. n ℂ Et inuen-
tum eſt ſcriptum. ſcilicet Deuter. xx-
iij. quòd non debeant introire Ammo-
nites & Moabites ī eccleſiā dei qđ tripli-
citer fuit ibi expoſitum: Vno mō quòd
Ammonites & Moabites non poſſent
ingredi atrium, vbi adorabant homines
mundi. Alio modo, vt quamuis eſſent
conuerſi ad Iudaiſmum, non tamen poſſent promoueri ad dignita-
tes, quæ reſpiciunt regimen populi: vt quòd eſſent decani, centu-
riones & huiuſmodi. Tertio modo, quòd Iudęi cū iſtis populis non
poſſent contrahere matrimonia, vt ibidem diffuſius fuit declaratū,
& iſto tertio modo hîc accipitur. Ideo ſubditur: q ℂ Factum
eſt autem cum audiſſent legem, ſeparauerunt omnem
al. ab Iſ. qđ fuit factū añ, vt dictū ē: ſed hîc repetiť ꝓpť caſū q ſubdiť:
Et ſup hoc

Moraliter Moral'r. m ℂ In die au. il. lectum ē ī vo. Moyſi, audi. po.
Et inuen. ē ſcrip. in eo, ꝙ non debeant intro. Ammoni. &
Moabi. in eccle. dei &c. Per iſtos ſignificantur hæretici & ſchiſ-
matici, qui repellendi ſunt ab eccleſia dei. o ℂ Eo ꝙ nō occur. fi.
Iſ. cū pa. & aqua. Tales em̄ nō occurrūt ppl'o dei cū ſpūalib⁹ ali-
mētis nomine panis & aquæ ſignificatis, eò qđ in ſacra ſcriptura no-
mine panis & aq̄ oīs cib⁹ & pot⁹ ſignificať. Vn̄. iiij. Re. vj. e. dř: Ap-
pōe eis panē & aquā. Seqť ibidē: Et appoſita ē eis magna ciborū p̄-
paratio. p ℂ Et cōduxe. aduer. eos Balaā ad maledi. p Balaā
q turbās gētem interpretať, princeps hæreticus vel ſchiſmaticus ſi-
gnificať, quē excitant ſchiſmatici vel hæretici ad turbandum popu-
lū dei, ſicut patet de Iuliano apoſtata & Theoderico rege hæretico.

a ¶In om.au. Hæc ſententia qua ſe dicit Nehemias in Ieruſalem
E non fuiſſe, non ad ea quę ſuprà hucuſq; narrauerat, ſed tantũ ad prę ſentẽ locũ pertinere videtur. Superiora enim cũ ciuitas ędificata eſt geſta vl' dicta videntur, quando Nehemias adhuc Ieroſolymis morabatur: Quibus ſtrenuè completis, rediit ad regẽ, quo abſente fecit ſibi Eliaſib grãde gazophylaciũ ĩ quo reponerentur ea q̃ vel in miniſteriũ dom⁹ dñi, vel in vſus miniſtrorũ neceſſaria erãt, q etiã q̃dam illicita in gazophylacio & ĩ domo dñi ponere nõ timuit, q̃ reuerſus Nehemias mox extirpauit. b ¶Et pro.va.do.to. Qui ſupradictus eſt ſeruus Ammõites inimic⁹ ppl'i dei. vñ malè egit Eliaſib, qui huic tã &ſi propinquo ſibi in veſtibulo dom⁹ dñi theſaurũ fecit eiectis vaſis domus dei & cæteris q̃ poſcebat vſus miniſterij. Quæ em̃ pticipatio iuſtitiæ cũ
2.Cor.6.d. iniquitate? Quis cõſenſus tẽpli dei cũ idolis? Quæ cõicatio hęreticis & ſchiſmaticis cũ orthodoxis & pacificis filijs dei? Et ꝓiecti. Bed. Tu q̃q; q̃cq̃d inter fideles infidelitatis & ĩmũditię repereris, cõtinuò ꝓijce foris, & mũdatis cordib⁹ credentium q̃ ſũt gazophylacia dñi, cũ virtutũ fuerit plena diuitijs, vaſa dñi inferãtur. i. ipſa corda q̃ paulò añ vaſa erroris fuerãt ꝑ culpã ꝑ correctionẽ vaſa dñi fiãt, & ibi ſacrificiũ fit bonę opatiõis. & thus bõę orõnis, vbi pri⁹ erat ſpelũcula latronũ. Illi quoq; vaſa Tobiæ Ammonitis de gazophylacio templi eijciũt, vaſa domus dei & thus reponũt q excõicatis hęreticis vel falſis catholicis ab eccleſia expulſis, ĩ eorũ gradus Chriſto famulaturos ſurrogant, qui fidelibus ei actibus & orõnib⁹ deſeruiãt. Comparandũ ſanè hoc factum Nehemiæ eſt zelo Chriſti, qui inueniens in templo dei
Ioh.2.c. vendentes & emẽtes fecit flagellum de reſticulis, & cunctos foras proiecit. Sicut e-
F nim Nehemias in cæteris, ita & in hoc ei⁹ perſonam præſentauit. c ¶In dieb⁹
Exod.23.b. illis. Sex diebus operari per legẽ q̃ neceſſaria ſũt, ĩ ſeptima iubemur quieſcere, qa oẽs electi in hoc ſeculo qđ ſex ætatibus agit, debent

Et ſuper hoc erat Eliaſib ſacerdos, qui fuerat poſitus in gazophylacio dom⁹ dei noſtri, & proximus Tobię. Fecit ergo ibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera, & thus, & uaſa, & decimam frumenti, uini, & olei, partes Leuitarum & cantorum & ianitorũ & †primitias ſacerdotales. In omnibus his non fui in Ieruſalem, quia anno triceſimoſecundo Artaxerxis regis Babylonis uẽni ad regem. Et in fine dierum rogaui regem & uẽni in Ieruſalem. Et intellexi malum quod fecerat Eliaſib Tobiæ, ut faceret ei theſaurum in ueſtibulis domus dei, & malum mihi uiſum eſt ualde. Et proieci uaſa domus Tobiæ foras de gazophylacio, præcepiq; & emundauerunt gazophylacium. Et retuli ibi uaſa domus dei, †ſacrificiũ & thus. Et cognoui, quod partes Leuitarum non fuiſſent eis datæ, & fugiſſet unuſquiſq; in regionẽ ſuam, de Leuitis & cantoribus, & de his qui miniſtrabãt, & egi cauſam aduerſum magiſtratus, & dixit: Quare dereliquimus domum dei? Et congregaui eos, & feci ſtare in ſtationibus ſuis. Et om̃is Iuda apportabat decimam frumenti, uini, & olei in horrea. Et †conſtituimus ſuper horrea Selemiã ſacerdotem, & Sadoch ſcribam, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Anan filium Zachur, filium Mathanię: quoniam fideles comprobati ſunt, & ipſis creditæ ſunt partes fratrũ ſuorum. Memento mei deus meus pro hoc, & ne deleas miſerationes meas quas feci in domo dei mei, & in †ceremoniis eius. In diebus illis uidi in Iuda calcantes torcularia in ſabba-

*Nicolaus de Lyra.*

a ¶Et ſu.hoc erat Eli.ſa.ſ. culpabilis. iõ ſubdit: b ¶Et ꝓxi.to. i. amicus ꝑ mrĩmoniũ nepotis ſui, q erat gener Sanaballat, vt hr̃. j. c. c. & ſic ꝑ cõſequẽs erat amic⁹ Tobiæ, cui Sanaballat erat magna familiaritate cõiunctus, vt dictũ eſt. ſ. iiij. c. ad qđ ſecutũ eſt malũ qđ ſubdit: c ¶Fecit er.ſi ga.grã.ſ. in domo dei. d ¶Et ibi e.añ eũ re.m. i. illa q̃ erãt cõſecrata ad diuinũ cultũ, q̃ fuerũt inde amota, vt ibi vaſa Tobię ponerẽtur: cui⁹ cauſa ſubditur: e ¶In oĩb⁹ &c. non fui in Ie. ꝟbũ ẽ Nehemiæ, qa ſi fuiſſet pñſẽs, hoc nõ pmiſiſſet. ꝓpter qđ ſeqt: f ¶Et ꝓie.va. &c. de gazophy. vbi reponebantur deo ſacrata. g ¶Præce. & emũ.ga. qđ erat cõtaminatũ ex repoſitione vaſorũ hoĩs Gẽtilis & aduerſarij Iudęorũ, vt patet ex ſupradictis. h ¶Et re.ibi va.do.dei. q̃ inde fuerũt ablata, ĩ qb⁹ reponebant deo ſacrata. i ¶Et cogno. Hîc cõſequẽter deſcribitur correctio ſcđi mali, videlicet deſtructio cult⁹ diuini, eò q miniſtris tẽpli nõ dabãt neceſſaria, ſed ſubtrahebãt: & hoc ẽ qđ dr̃: Et cognoui qm̃ ptes Leuitarũ ſibi debitę ꝓ miniſterio tẽpli. k ¶Nõ fuiſ.eis datę. qa Eliaſib ſummus ſacerdos, ptim motus ex Tobiæ Gẽtilis monitiõe, ptim ꝓpter cupiditatẽ talia ſibi retinebat. l ¶Et fu.vnuſq̃ſq;. q̃rẽs ſibi victũ extra Ierl'm. m ¶Et egi cau.ad.ma. i. ſũmũ ſacerdotẽ & alios principales ſibi aſsiſtẽtes. n ¶Et dixi: quare dereliquimus dominum dei. aſſociauit ſe illis in crimine: quãuis eſſet innocens, vt melius inclinaret eos ad correctionem. o ¶Et cõgregaui eos. ſcilicet Leuitas & miniſtros qui receſſerãt. p ¶Et feci
G ſtare in ſta.ſu. Id eſt in officiis templi. q ¶Et omnis Iu.ap.de. ad ſuſtentationẽ eorũ. r ¶Et conſti. ſuper. Id eſt homines fideles ad cuſtodiendum talia, & ad miniſtrandum miniſtris templi. s ¶Memento mei deus me.pro. hoc dixit Nehemias, quia talia faciebat nõ propter fauorẽ humanũ, ſed ꝓpter honorem diuinum. t ¶In diebus il. Hîc cõſequẽter põit correctio tertij mali, videlicet violatiõis ſabbathi, in q̃ Iudæi faciebãt opa ſeruilia, qđ notat cũ dr̃: v ¶Vidi ĩ Iuda &c. qa cũ Gẽtilib⁹ faciebãt cõtractus emptiõis & vẽditionis. qđ notat cũ dicitur: Et Tyrij q

Moraliter ✱ c ¶Fecit er.ſibi gaza. grande &c. Ad intellectũ ſequentiũ ſciendũ, qđ Nehemias murata ciuitate Ierl'm & dedicata, redijt ad regem Perſarum, ſicut promiſerat, ſed circa
†| oblatiões finem dierũ ſuorũ redijt in Ierl'm de licentia regis, vt ſciret ſtatũ ciuitatis, & vt ſepeliret cũ patrib⁹ ſuis, & inuenit q̃dam mala in abſentia ſua facta. iõ ſubdit: e ¶In oĩ &c. non fui Ie. ſed in ſuo reditu correxit illa. Per hoc aũt ſignificat, q abſentia boni pricipis de terra ſua, & boni p̃lati de ſua eccleſia, frequenter ſunt occaſiones malorum in illis pullulantiũ, ſicut præſentia gubernatoris eſt cauſa ſalutis nauis, & eius abſentia periclitationis, vt dicit ij. Phyſicorũ. Per hoc aũt qđ Nehemias rediẽs in Ieruſalẽ mala q̃ pullulauerãt, diligenter correxit, oſtẽdit q princeps bonus rediẽs in terrã ſuã & bonus pręlat⁹ ad ſuã eccl'iam, debẽt eſſe diligentes de malorũ extirpatione, q̃ pullulauerũt abſentię ſuę tpe. Primũ aũt malũ qđ abſente Nehemia pullulauit fuit de admiſsiõe illiciti. Nam Eliaſib p̃poſitus domus dñi ĩ gazophylacio qđ erat factum ad res ſacras ponendũ,
†oblationẽ quas pro parte amouit Eliaſib, & vaſa Tobię Gentilis & Iudęorũ perſecutoris vt
H patet ex ſupradictis ibidem conſeruanda recepit, qđ fieri non debebat. Igitur per iſtum Eliaſib ſignificatur malus prælatus, qui inſufficientes & indignos promouet in eccleſia, & dignos inde repellit. f ¶Et ꝓiecit vaſa Tobiæ foras &c. verba ſunt Nehemiæ. p quẽ ſignificatur pręlat⁹ ſuperior bonus, q debet eſſe ſolicitus de corrigendis defectibus eorũ, & de eorũ eccleſijs in ſtatũ debitũ reformandis. i ¶Et cognoui quoniam partes
†| poſui theſaurarios ſuper theſauros. Leui. Hîc ponitur ſecũdum malum, qđ cõtigit per magiſtratus templi, quia non dederunt Leuitis partes bonorum eis debitas, vñ debebant viuere; propter quod compulſi fuerunt de templo recedere ad alia loca, vbi ſibi poterãt commodũ reperire. & per hoc diuin⁹ cult⁹ fuit multũm diminut⁹. Per iſtos autem magiſtratus templi ſignantur mali p̃latí, qui bona eccleſię debita pauperibus, clericis, & pauperibus alijs conſumunt ĩ pompis & in carnalibus amicis, & illud per Nehemiã. i. p̃latũ ſuperiorẽ debet corrigi, & ĩ ſtatũ debitũ reformari. m ¶Et egi cau.ad.ma. Hîc ponitur remedium per Nehemiam qui fecit apportari decimas ad locum debitum
† vel obſeruationib⁹. in Ieruſalem, & conſtituit homines fideles q diſtribuerent Leuitis fideliter ſuas partes, & ſic reformatus fuit cultus diuinus. t ¶In diebus illis vidi in Iuda calcãtes torcularia. Hîc ponitur tertium malum, qđ cõtigit in abſeniia Nehemiæ, ſcilicet de ſabbathi violatione, nam in illo Iudęi faciebant opera ſeruilia. Tyri etiam qui Gẽtiles erant, inferebãt piſces & alia venalia, quæ vendebant Iudæis: ſed Nehemias appoſuit remedium, per hoc quòd fecit claudi portas Ieruſalem, pręcipiens quòd non aperirentur vſque poſt ſabbathum.
Moraliter ¶Moraliter Ieruſalem eſt fidelis anima, vt frequenter dictum eſt ſuprà. ob ſeruatio verò ſabbathi eſt q̃es aĩæ ĩ deo. hęc aũt q̃es ĩpedit & violatur ꝑ tumultũ negotiorũ exteriorũ, q̃rũ phãtaſię & imaginatiões ĩtrãt ad aĩam ꝑ ſcſ⁹ exteriores, q ſũt portæ moralis Ieruſalem. igit iſte portæ ✱ ſunt clau

A agitur, debēt pro ęterna requie laborare: in die autem futura quaſi ſeptima requiē à dño ſperare. ¶ Tropologicè autē .i. moraliter agūt ſabbathū dño ſacratū, cū ab huius mūdi curis ad tēpus ſeparati orationibus vacāt, & cæleſtiū rerū cōtemplationi purificatā mentē ſuſpendūt. Nā cū ea quę carnis cura flagitant iure gerimus, quaſi in ſex diebus q̄ neceſſaria ſunt, laboramus. Quia ergo illa quibus propter hoc ſeculum indigem⁹, occupamur, ſabbathiſmū v° ò orationū & deuotionis noſtræ in qua vacam⁹ à tpalib⁹, vt ęternitatis gaudia diuti⁹ guſtem⁹, rectè diei ſeptimo aſsignat, qa futurę vitę qetē & beatę laudis imitat. Sed diē ſabbathi alienigenę q̄runt ꝓphanare, cū terrenę cogitatiōes nos in tpe orōnis importunè conturbant, & memoria vel delectatiōe tpalium rerū ab intimo amore retrahūt. Imponūt aſinis vinū, vuas, & ficus & oē onus: & inferunt in Ieruſalem, cū oblectamentis carnalib⁹ ſtultos animi motus onerātes, quietem cordis deo dicatam violare conantur. ſed his improbarū cogitationū tumultib⁹, ne ſabbathū noſtrū inquietēt, cōtradicit Nehemias: cū diſtricta ſolertia iuvāte dño inutiles de corde noſtro & ineptas phātaſias tpe orōnis excludim⁹. Cōteſtatur em̄ eos, vt in die q̄ vendere liceat hmōi cōmercia vēdant, cū hūc ſuis cogitationibus deuota deo aīa modū imponit, vt in tpe orationis à trāſeuntiū rerū curis abſtineāt, nec tñ alijs tpalib⁹ vbi opportunitas dictauerit ab his q̄ ad victū & veſtitū ptinēt, prorſus intuitū auertāt, ſed congruo moderamine diſpēſent. a ¶ Inferentes piſ. Piſcis bonus, ē pia fides, quā q à dño petit ſerpentem infidelitatis nō accipit. Piſcis aūt malus, infirma cogitatio, q̄ ſe curis huius mūdi vltra

B modū immergit, quā nobis Tyrij .i. coanguſtati q̄rūt i ſabbatho vēdere, cū immūdi ſpūs qetē nrę cogitationis iportunę ꝓfundis ſeculi curis obruere tētāt. Sed ꝓ tali mercatu Nehemias optimates obiurgat Iuda & caſtigat, dū diuina inſpiratio eos q ꝓfeſsioni pietatis ſeruire conātur, ab hmōi cogitationib⁹ purgat. b ¶ Factum ē au. Cōſciētia noſtra ſi vitijs purgata deo habitatore gaudet: vocari poteſt Ierſm, cuius portæ ſunt corporei ſenſus, ꝑ quos q̄ foris agūtur ad notitiā noſtrę mētis q̄ſi intrando ptingūt, q̄s i die ſabbathi claudere iubemur, vt cū deo vacare i pſalmis & orationibus q̄rimus, qcqd exteri⁹ agitur ab animo propulſemus, ſolūq; iudicē in occulto libera mente p̄cemur & laudem⁹. & quia nemo repente fit ſūm⁹, ſed longo conuerſatiōis ſanctę ꝓfectu debet qs ad hanc perfectionem & pacē mētis gratia duce peruenire. ideo meritò ſeq tur: c ¶ Dixi quoque Leuitis vt mundarentur. Mundari eos à quotidiano operis exercitio neceſſe eſt, q portas ſenſuum ab incurſu turbulentæ cogitationis cuſtodire cupiunt. ¶ Qui cupit diem ſabbathi ſanctificare .i. otiū oratiōis, pſalmodiæ, lectionis ſanctę & lachymarū ſibi vtilem facere, neceſſe eſt, vt mundetur

Allegori. eius conſcientia multa ſolertia, vt intentionem bonę actionis conſūmare valeat. Qd' etiam allegorico ſēſu de doctorib⁹ fideliū rectè poteſt accipi. Quicūq; enim portas eccleſiæ, fidem .ſ. & opera auditorū per quæ ſola in eccleſiam intratur, à contagio hæreticorū vitiorūq; pulſantium geſtiunt obſeruare, oportet vt prius mentem ſuam & actus purificent ab omni errorum labe. d ¶ Sed & in diebus il. In eccleſia vxores alienigenas ducunt, qui delectationibus ſcelerum quę propriè ſunt Gentilium, conſcientiam polluūt, & filij qui ex his nati ſunt, neſciunt loqui Iudaicè, cùm opera quæ ex mente vitiata prodeunt, nihil in ſe pię profeſsionis oſtendunt: ſed Gentilē potius ſtultitiā quàm eccleſiaſticam caſtitatē ſonant. Azotus enim quæ Hebraicè dicitur Eſdod, ignis verborū vel vberum. Ideoq; tropologicè Azoticè

C loquūtur filij vxorū alienigenarū, cū opa per laſciuiā procreata vltionem æternę combuſtionis expectant. vnde meritò taliū genitores à Nehemia nō ſolū obiurgati & maledicti, ſed & quidam ſunt cæſi: quia neceſſe eſt errantes à doctoribus veritatis acri⁹ coerceri, vt ab vbere ignis vltoris ad vbera diuinæ laudationis trāſferantur. Hæretici quoq;, cū Gentilis prophetię Dialecticę & Rethoricę ſtudijs amplius quam eccleſiaſticæ ſimplicitati operam impendunt, nihil mirum ſi auditores eorum iuxta linguam populi & populi loquuntur, ſcripturas quidem ſctās ore voluentes, ſed Gētili ſenſu īterp̄tātes.

☞ Igitur mun

tho, portantes aceruos & onerantes ſuper aſinos uinum, & uuas, & ficus, & omne onus, & inferentes in Ieruſalem in die ſabbathi. Et conteſtatus ſum eos, ut in die qua uende-

¶ Cum oportet huic ſcilicet ſeculo neceſſaria prouidere.

re liceret, uēderent. Et Tyrij habita a
a uerunt in ea, inferentes piſces & omnia uenalia. Et uendebant in ſabbathis filiis Iuda & Ieruſalem. Et ob b
iurgaui optimates Iuda, & dixi eis: Quę eſt hæc res mala quam uos facitis, & prophanatis diem ſabbathi? Nunquid non hæc fecerunt patres c
noſtri? Et adduxit deus noſter ſuper nos omne malum hoc, & ſuper ciuitatem hanc? Et uos additis iracundiam ſuper Iſraël, uiolando ſabba-
b tum. Factum eſt itaq; † cùm quieuiſ- d
ſent portæ Ieruſalem die ſabbathi, dixi, & clauſerunt ianuas, & pręcepi e
ut non aperirent eas uſq; poſt ſabbathum. Et de pueris meis conſtitui ſuper portas, ut nullus inferret onus in die ſabbathi. Et manſerunt nego- f
tiatores & uendentes uniuerſa uenalia foris Ieruſalem ſemel & bis, & conteſtatus ſum eos, & dixi g
eis: Quare manetis ex aduerſo muri? Si ſecundò hoc feceritis, ma h
num mittam in uos. Itaq; ex tempo
c re illo non uenerunt in ſabbatho. Dixi quoq; Leuitis ut mundarentur, & uenirent ad cuſtodiendas portas, & ſanctificandam diem ſabbathi. Et pro hoc ergo memēto mei deus meus, & parce mihi ſecundum multitu
d dinem miſerationum tuarum. Sed i
& in diebus illis uidi Iudæos ducen- k
tes uxores Azotidas, Ammonitidas, & Moabitidas. Et filij eorum l
ex media parte loquebantur Azoticè, & neſciebant loqui Iudaicè, & m
loquebantur iuxta linguam † populi & populi. Et obiurgaui eos, n

† cū inumbraſſēt portę (.i. cū perueniſſēt vmbræ veſpertinę ad portas &c.)

† vel, cuiuſlibet populi.

## *Nicolaus de Lyra.*

urgẽs explica: ad te eñ ſpectat† negotiũ, & nos tecũ ſum⁹. Viriliter fac. Et exurgẽs Eſdras
adiurauit principes ſacerdotũ & Leuitas, & oẽm Iſraël facere ſecundũ hęc, & iurauerunt. d

ET exurgens Eſdras ab ante atriũ tẽpli, abiit in paſtoforiũ Iona- Cap. IX. e
thæ filij Naſabi, & hoſpitatus illic non guſtauit panẽ, nec aquã bibit, ſup
iniquitatẽ multitudinis. Et facta eſt prędicatio in omni Iudæa & in Ierl'm f
oĩbus qui erant ex captiuitate in Ieruſalẽ congregati, ut quicũq; nõ occur-
rerit biduo† ac triduo dici ſecundũ iudiciũ aſsidentiũ ſeniorum, tollerent
facultates ſuę, & ipſe alienus iudicaret à multitudĩe captiuitatis. Et cõgre
gati ſunt oẽs qui erant ex tribu Iuda & Beniamin in tribus diebus in Ierl'm. Hic menſis eſt
nonus, dies mẽſis uiceſimus. Et ſedit omnis multitudo in area tẽpli, trementes ꝓpter hye-
mẽ pręſentẽ. Et exurgẽs Eſdras, dixit illis: Vos iniquè feciſtis collocantes uobis in matri-
moniũ uxores alienigenas, ut adderetis ad peccata Iſraël, & nũc date cõfeſsionẽ & magni
ficentiã dño deo patrũ noſtrorũ, & pficite uolũtatẽ ipſius, & diſcedite à gentibus terræ, &
ab uxoribus alienigenis. Et clamauit oĩs multitudo, & dixerũt uoce magna: Sicut dixiſti,
faciemus. Sed qm̃ multitudo magna eſt, & tẽpus hybernũ, & non poſſumus in ſubſidiati
ſtare: & hoc opus nõ eſt nobis unius diei, neq; bidui, multũ eñ in his peccauimus, ſtẽt pręg
poſiti multitudinis, & oẽs q nobiſcũ inhabitãt, & quotquot habẽt uxores apud ſe alieĩge-
nas, & aſsiſtãt accepto tp̃e ex omĩ loco p̃ſbyteri, & iudices, uſq; quo ſoluãt irã dñi negotij g
huius. Ionathas aũt filius Ezeli, & Oſias Techã ſuſcepert ſecundũ hęc, & †Boſoramus, &
Leuis, & Sabbatheus: ſimul cooperati ſunt cũ illis. Et ſteterunt ſecundũ hęc oĩa uniuerſi,
qui erãt ex captiuitate. Et elegit ſibi uiros Eſdras ſacerdos principes magnos de patribus
eorũ ſecnudũ noĩa, & cõſederũt nouilunio mẽſis decimi examĩare negotiũ iſtud. Et deter h
minatũ eſt de uiris, q habebãt uxores alienigenas, uſq; ad neomeniã primi menſis, & inuẽ
ti ſunt ex ſacerdotibus pmiſti q habebant uxores alienigenas. Ex filiis Ieſu, filij Ioſedec &
fratribus eius, Maſeas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus, & iniecerũt manus ut expelle i
rẽt uxores ſuas, & ad litandũ in exorationẽ arietẽ pro ignorãtia ſua. Et ex filiis Sẽmeri: Ma k l
ſeas, & Eſſes, & Ieelech, Azarias. Et ex filiis Foſere, †Limoſias, †Hiſmaenis & Nathaneæ
Iuſsio, Reddus, & Talſas. Et ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Fa-
ćteas, & Coluas, & Elionas. Et ex ſacris cãtoribus, Eliaſib, Zaccarus. Et ex Oſtiariis Salu-
B mus, & Tolbanes, & ex Iſrl': ex filiis Foro, Oſi, & Remias, & Geddias, & Melchias, & Mi
chel⁹ & Eleazar⁹, & Iãmebias & Bãnas. Et ex filiis Iolamã, Chamas & Zacharias, & †Iez-
relus, & Ioddius, & Erimoth, & Helias. Et ex filiis Zathoin, Eliadas & Liaſum⁹, Zochias,
& Larimoth, & Zabdis, & Tebedias. Et ex filiis Zebes, Iohãnes, & Amanias: & Zabdias
& †Emẽs. Et ex filiis Bãni, Olamus & Malluch⁹, & Iedde⁹, & Iaſub & Aſab⁹ & Ierimoth.
Et ex filiis Addin, Naathus, & Mooſias, & †Cale⁹ & Raanas, Maaſeas, Mathathias & Be-
ſeel & Bõn⁹ & Manaſſes. Et ex filiis Nuae, Noneas & Afeas & Melchias, & Sameas & Si-
mon, Bẽiamin, & Malchus, & Marras. Et ex filiis Aſom, Carianeus Mathathias, & Bãnus
& Eliphalach & Manaſſes & Semei. Et ex filiis †Bãni, Ieremias, & Moodias, & Abramus
& Iohel, & Baneas, & Pelias, & Ionas, & Marimoth, & Eliaſib, & Mathaneus, & Eliaſis,
& Oriſas, & Dielus, & Semedius, & Zãbris, & Ioſephus. Et ex filiis Nobei, Idelus, & Ma-
thathias, & Sabadus, & Zecheda, Sedmi, & Ieſſei, Baneas. Oẽs iſti coniunxerunt ſibi uxo
res alienigenas, & † dimiſerunt eas cum filiis. Et inhabitauerũt ſacerdotes & Leuitę, & qui m
erant ex Iſraël in Ieruſalem, & in tota una regione, nouilunio mẽſis ſeptimi. Et erãt filij Iſ-
raël in cõmorationibus ſuis. Et cõgregata eſt oĩs multitudo ſimul in areã, quę eſt ab orien n
te portę ſacrę. Et dixerũt Eſdræ põtifici & lectori, ut afferret legem Moyſi, quę tradita eſt à
dño deo Iſraël. Et attulit Eſdras põtifex legem omĩ multitudini eorũ, à uiro uſq; ad mulie
rem, & oĩbus ſacerdotibus audire legẽ nouilunio mẽſis ſeptimi. Et legebat in area quę eſt
ante ſacrã portã tẽpli, à primá luce uſq; ad ueſperã, corã uiris & mulieribus. Et dederũt oẽs
ſenſum ad legẽ. Et ſtetit Eſdras ſacerdos, & lector legis ſup ligneum tribunal, quòd fabri
catũ erat. Et ſteterũt ad eum Mathathias & Samus, Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias &
Balſamus ad dexterã & ad ſiniſtrã, Faldeus, Miſaël, Malachias, Abuſthas, Sabus, Naba-
dias & Zacharias. Et aſſumpſit Eſdras librũ corã omĩ multitudine, p̃ſidebat eñ in gloria
in conſpectu oĩm. Et cũ abſoluiſſet legẽ, oẽs† erecti ſteterũt, & bñdixit Eſdras dñm deũ al- o
tiſsimũ, deũ Sabaoth omĩpotentẽ. Et rñdit oĩs populus, Amen. Et eleuatis ſurſum mani-
bus, ꝓcidentes in terrã, adorauerũt dñm: Ieſus, & Banaeus, & Sarebias, & Iaddim⁹ & Accu
bus & Sabbatheus & Calithes & Azarias & Ioradus & Ananias & Philias Leuitę: q doce
bant legẽ dñi: & in multitudĩe legebãt legẽ dñi & p̃ferebãt ſinguli eos, q intelligebãt lectio- p
nẽ. Et dixit Atharathes Eſdrę põtifici & lectori & Leuitis q docebãt ml'titudinẽ, dicẽs, Dies q

ꝯſequenter ponit̃ Iſraël ab C
alienigenis ſeq̃ſtratio. Circa
quod priò deſcribit̃ popu-
li cõſenſus. ſecundò ſepatio
nis actus. ix. ca. ibi: Et cõſede
runt. Prĩa in duas, quia pri-
mò ponit̃ conſenſus princi-
pũ: ſecũdò vulgariũ, in prin
cipio. ix. ca. Sñia primę par
tis patet ex dictis. j. Eſdrę. x.
exceptis quæ ſequuntur.
a ¶ Et cũ cla. ad facien-
dũ ſilentiũ vt melius audire
tur. b ¶ Dixit. hęc eſt
vera lr̃a, vt patet ex. j. Eſd.
ix. ꝓpter quod aliqui libri
malè habent hic Eſdras.
c ¶ Et nunc. ſ. pctm̃ hoc
& pnĩa de hoc pctõ, vt hr̃. j.
Eſdrę. x. d ¶ Adiurauit.
Iſtud & oẽm Iſraël ponit̃ p
anticipationẽ. Nam hoc fa-
ctum fuit poſtea, vt patebit
capi. ſe.

## NIC. DE LY.

Cap. IX.

ET exurgẽs. Hîc
cõſequenter po-
nit̃ conſenſus po
pulariũ. & patet
ſnĩa ex dictis. j. Eſdrę. x. exce
ptis quę ſequunt̃. f ¶ Et
facta eſt. i. publica denũ-
tiatio. g ¶ Vſq; quo ſol.
i. pacificent p debitã ſatiſfa-
ctionẽ. h ¶ Et conſede.
Hîc cõſequẽter deſcribit̃ ſe
queſtratiõis actus, & diuidit̃
in duas partes, qa priò de-
ſcribit̃ hęc ſeq̃ſtratio. ſecũdò
populi ſegregati & puriſi-
cati legalis inſtructio, ibi: D
Et inhabitauerũt. Sñia pri-
męptis patet ex dictis. j. Eſd.
x. poſt mediũ capituli vſq;
in finẽ, exceptis quę ſequun
tur. i ¶ Et iniecerunt.
i. iunxerunt eas inuicem ad
cõfirmationem præpoſiti.
k ¶ Et ad lit. i. ſacrificãdũ.
l ¶ In exora. Tp̃e nãq;
ſacrificij cãtabãt Leuitę pro
ignorãtia ſua. diu nãq; fue-
runt in captiuitate inter Gẽ
tiles, vbi nõ erãt exercitati
in lege: & ſic multi ſimplices
ignorabãt illicitum eẽ ſibi
cũ mulieribus alienigenis
matrimonium cõtrahere.
m ¶ Inhabi. Hîc cõſequẽ
ter ponit̃ populi Iſraël ab
alienigenis mulieribus ſepa
ti inſtructio, & patet ſnĩa ex
dictis Neemię. viij. exceptis
quę ſequunt̃. n ¶ Ab
oriente portæ ſacræ.
Neemiæ. viij. vocat̃ porta
aquarũ, & porta fontis. iij.
ca. hîc aũt dicit̃ porta ſacra,
quia p eam patebat ingreſ-
ſus ad atriũ ſacerdotũ & tẽ
plum, quę dicebant̃ loca ſa-
cra. o ¶ Et cum. i. ape-
ruiſſet librũ legis, vt patet
Neemię. ix. p ¶ Et in
multitudine legebant.
i. interpretabant̃ vulgarizã
do ſimplicib⁹, vt patet Ne
emię. viij. q ¶ Dies hic.
i. deputatus ad diuinas lau-
des & obſequia. Cui eſt ho-
nor & gloria in ſecula ſecu-
lorum. Amen.

† hos
† vel
† Ioſoramus
† Lioma ſias.
† Iſmaer⁹
† Ezrelus
† Emetis
† Calenius
† Benthit
† diuiſerũt

F hic ſanctus eſt domino. Et omnes flebant cùm audiſſent legem. Et dixit Eſdras: Digreſsi ergo mãducate pinguiſsima G
quæcq;, & bibite dulciſsima quæcq;, & mittite munera his qui non habent. Sanctus eſt enim hic dies domini, & nolite
mœſti eſſe. Dominus enim clarificabit uos. Et Leuitę denuntiabant in publico omnibus, dicẽtes: Dies hic ſanctus eſt.
Nolite mœſti eſſe. Et abierunt omnes manducare & bibere & epulari, & dare munera his qui non habebant: ut epu-
lentur. Magnificè enim ſunt exaltati uerbis quibus edocti ſunt. Et congregati ſunt uniuerſi in Ieruſalem celebrare lę-
tiam, ſecundum teſtamentum domini dei Iſraël.

# Liber Eſdræ quartus qui inter apocrypha ponitur.

LIBER Eſdræ prophetæ ſecundus, filij Sarei, filij Azarei, filij Helchiæ, filij Sadaniæ, fi-
lij Sadoch, filij Achitob, filij Achię, filij Phinees, filij Eli, filij Amerię, filij Aziei, filij Ma-
rimoth, filij Arna, filij Ozię, filij Borith, filij Abiſei, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aarõ,
ex tribu Leui: qui fuit captiuus in regione Medorum in regno Artaxerxis regis Perſa-
rum. Et factũ eſt uerbũ domini ad me, dicẽs: Vade & nũtia populo meo facinora ipſo-
rum, & filiis eorum iniquitates quas in me admiſerunt, ut nuntient filiis filiorum, quia
peccata parẽtum ipſorũ in illis creuerunt. Obliti enim mei ſacrificauerunt diis alienis.
Nónne ego eduxi eos de terra Ægypti, de domo ſeruitutis? Ipſi autẽ irritauerũt me, &
conſilia mea ſpreuerunt. Tu autẽ excute comã capitis tui, & proiice omnia mala ſuper
illos, quoniam non obedierunt legi meę. Populus autem eſt indiſciplinatus. Vſq;quo
eos ſuſtinebo quibus tanta beneficia cõtuli? Reges multos propter eos ſubuerti, Pha-
raonem cum pueris ſuis & omnem exercitum eius percuſsi. Omnes gẽtes à facie eorũ perdidi, & in oriente prouincia-
rum duarum populos Tyri & Sidonis diſsipaui, & omnes aduerſarios eorum interfeci. Tu uerò loquere ad eos di-
cens: Hæc dicit dominus: Nempe ego uos per mare tranſmeaui, & plateas uobis initio munitas exhibui. Ducem uo-
bis dedi Moyſen, & Aaron ſacerdotem: lucem uobis per columnam ignis præſtiti, & magna mirabilia feci in uobis.
Vos autem mei obliti eſtis, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Coturnix uobis in ſigno fuit, caſtra uobis
ad tutelam dedi, & illic murmuraſtis, & non triumphaſtis in nomine meo de perditione inimicorum ueſtrorum, ſed
F adhuc nunc uſq; murmuraſtis. Vbi ſunt beneficia quæ præſtiti uobis? Nónne in deſerto cùm eſurĭretis proclama-
ſtis ad me dicentes: ut quid nos in deſertum iſtud adduxiſti interficere nos? Melius nobis fuerat ſeruire Ægytiis, ꝙ
mori in deſerto hoc. Ego dolui gemitus ueſtros, & dedi uobis manna in eſcam. Panem angelorum manducaſtis. Nón-
ne cùm ſitiretis, petram excîdi, & fluxerunt aquæ in ſaturitate? Propter æſtus, foliis arborum uos texi. Diuiſi uobis H
terras pingues, Chananęos, & Pherezæos, & Philiſthæos à facie ueſtra proieci. Quid faciam uobis adhuc dicit domi-
nus? Hęc dicit dominus omnipotens: In deſerto cùm eſſetis in flumine Amorrhęo ſitientes & blaſphemantes nomen
meum, non ignem uobis pro blaſphemiis dedi, ſed mittens lignũ in aquam, dulce feci flumẽ. Quid tibi faciam Iacob?
Noluiſti obedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meũ, ut cuſtodiant legitima mea. Quoniam
me dereliquiſtis, & ego uos derelinquã. Petentibus uobis à me miſericordiã, non miſerebor: quando inuocabitis me,
ego non exaudiã uos. Maculaſtis enim manus ueſtras ſanguine, & pedes ueſtri impigri ſunt ad cõmittenda homicidia.
Nõ quaſi me dereliquiſtis, ſed uoſipſos, dicit dominus. Hęc dicit dominus omnipotens: Nõne ego uos rogaui: ut pa-
ter filios, & ut mater filias, & ut nutrix paruulos ſuos: ut eſſetis mihi in populum, & ego uobis in deum, & uos mihi in
filios, & ego uobis in patrem? Ita uos collegi: ut gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modò autem, quid faciam uobis?
Proĳciam uos à facie mea. Oblationem cùm mihi attuleritis, auertam faciem meã à uobis. Dies enim feſtos ueſtros &
neomenias, & circũciſiones repudiaui: ego miſi pueros meos prophetas ad uos, quos acceptos interfeciſtis & laniaſtis
corpora eorum: quorum ſanguinem exquiram, dicit dominus. Hæc dicit dominus omnipotens: Domus ueſtra de-
ſerta eſt: proĳciam uos ſicut uentus ſtipulam, & filij procreationem non facient: quoniam mandatum meum neglexe-
rùnt, & quod malum eſt coram me fecerunt. Tradam domos ueſtras populo uenienti, qui me non audientes credunt,
quibus ſigna non oſtendi, facient quæ præcepi. Prophetas nõ uiderunt, & memorabũtur iniquitatum eorum. Teſtor
populi uenientis gratiam, cuius paruuli exultant cum lætitia: me non uidentes oculis carnalibus, ſed ſpiritu creden-
tes quæ dixi. Et nunc frater aſpice quæ gloria, & uide populum uenientem ab oriente, quibus dabo ducatũ Abraham,
Iſaac, & Iacob, & Oſee, & Amos, & Michęę, & Iohel, & Abdiæ, & Ionæ, & Naum, & Abacuc, Sophoniæ, Aggæi, Za-
chariæ, & Malachiæ, qui & angelus domini uocatus eſt.

## CAP. II.

HÆc dicit dominus: Ego eduxi populũ iſtum de ſeruitute, quibus mandata dedi per pueros meos pro-
phetas quos audire noluerũt: ſed irrita fecerunt mea cõſilia. Mater quæ eos generauit, dicit illis: Ite fi-
lij, quia ego uidua ſum & derelicta. Educaui uos cũ lętitia, & amiſi uos cũ luctu & triſtitia. Quoniam
peccaſtis coram dño deo ueſtro, & quod malũ eſt, corã eo feciſtis. Modò autẽ quid faciã uobis? Ego
uidua ſum & derelicta. Ite filij, & petite à domino miſericordiam. Ego autem te pater teſtem inuoco
ſuper matrem filiorum, qui noluerunt teſtamentum meum ſeruare: ut des eis confuſionẽ & matrem
eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. Diſpergantur in gentes nomina eorum, deleantur à terra, quoniã ſpre-

A uerunt ſacramētū meum. Væ tibi Aſſur, qui abſcōdis iniquos penes te. Gens mala memorare quid fecerim Sodomę C
& Gomorrhæ, quorū terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerū: Sic dabo eos q me nō audierūt, dicit dn̄s omnipo-
tēs. Hęc dicit dn̄s ad Eſdrā: Nuntia populo meo, qm̄ dabo eis regnū Ieruſalem quod daturus erā Iſraël. Et ſumam mi
hi gloriā illorū, & dabo eis tabernacula æterna quę pręparauerā illis. Lignū uitę erit illis in odore unguenti, & nō la-
borabūt neq; fatigabuntur. Ite, & accipietis. Rogate uobis dies paucos, ut immorentur. Iā paratū eſt uobis regnū. Vi
gilate: Teſtare cælum & terram. Cōtriui enim malū & creaui bonum: quia uiuo ego dicit dominus. Mater amplecte-
re filios tuos, educa illos cū lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum, quoniā te elegi dicit dominus. Et reſuſcita-
bo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educā illos, quoniā cognoui nomē meū in Iſraël. Noli timere mater filio-
rum, quoniā te elegi dicit dominus. Mittā tibi adiutoriū pueros meos Eſaiam & Ieremiā, ad quorum cōſilium ſanctifi
caui, & paraui tibi arbores duodecim, grauatas uarijs fructibus, & totidē fontes fluentes lac & mel, & montes immen
ſos ſeptem, habentes roſam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. Viduā iuſtifica, pupillo iudica, egenti da,
orphanum tuere, nudum ueſti, cōfractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cæcū ad uiſionē
claritatis meæ admitte. Senē & iuuenē intra muros tuos ſerua, mortuos ubi inueneris ſignans cōmenda ſepulchro, &
dabo tibi primā ſeſſionē in reſurrectione mea. Pauſa, & quieſce populus meus: quia ueniet requies tua. Nutrix bona
nutri filios tuos, confirma pedes eorum. Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. Ego enim eos requirā de numero
tuo, noli fatigari. Cùm enim uenerit dies pręſſurę & anguſtię, alij plorabunt & triſtes erunt, tu autē hilaris & copioſa
eris, zelabunt gētes, & nil aduerſus te poterūt, dicit dominus. Manus meæ tegent te, ne filij tui gehēnam uideant. Iocū
dare mater cum filijs tuis: quia ego te eripiam, dicit dominus. Filios tuos dormientes memorare, quoniā ego eos edu-
cam de lateribus terræ, & miſericordiā cū illis faciā, quoniā miſericors ſum, dicit dominus omnipotens. Amplectere
natos tuos uſq; dū uenio & pręſtē illis miſericordiā, quoniā exuberāt fontes mei, & gratia mea nō deficiet. Ego Eſdras
pręceptum accepi à domino in mōte Oreb, ut irē ad Iſraël. Ad quos cùm uenirē, reprobauerūt me, & reſpuerunt man
datum domini. Ideoq; uobis dico gentes, quę auditis & intelligitis. Expectate paſtorē ueſtrum, requiē æternitatis da-
bit uobis: quoniā in ꝓximo eſt ille qui in fine ſeculi adueniet. Parati eſtote ad pręmia regni, quia lux perpetua lucebit
uobis per æternitatē temporis. Fugite umbrā ſeculi huius. Accipite iucunditatē gloriæ ueſtræ. Ego teſtor palā ſaluato
rem meum, cōmendatum donum accipite & iocundamini gratias agētes ei, qui uos ad cęleſtia regna uocauit. Surgite
& ſtate, & uidete numerum ſignatorum in cōuiuio domini. Qui ſe de umbra ſeculi trāſtulerūt, ſplēdidas tunicas à do-
mino acceperunt. Reſpice Sion numerū tuum, & conclude cādidatos tuos qui legē domini cōpleuerunt. Filiorū tuo-
rum quos optabas plenus eſt numerus. Roga imperiū domini, ut ſanctificetur populus tuus, qui uocatus eſt ab initio.
Ego Eſdras uidi in mōte Sion turbā magnā quā numerare nō potui, & omnes canticis collaudabant dominum. Et in
medio eorum erat iuuenis ſtatura celſus, eminētior omnibus illis, & ſingulis eorum capitibus imponebat coronas &
magis exaltabatur. Ego autē miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelum & dixi: Qui ſunt hi domine? Qui reſpon-
dens, dixit mihi: Hi ſunt qui mortalē tunicā depoſuerunt, & immortalē ſumpſerūt, & confeſsi ſunt nomen dei. Modò
coronātur & accipiunt palmas. Et dixi angelo: Ille iuuenis quis eſt, qui eis coronas imponit & palmas in manus tra-
dit? Et reſpōdens dixit mihi: Ipſe eſt filius dei, quē in ſeculo cōfeſsi ſunt. Ego aūt magnificare eos cœpi, qui fortiter pro
B nomine dn̄i ſteterunt. Tunc dixit mihi angelus: Vade, annūtia populo meo qualia & quanta mirabilia dn̄i dei uidiſti. D

## CAP. III.

ANno triceſimo ruinę ciuitatis erā in Babylone, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo recumbens. Et cogitatiōes meæ aſcēdebāt ſuper cor meū, quoniam uidi deſertionem Sion, & abundantiā eorum qui habitabant in Babylone. Et uentilatus eſt ſpiritus meus ualde. Et cœpi loqui ad altiſsimum uerba timorata, & dixi: O dominator domine, tu dixiſti ab initio quando plantaſti terrā, & hoc ſolus, & imperaſti populo, & dediſti Adā corpus mortuum: ſed & ipſum figmētum manuum tuarum erat: & inſufflaſti in eum ſpiritū uitæ, & factus eſt uiuens corā te, & induxiſti eum in Paradiſum quē plantauerat dextera tua anteq; terra aduentaret. Et huic mandaſti diligere uiā tuam & pręteriuit eam, & ſtatim inſtituiſti in eo mortē & in natiōibus eius, & natæ ſunt gentes & tribus & populi & cognationes, quarum nō eſt numerus. Et ambulauit unaquęq; gens in uolūtate ſua, & mira agebāt corā te, & ſpernebant pręcepta tua. Iterū autem in tp̄e induxiſti diluuium ſuper inhabitātes ſeculū, & perdidiſti eos. Et factū eſt in unoquoq; eorū ſicut Adæ mori, ſic his diluuiū. Dereliquiſti autē unū ex his Noe cum domo ſua, & ex eo iuſti omnes. Et factū eſt cū cœpiſſent multiplicari qui habitabāt ſuper terrā, multiplicauerūt filios & populos & gentes multas, & cœperūt iterato impietatē facere plus quā priores. Et factū eſt cū iniquitatē facerēt corā te, elegiſti tibi uirū ex his cui nomē erat Abraham. Et dilexiſti eū, & demonſtraſti ei ſoli uoluntatē tuā. Et diſpoſuiſti ei teſtamentū æternum, & dixiſti ei, ut nō unq; derelinqueres ſemē eius. Et dediſti ei Iſaac, & Iſaac dediſti Iacob & Eſau. Et ſegregaſti tibi Iacob, Eſau autē ſeparaſti. Et factus eſt Iacob in multitudine magna. Et factū eſt, cū educeres ſemē eius ex Ægypto, adduxiſti ſuper montē Sina. Et inclinaſti cælos & ſtatuiſti terrā, & cōmouiſti orbē, & tremere feciſti abyſſos, & conturbaſti ſeculū: & trāſijt gloria tua portas quatuor ignis & terræmotus & ſpiritus & gelu, ut dares ſemini Iacob legē, & generatiōi Iſraël diligētiā. Et nō abſtuliſti ab eis cor malignū, ut faceret lex tua in eis fructū. Cor em̄ malignū baiulās primus Adā trāſgreſſus & uictus eſt, ſed & oēs qui de eo nati ſunt. Et facta eſt permanēs infirmitas, & lex cū corde populi cū malignitate radicis, & diſceſsit quod bonū eſt, & māſit malignū. Et trāſierunt tēpora, & finiti ſunt anni, & ſuſcitaſti tibi ſeruum nomine Dauid, & dixiſti ei: ędificare ciuitatē nominis tui, & offerre ibi in eadē thus & oblatiōes. Et factum eſt hoc annis multis, & deliquerūt qui habitabāt ciuitatē, in omnibus faciētes, ſicut fecit Adā & oēs generatiōes eius. Vtebātur enim & ipſi corde maligno. Et tradidiſti ciuitatē tuā in manibus inimicorū tuorum. Nūquid meliora faciunt qui habitant Babylonē? Et propter hoc dominabiť Siō. Factū eſt cū ueniſſem huc, & uidiſſem impietates quarum non eſt numerus, & delinquentes multos, uidit anima mea

E hoc triceſimo anno & excellit cor meũ: quoniã uidi quõ ſuſtines eos peccãtes & pepercisti impiè agẽtibus, & perdidiſti G
populũ tuũ, & cõſeruaſti inimicos tuos, & nõ ſignificaſti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui uia hæc. Nũquid
meliora facit Babylon q̃ Sion, aut alia gens cognouit te præter Iſraël? Aut quæ tribus crediderũt teſtamẽtis tuis ſicut
Iacob? Quarũ merces nõ cõparuit, neq; labor fructificauit. Pertranſiens enim pertranſiui in gentibus, & uidi abundã-
tes eas, & non memorãtes mandatorum tuorũ. Nunc ergo põdera in ſtatera noſtras iniquitates, & eorum qui habitant
in ſeculo, & nõ inuenietur nomẽ tuũ niſi in Iſraël. Aut quando non peccauerũt in cõſpectu tuo, qui habitant terram, aut
quę gens ſic obſeruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies ſeruaſſe mandata tua, gẽtes autẽ nõ inuenies.

## CAP. IIII.

E T reſpõdit ad me angelus, qui miſſus eſt ad me, cui nomen Vriel, & dixit mihi: Excedẽs exceſsit cor tuum
in ſeculo hoc, & comprehẽdere cogitas uiã altiſsimi. Et dixi: Ita domine meus. Et reſpondit mihi, & dixit:
Tres uias miſſus ſum oſtẽdere tibi, & tres ſimilitudines proponere coram te, de quibus mihi ſi renuntiaue-
ris unã ex his, & ego tibi demonſtrabo uiam quam deſideras uidere, & docebo te unde ſit cor malignum.
Et dixi, loquere domine meus. Et dixit ad me: Vade pondera mihi ignis pondus, aut menſura mihi fla-
tum uenti, aut reuoca mihi diem quæ præterijt. Et reſpondi, & dixi: Quis natorum poterit facere, ut me interro-
ges de his? Et dixit ad me: Si eſſem interrogans te, dicens: Quantæ habitationes ſunt in corde maris, aut quãtę uenę ſunt
in principio abyſsi, aut quãtæ uenæ ſunt ſuper firmamẽtũ, aut qui ſunt exitus Paradiſi? diceres mihi fortaſsis: in abyſ-
ſum nõ deſcendi, neq; in infernũ adhuc, neq; in cælũ unq̃; aſcẽdi. Nunc autem nõ interrogaui te niſi de igne, & uento, &
die, per quẽ tranſiſti: & à quibus ſeparari nõ potes, & nõ reſpondiſti mihi de eis. Et dixit mihi: Tu quę tua ſunt, tecũ co-
adoleſcentia nõ potes cognoſcere. Et quomodo poterit uas tuũ capere altiſsimi uiã, & iã exterius corrupto ſeculo intel-
ligere corruptionẽ euidẽtẽ in facie mea? Et dixi illi: Melius erat nos nõ eſſe, q̃ adhuc uiuentes uiuere in impietatibus, &
pati, & nõ intelligere de qua re. Et reſpondit ad me, & dixit: Proficiſcens profectus ſum ad ſyluã lignorũ campi, & cogi-
tauerunt cogitationẽ, & dixerũt: Venite, & eamus, & faciamus ad mare bellũ: ut recedat corã nobis, & faciamus nobis
alias ſyluas. Et ſimiliter fluctus maris, & ipſi cogitauerũt cogitationẽ, & dixerũt: Venite aſcendentes debellemus ſyluas
campi, ut & ibi cõſumemus nobiſmetipſis aliã regionẽ. Et factus eſt cogitatus ſyluę in uanũ. Venit enim ignis, & cõſum-
pſit eã. Similiter & cogitatus fluctuũ maris. Stetit enim arena, & prohibuit eos. Si enim eſſes iudex horũ, quem incipe-
res iuſtificare, aut quẽ cõdemnare? Et reſpõdi, & dixi: Vtiq; uanã cogitationẽ cogitauerũt. Terra enim data eſt ſyluæ &
mari locus, portare fluctus ſuos. Et reſpõdit ad me, & dixit: Bene tu iudicaſti. Et quare nõ iudicaſti tibimetipſi? Queãd-
modũ enim terra ſyluę data eſt, & mare fluctibus ſuis: ſic qui ſuper terrã inhabitant quæ ſunt ſuper terram intelligere ſo-
F lũmodo poſſunt: & qui ſuper cęlos, quæ ſuper altitudinẽ cælorũ. Et reſpõdi, & dixi: Deprecor te domine, ut mihi detur
ſenſus intelligẽdi. Nõ enim uolui interrogare de ſuperioribus tuis, ſed de his quæ pertrãſeunt per nos quotidie: propter
quid Iſraël datus in opprobrium gẽtibus, quẽ dilexiſti populũ datus eſt tribubus impijs: & lex patrũ noſtrorũ in interi-
tũ deducta eſt, & diſpoſitiones ſcriptæ nuſq; ſunt: & pertrãſiuimus de ſeculo ut locuſtæ, & uita noſtra ſtupor & pauor.
Et nec digni ſumus miſericordiã cõſequi. Sed q̃d faciet nomini ſuo, quod inuocatũ eſt ſuper nos? Et de his interrogaui,
& r̃ndit ad me, & dixit: Si fueris plurimũ ſcrutatus, frequẽter miraberis. Quoniã feſtinãs feſtinat ſeculũ pertrãſire, & nõ H
cupit portare quæ in futuris tẽporibus, iuſtis repromiſſa ſunt: q̃m plenũ iniuſtitia eſt ſeculũ hoc, & infirmitatibus. De
quibus aũt interrogas, dicã: Seminatũ eſt enim malũ, & necdũ uẽnit deſtructio ipſius. Si ergo non inuerſum fuerit quod
ſeminatũ eſt, & diſceſſerit locus ubi ſeminatũ eſt malũ, nõ ueniet ubi ſeminatũ eſt bonũ. Q̃m gramẽ ſeminis mali ſemi-
natũ eſt in corde Adã ab initio, & quãtũ impietatis g̃nauit uſq; nũc & generat, uſq; cũ ueniat area? Æſtima autẽ apud te
gramẽ mali ſeminis quãtũ fructũ impietatis g̃nauit, quãdo ſecatę fuerint ſpicæ quarũ non eſt numerus, q̃ magnã aream
incipiẽt facere. Et reſpõdi, & dixi: Quomodo, & q̃n hæc? Quare modici & mali anni noſtri? Et reſpõdit ad me, & dixit
mihi: Non feſtines tu ſuper altiſsimũ. Tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. Nã exceſſus tuus multus. Nõne de his
interrogauerũt animę iuſtorũ in prõptuarijs ſuis, dicẽtes: Vſq; quo ſpero ſic & q̃n ueniet fructus areæ mercedis noſtræ?
Et r̃ndit ad ea Ieremiel archangelus, & dixit: Q̃m impletus fuerit numerus ſeminũ in uobis, q̃m in ſtatera põderauit ſe-
culũ: & mẽſura mẽſurauit tẽpora, & nũero numerauit tẽpora, & non cõmouit, nec excitauit uſq; dũ impleatur prædicta
mẽſura. Et r̃ndi, & dixi O dñator dñe, ſed & nos oẽs pleni ſumus impietate. Et ne fortè propter nos nõ impleãtur iuſto-
rũ areæ, ꝓpter peccata inhabitãtiũ ſuper terrã. Et r̃ndit ad me, & dixit: Vade, & interroga prægnãtẽ, ſi q̃n impleuerit no-
uẽ mẽſes ſuos, adhuc poterit matrix eius retinere partũ in ſemetipſa. Et dixi: Nõ põt dñe. Et dixit ad me: In inferno prõ-
ptuaria animarũ, matrici aſsimilata ſunt. Queãdmodũ enim illa feſtinat quæ parit effugere neceſsitatẽ partus, ſic & hęc
feſtinat reddere ea quæ cõmẽdata ſunt. Ab initio tibi demõſtrabitur de his quæ cõcupiſcis uidere. Et reſpondi, & dixi:
Si inueni gratiã ante oculos tuos, & ſi poſsibile eſt, & ſi idoneus ſum demõſtra mihi, ſi plus q̃ præteritũ ſit, habet uenire
aut plura pertranſierũt ſuprà q̃ futurũ eſt. Quid pertranſiuit ſcio: quid autẽ futurũ ſit, ignoro. Et dixit ad me: Sta ſuper
dexterã partẽ, & demonſtrabo tibi interpretationẽ ſimilitudinis. Et ſteti & uidi, & ecce fornax ardẽs trãſijt coram me.
Et factũ eſt cũ trãſiret flamma, uidi: & ecce ſuperauit fumus. Poſt hæc trãſijt corã me nubes plena aquæ, & immiſit plu-
uiã impetu multã. Et cũ trãſiſſet impetus pluuiæ ſuperauerũt in ea guttæ. Et dixit ad me: Cogita tibi. Sicut creſcit pluuia
amplius q̃ guttæ, & ignis q̃ fumus: ſic ſuperabundauit quæ trãſiuit mẽſura. Superauerũt autẽ guttæ & fumus. Et oraui,
& dixi: Putas uiuo uſq; in diebus illis? Vel quid erit in diebus illis? Reſpõdit ad me, & dixit: De ſignis de
quibus me interrogas, ex parte poſſum tibi dicere, de uita autẽ tua nõ ſum miſſus dicere tibi: ſed neſcio.

## CAP. V.

E E ſignis autẽ: ecce dies uenient in quibus apprehẽdentur qui inhabitãt terrã in cẽſu multo, & abſcõdetur
ueritatis uia, & ſterilis erit à fide regio, & multiplicabitur iniuſtitia ſuper hãc quã ipſe tu uides, & ſup quã
audiſti olim: & erit impoſitio ueſtigio quã nũc uides regnare regionẽ, & uidebũt eã deſertã. Si autem tibi-

A dederit altiſsim⁹ uiuere, uidebis poſt tertiã tubã, & relucеſcet ſubitò ſol noctu, & luna ter in die, & de ligno ſanguis C
ſtillabit, & lapis dabit uocem ſuã, & populi cõmouebũtur, & regnabit quẽ nõ ſperãt, q inhabitãt ſu p terrã, & uo-
latilia cõmigrationẽ faciẽt, & mare Sodomiticũ piſces reijciet, & dabit uocẽ noctu, quã nõ nouerãt multi. Oẽs aũt
audiẽt uocẽ eius, & chaos fiet p loca multa, & ignis frequẽter remittet, & beſtiæ agreſtes tranſmigrabũt, & mulie-
res menſtruatæ parient monſtra, & in dulcibus aqs ſalſæ inuenient, & amici oẽs ſemetipſos expugnabunt, & abſ-
condet tũc ſenſus, & intellectus ſeparabit in promptuariũ ſuũ, & quęret à multis, & nõ inueniet, & multiplicabit
iniuſtitia & incõtinentia ſup terrã. Et interrogabit regio ꝓximã ſuã, & dicet: Nũqd p te ptrãſijt iuſtitia iuſtum fa-
ciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tempore, & ſperabũt hoĩes, & nõ impetrabũt: laborabũt, & non dirigent uię
eorum. Hæc ſigna dicere tibi permiſſum eſt mihi. Et ſi oraueris iterum, & ploraueris ſicut & nunc, & ieiunaueris
ſeptẽ diebus: audies iterato horũ maiora. Et euigilaui, & corpus meũ horruit ualde, & aĩa mea laborauit ut defice
ret. Et tenuit me q uẽnit angelus q loquebat in me, & confortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes. Et factũ eſt in no-
cte ſecunda, & uẽnit ad me Salathiel dux populi, & dixit mihi: Vbi eras? Et quare uultus tuus triſtis? An neſcis
quoniam tibi creditus eſt Iſraël in regione tranſmigrationis eorum? Exurge ergo & guſta panem, & nõ derelin-
quas nos ſicut paſtor gregẽ ſuũ in manibus luporũ malignorum. Et dixi ei: Vade à me, & nõ appropies ad me.
Et audiuit ut dixi, & receſsit à me. Et ego ieiunaui diebus ſeptẽ ululãs & plorãs, ſicut mihi mãdauit Vriel angelus.
Et factũ eſt poſt dies ſeptẽ, & iterũ cogitatiões cordis mei moleſtę erant mihi ualde. Et reſumpſit anima mea ſpm̃
intellectus, & iterũ cœpi loq corã altiſsimo ſermões. Et dixi: Dñator dñe ex omni ſylua terræ, & oĩbus arboribus
ei⁹ elegiſti uineã unicã, & ex oĩ terra orbis elegiſti tibi foueã unã, & ex oĩb⁹ florib⁹ orbis elegiſti tibi liliũ unũ, & ex
oĩb⁹ abyſſis maris repleſti tibi riuũ unũ, & ex oĩb⁹ ædificatis ciuitatib⁹ ſctificaſti tibimetipſi Siõ, & ex oĩb⁹ creatis
uolatilib⁹ nominaſti tibi colũbã unã, & ex oĩbus plaſmatis pecorib⁹ prouidiſti tibi ouẽ unã, & oĩb⁹ multiplicatis
pplis acquiſiuiſti tibi populũ unũ, & ab omnibus probatã legẽ donaſti huic quẽ deſideraſti pplo. Et nũc dñe, ut
quid tradidiſti unũ pluribus? Et pparaſti ſup unã radicẽ alias. Et diſperdidiſti unicũ tuũ in multis. Et cõculcaue-
rũt eũ qui cõtradicebant ſponſionibus tuis, quicq̃ tuis teſtamentis nõ credebãt. Et ſi odiẽs odiſti populum tuum,
tuis manibus debet caſtigari. Et factum eſt cum locutus eſſem ſermones, & miſſus eſt angelus ad me qui antè ue
nerat ad me præterita nocte, & dixit mihi: Audi me & inſtruam te, & intende mihi, & adijciam corã te. Et dixi: Lo
quere domine meus. Et dixit ad me: Valde tu in exceſſu mentis factus es pro Iſraël. An plus dilexiſti eum q̃ qui
eum fecit? Et dixi ad eum: Non domine, ſed dolens locutus ſum. Torquent enim me renes mei per omnẽ horam
quęrentem apprehendere ſemitam altiſsimi, & inueſtigare partem iudicij eius. Et dixit ad me: Non potes. Et di-
B xi: Quare domine? Ad quid naſcebar, aut quare non fiebat matrix matris meę mihi ſepulchrum, ut non uiderem D
laborem Iacob, & defatigationem generis Iſrael? Et dixit ad me: Numera mihi quæ necdum uenerant, & collige
mihi diſperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores, & aperi mihi clauſa prõptuaria, & produc mihi incluſos in
eis flatus: Demõſtra mihi uocis imaginẽ, & tũc oſtendã tibi laborẽ quem rogas uidere. Et dixi: Dñator dñe, quis
enim eſt qui poteſt hęc ſcire, niſi qui cũ hominibus habitationẽ nõ habet? Ego aũt inſipiens, & quomodo potero
dicere de his quibus me interrogaſti? Et dixit ad me: Quomodo non potes facere unũ de his q̃ dicta ſunt, ſic non
poteris inuenire iudiciũ meũ, aut in fine charitatem quã populo promiſi. Et dixi: Sed ecce dñe, tu propè es his qui
in finẽ ſunt. Et quid facient qui ante me fuerũt, aut nos, aut hi qui poſt nos? Et dixit ad me: Coronæ aſsimilabo iu-
diciũ meũ. Sicut nõ nouiſsimorũ tarditas, ſic nec priorũ uelocitas. Et reſpõdi, & dixi: Nec poteras facere eos q fa-
cti ſunt, & q ſunt, & qui futuri ſunt in unũ: ut celerius iudiciũ tuũ oſtẽdas? Et reſpõdit ad me, & dixit: Nõ poteſt fe
ſtinare creatura ſuper creatorẽ, nec ſuſtinere ſeculũ eos qui in eo creãdi ſunt in unũ. Et dixi: Quomodo dixiſti ſer-
uo tuo, quoniã uiuificãs uiuificaſti à te creatã creaturã in unũ, & ſuſtinebat creatura, poterit & nũc portare pſen-
tes in unũ. Et dixit ad me: Interroga matricẽ mulieris, & dices ad eã: Et ſi paris, quare per tps? Roga ergo eam, ut
det decẽ in unũ. Et dixi: Non utiq̃ poterit, ſed ſcd'm tempus. Et dixit ad me: Et ego dedi matricẽ terrę his qui ſe-
minati ſunt ſup eã per tẽpus? Quẽadmodũ enim infans nõ parit ea q̃ ſenũ ſunt, ſic ego diſpoſui à me creatũ ſeculũ.
Et interrogaui, & dixi: Cũ iam dederis mihi uiã, loquar corã te. Nã mater noſtra de qua dixiſti mihi, adhuc iuue-
nis eſt, iam ſenectuti appropinquat. Et reſpondit ad me, & dixit: Interroga eã quæ parit, & dicet tibi. Dices enim
ei: Quare quos peperiſti, nũc nõ ſunt ſimiles his q ante te, ſed minores ſtatura? Et dicet tibi, & ipſa: Alij ſunt qui in
iuuentute uirtutis nati ſunt, & alij q ſub tpe ſenectutis deficiente matrice nati ſunt. Cõſidera ergo & tu, quoniam
minori ſtatura eſtis prę his q ante uos, & q poſt uos minori q̃ uos, quaſi iã ſeneſcẽtes creaturę, & fortitudinẽ iuuẽ
tutis ptereũtes. Et dixi: Rogo domine, ſi inueni gratiam ante oculos tuos, demonſtra ſeruo tuo per quem uiſites
creaturam tuam.

## CAP. VI.

ET dixit ad me: Initio terreni orbis & antequã ſtarẽt exitus ſeculi, & antequã ſpirarẽt cõuentiões uẽto-
rum, & antequã ſonarẽt uoces tonitruũ: & anq̃ ſplenderẽt nitores coruſcationũ, & antequã cõfirma-
rent fundamẽta paradiſi, & antequã uiderent decori flores, & nq̃ cõfirmarent motę uirtutes, & an
q̃ colligerent innumerabiles militię angelorũ, & anq̃ extollerent altitudines aëris, & anq̃ nomi
narentur menſuræ firmamentorum, & antequã æſtuarent camini in Sion, & antequã inueſtigaren-
tur præſentes anni, & antequã abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones, & an-
tequã conſignati eſſent qui fidem theſaurizauerunt: tunc cogitaui & facta ſunt per me ſolum & non per alium, &
finis per me & non per alium. Et reſpondi, & dixi: Quę erit ſeparatio temporum? Aut qñ prioris finis, & ſequen
tis initium? Et dixit ad me. Ad Abrahã uſq̃ ad Iſaac, qñ nati ſunt ab eo Iacob & Eſau, man⁹ Iacob tenebat ab ini
tio calcaneũ Eſau. Finis enim huius ſeculi Eſau, & principiũ ſequẽtis Iacob. Hoĩs manus inter calcaneũ & manũ.
Aliud noli quęrere Eſdra. Et rñdi, & dixi: O dñator dñe, ſi inueni gratiã ante oculos tuos, oro ut demonſtres ſer-

E uotuo finē ſignorū tuorū, quorū partē mihi demōſtraſti nocte p̄cedēte. Et rn̄dit, & dixit ad me: Surge ſup̄ pedes G
tuos, & audi uocem pleniſsimā ſonitus. Et erit ſicut cōmotio, nec cōmouebitur locus, in quo ſtes ſuper cū. Ideo cū
loquit̃ tu nō expaueas, qm̄ de fine uerbū, & fundamentū terræ intelligit̃: qm̄ de ipſis ſermo tremiſcit, & cōmouet̃.
Scit em̄ qm̄ finē eorū oportet cōmutari. Et factū eſt cū audiſſem, ſurrexi ſup̄ pedes meos & audiui, & ecce uox lo-
quēs, & ſonus eius ſicut ſonus aquarū multarū, & dixit: Ecce dies ueniūt, & erit qn̄ appropinquare incipiā, ut uiſitē
habitātes in terra, & qn̄ inq̄rere incipiā ab eis q iniuſti nocuerūt iniuſtitia ſua, & qn̄ ſuppleta fuerit humilitas Sion,
& cū ſupſignabit̃ ſeculū qđ incipiet ptrāſire, hęc ſigna faciā. Libri aperient̃ ante faciē firmamēti, & oēs uidebunt ſi-
mul, & anniculi infantes loquent̃ uocibus ſuis: & p̄gnātes immaturos parient infantes triū & quatuor mēſiū, & ui-
uēt & ſuſcitabunt̃. Et ſubitò apparebūt ſeminata loca nō ſeminata, & plena prōptuaria ſubitò inuenient̃ uacua, &
tuba canet cū ſono, cū oēs audierint, ſubitò expaueſcēt. Et erit in illo tpe, debellabūt amici amicos, ut inimici, & ex
paueſcet terra cū his. Et uenæ fontiū ſtabūt, & nō decurrēt in horis tribus. Et erit, oīs q derelictus fuerit ex oībus
iſtis q̄bus p̄dixi tibi, ipſe ſaluabit̃, & uidebit ſalutare meū & finē ſeculi uri. Et uidebūt q recepti ſunt hoīes, q mortē
nō guſtauerūt à natiuitate ſua, & mutabit̃ cor inhabitātiū, & cōuertet̃ in ſenſum aliū. Delebit̃ em̄ malū, & extingue
tur dolus. Florebit aūt fides, & uincet̃ corruptela, & oſ̄det̃ ueritas q̄ ſine fructu fuit diebus tātis. Et factū eſt cū loq̄-
rēt mihi: & ecce paulatim ītuebar ſup̄ eū an̄ quē ſtabā, & dixit ad me hæc: Vêni tibi oſtēdere tp̄s ucturæ noctis. Si
ergo iterū rogaueris, & iterū ieiunaueris ſeptē diebus, iterū tibi renūtiabo horū maiora p̄ diē quā audiui. Audita
eſt em̄ uox tua apud altiſsimū. Vidit enim fortis directionē tuā, & ꝓuidit pudicitiā, quā à iuuētute tua habuiſti: &
ꝓpter hoc miſit me demōſtrare tibi hæc oīa, & dicere tibi: Cōfide, & noli timere: & noli feſtinare cū prioribus tpi-
bus cogitare uana, & nō ꝓperes à nouiſsimis tpibus. Et factū eſt poſt hæc & fleui iterū, & ſi'r ieiunaui ſeptem die
bus, ut ſuppleā tres hebdomadas q̄ dictæ ſunt mihi. Et factū eſt in octaua nocte, & cor meū turbabat̃ iterato ī me,
& cœpi loqui corā altiſsimo. Inflāmabat̃ enim ſpūs meus ualde, & aīa mea anxiabat̃, & dixi: O dn̄e, loquens locu-
tus es ab initio creaturæ in primo die, dicēs: Fiat cælū & terra, & tuū uerbū opus ꝑfectū. Et erat tunc ſpūs, & tene-
bræ circūferebant̃ & ſilētiū, ſonus uocis hoīs nōdū erat abs te. Tūc dixiſti de theſauris tuis ꝓferri lumē luminoſū,
quò appareret opus tuū. Et die ſcđo creaſti ſpiritū firmamēti, & imperaſti ei ut diuideret, & diuiſionē faceret inter
aquas, ut pars q̄dā ſurſum recederet, pars uerò deorſum maneret. Et tertia die impaſti aquis cōgregari in ſeptima
parte terrę, ſex uerò partes ſiccaſti & cōſeruaſti, ut ex his ſint corā te miſtrātia ſeminata à deo & culta. Verbū em̄
tuū ꝓceſsit, & opus ſtatim fiebat. Proceſsit em̄ ſubitò fructus multitudinis īmenſus & cōcupiſcētiæ guſtus multi-
formes, & flores colore immutabili, & odores odoramēti inueſtigabilis. Et die tertia hæc facta ſunt. Quarta autē
die īperaſti fieri ſolis ſplēdorē, lunæ lumē ſtellarū diſpoſitionē & īperaſti eis, ut deſeruirēt futuro plaſmato homi-
ni. Quinto aūt die dixiſti ſeptimæ parti ubi erat aqua cōgregata, ut ꝓcrearet aīalia & uolatilia & piſces, & ita fie- H
bat. Aqua muta & ſine aīa quæ dei nutu iubebant̃ aīalia faciebāt, ut ex hoc mirabilia tua natiōes enarrēt. Et tunc
F cōſeruaſti duas animas, nomē uni uocaſti Enoch, & nomē ſecūdæ uocaſti Leuiathā, & ſepaſti ea ab alterutro. Nō
enim poterat ſeptima pars ubi erat aqua cōgregata capere ea. Et dediſti Enoch unā partē q̄ ſiccata eſt tertio die, ut
habitet in ea, ubi ſunt mōtes mille: Leuiathā autem dediſti ſeptimā partē humidā & ſeruaſti eā, ut fiat in deuoratio
nem quibus uis, & qn̄ uis. Sexto aūt die imperaſti terrę, ut crearet corā te iumenta & beſtias & reptilia, & ſuper his
Adam, quē cōſtituiſti ducē ſuper omnibus factis quæ feciſti, & ex eo educimur nos oēs, quēq; elegiſti pp̄l'm. Hæc
aūt omnia dixi corā te dn̄e, q̄a ꝓpter nos creaſti ſeculū. Reſiduas aūt gētes ab Adā natas dixiſti eas nil eſſe, & qm̄
ſaliuæ aſsimilatæ ſunt, & quaſi ſtillicidiū de uaſe ſimilaſti abundātiā eorū. Et nūc dn̄e ecce iſtæ gētes q̄ in nihilū de-
putatæ ſunt, cœperūt dn̄ari nr̄i & deuorare, nos aūt pp̄l's tuus quē uocaſti primogenitū unigenitū, æmulatorē tuū
traditi ſumus in manibus eorū. Et ſi ꝓpter nos creatū eſt ſeculū, quare non hæreditatem poſsidemus cum ſeculo?
Vſq; quo hæc?

## Cap. VII.

ET factū eſt, cū finiſſem loqui uerba hæc, miſſus eſt ad me angelus, q miſſus fuerat ad me primis no-
ctibus, & dixit ad me: Surge Eſdra, & audi ſermōes quos ueni loq ad te. Et dixi: Loquere deus me-
us. Et dixit ad me: Mare poſitū eſt in ſpatioſo loco, ut eſſet altū & immēſum: erit aūt ei introitus in
anguſto loco poſitus, ut eſſet ſimilis fluminibus. Quis em̄ uolēs uoluerit ingredi mare & uidere eū
uel dn̄ari eius: ſi nō trāſierit anguſtū, in latitudinē uenire quō poterit? Itē aliud. Ciuitas eſt ędificata
& poſita in loco cāpeſtri, eſt aūt plena oīm bonorū. Introitus eius anguſtus, & in p̄cipiti poſitus, ut
eſſet à dextris quidē ignis, à ſiniſtris aqua alta: ſemita aūt eſt una ſola inter eos poſita, hoc eſt inter ignē & aquā, ut
nō capiat ſemita niſi ſolūmodo ueſtigiū hoīs. Si aūt dabit̃ ciuitas homini in hæreditatē, ſi nunq; antepoſitū pericu-
lū pertrāſierit, quō accipiet hæreditatē ſuam? Et dixi: Sic dn̄e. Et dixit ad me: Sic eſt & Iſraël ps. Propter eos em̄ fe-
ci ſeculū, & qn̄ trāſgreſſus eſt Adā cōſtitutiōes meas, iudicatū eſt qđ factū eſt. Et facti ſunt introitus huius ſeculi an
guſti & dolētes & laborioſi: pauci aūt & mali & periculorū pleni, & labore magnopere fulti: nā maioris ſc'li introi
tus ſpatioſi & ſecuri, & facientes immortalitatis fructum. Si ergo ingredientes non fuerunt ingreſsi, qui uiuunt an-
guſta & uana hæc, non poterunt recipere quæ ſunt repoſita. Nunc ergo tu quare conturbaris, cùm ſis corruptibi-
lis, & quid moueris tu cū ſis mortalis? Et quare nō accepiſti in corde tuo qđ eſt futurū, ſed qđ in præſenti? Rn̄di &
dixi: Dn̄ator dn̄e, ecce diſpoſuiſti lege tua, qm̄ iuſti hæreditabunt hæc: Impij aūt peribunt, iuſti aūt ferent anguſta,
ſperantes ſpatioſa. Qui enim impiè geſſerūt, & anguſta paſsi ſunt, & ſpatioſa nō uidebūt. Et dixit ad me: Non eſt
iudex ſuper deum, neq; intelligens ſuper altiſsimum. Pereunt enim multi p̄ſentes, quia negligitur quæ antepoſita
eſt dei lex. Mandans enim mandauit deus uenientibus, quando uenerunt quid facientes uiuerent, & quid obſeruā
tes non punirentur. Hi autem non ſunt perſuaſi, & contradixerunt ei, & conſtituerunt ſibi cogitamen uanitatis, &
ꝓpoſuerūt ſibi circūuētiōes delictorū, & ſuperdixerūt altiſsimo nō eſſe, & uias ei⁹ nō cognouerūt, & legē eius ſpre

A uerũt,& ſpõſiões eius abnegauerũt,& in legitimis eius fidẽ nõ habuerũt,& opera eius nõ perfecerũt. Propter hoc C
Eſdra uacua uacuis,& plena plenis. Ecce tp̃s ueniet,& erit tp̃s qñ ueniẽt ſigna q̃ prædixi tibi. Et apparebit ſponſa,
& apparescẽs oſtendet̃ quę nũc ſubducitur terra:& omnis qui liberatus eſt de prędictis malis,ipſe uidebit mirabi-
lia mea. Reuelabit̃ enim filius meus Ieſus cũ his qui cũ eo ſunt,& iucundabunt̃ qui relicti ſunt in annis quadringen
tis. Et erit poſt annos hos & morietur filius meus Chriſtus. Et omnes q ſpiramentũ habẽt homines,& cõuertetur
ſeculum in antiquũ ſilentiũ diebus ſeptem ſicut in prioribus iudicijs,ita ut nemo derelĩquat̃,& erit poſt dies ſeptẽ,
& excitabit̃ quod nõdũ uigilat ſeculũ,& morietur corruptũ. Et terra reddet qui in ea dormiũt,& puluis q in eo ſilẽ
tio habitãt,& ꝓmptuaria reddẽt q̃ eis cõmendatę ſunt animę. Et reuelabit̃ altiſsimus ſuꝑ ſedẽ iudicij,& ꝑtrãſibunt
miſerię,& lõganimitas cõgregabit̃. Iudiciũ aũt ſolùm remanebit,ueritas ſtabit,& fides cõualeſcet. Et opus ſubſe-
quetur,& merces oſtendetur,& iuſtitię uigilabũt,& iniuſtitię nõ dominabunt̃. Et dixi: Primus Abraham propter
Sodomitas orauit:& Moyſes pro patribus q in deſerto peccauerũt,& qui poſt eum pro Iſraël in diebus Achaz &
Samuelis & Dauid ꝓ cõfractione,& Salomõ ꝓ eis qui uenerũt in ſanctificationẽ,& Elias pro his q pluuiã accepe-
rũt,& ꝓ mortuo ut uiueret,& Ezechias ꝓ populo in diebus Sẽnacherib,& multi ꝓ multis. Si ergo mõ qñ corru-
ptibile increuit,& iniuſtitia multiplicata eſt,& orauerũt iuſti ꝓ impijs,quare & nũc ſic nõ erit? Et rñdit ad me,&
dixit: Præſens ſeculũ nõ eſt finis,gloria in eo frequens manet,ꝓpter hoc orauerũt ꝓ inualidis. Dies em̃ iudicij erit fi
nis tẽporis huius,& initiũ temporis futuri ĩmortalitatis:in quo pertrãſiuit corruptela,ſoluta eſt intẽperãtia,abſci-
ſa eſt incredulitas,creuit autẽ iuſtitia,orta eſt ueritas. Tũc em̃ nemo poterit ſaluare eũ qui perijt,neq; demergere q
uicit. Et rñdi & dixi: Hic ſermo meus primus & nouiſsimus:qm̃ melius erat nõ dare terrã Adam,uel cũ iã dediſſet
coercere eum,ut nõ peccaret. Quid em̃ prodeſt hoĩbus in p̃ſenti uiuere in triſtitia,& mortuos ſperare punitionẽ?
O tu qd feciſti Adã? Si em̃ tu peccaſti nõ eſt factus ſolius tuus caſus,ſed & nr̃ q ex te aduenim⁹. Quid em̃ ꝓdeſt no-
bis ſi ꝓmiſſum eſt nobis immortale tp̃s,nos aũt mortalia op̃a egimus? Et qm̃ p̃dicta eſt nobis ꝑennis ſpes,nos ue-
rò peſsimi uani facti ſumus. Et qm̃ repoſita ſunt nobis habitacula ſanitatis & ſecuritatis,nos uerò mali conuerſati
ſumus. Et qm̃ repoſita eſt gloria altiſsimi ꝓtegere eos q tardè cõuerſati ſunt,nos autẽ peſsimis uijs ambulauimus.
Et qm̃ oſtendet̃ paradiſus cuius fructus incorruptus ꝑſeuerat in quo eſt ſecuritas & medela,nos uerò nõ ingredie
mur. In ingratis em̃ locis cõuerſati ſumus,& qm̃ ſuꝑ ſtellas fulgebũt facies eorũ qui abſtinẽtiã habuerũt:noſtrę au
tẽ facies ſuper tenebras nigrę. Non em̃ cogitauimus uiuẽtes,qñ iniquitatẽ faciebamus,ꝙ incipiemus poſt mortẽ
pati. Et rñdit,& dixit: Hoc eſt cogitamentũ certaminis qđ certabit q ſuꝑ terrã natus eſt homo,ut ſi uictus fuerit pa
tiat̃ qđ dixiſti. Si aũt uicerit:recipiet qđ dico:qm̃ hęc eſt uita quã Moyſes dixit,cũ uiueret ad ppl'm,dicẽs: Elige tibi
uitam ut uiuas: Nõ crediderũt aũt ei,ſed nec poſt eũ prophetis. Sed nec mihi q locutus ſum ad eos,qm̃ nõ erit tri
ſtitia in perditionem eorum ſicut futurum eſt gaudium ſuper eos,qbus perſuaſa eſt ſalus. Et reſpondi & dixi: Scio
domine,quoniam uocatus eſt altiſsimus miſericors in eo ꝙ miſereatur his qui nondum in ſeculo aduenerunt:& ꝙ
miſeretur illis qui conuerſationẽ faciunt in lege eius,& lõganimis eſt,quoniam longanimitatem præſtat his q pec D
B cauerũt quaſi ſuis operibus,& munificus eſt:qm̃ quidem donare uult pro exigentijs,& multę miſericordiæ:qm̃
multiplicat magis miſericordias his q p̃ſentes ſunt & qui p̃terierũt:& qui futuri ſunt. Si em̃ nõ multiplicauerit mi-
ſericordias ſuas,nõ uiuificabit̃ ſeculũ cũ his q inhabitabũt in eo. Et donat:qm̃ ſi nõ donauerit de bonitate ſua,ut al
leuient̃ hi q iniquitatẽ fecerũt de ſuis iniq̃tatibus,nõ poterit decies milleſima pars uiuificari hominũ. Et iudex ſi nõ
ignouerit his qui curati ſunt uerbo eius,& deleuerit multitudinem cõtemptionum,non fortaſsis derelinquerentur
in innumerabili multitudine niſi pauci ualde.

## Cap. VIII.

ET reſpõdit ad me,& dixit: Hoc ſeculum fecit altiſsimus ꝓpter multos:futurũ autẽ ꝓpter paucos.
Dicam autẽ coram te ſimilitudinẽ Eſdra. Quõ aũt interrogabis terram,& dicet tibi:qm̃ dabit ter-
ram multam magis unde fiat fictile:paruũ aũt puluerẽ unde aurum fit:ſic & actus præſentis ſeculi.
Multi quidẽ creati ſunt,pauci aũt ſaluabunt̃. Et rñdi,& dixi: Abſorbe ergo aĩa ſenſum,& deuora
qđ ſapit. Cõueniſti em̃ obaudire & ꝓphetare uolẽs: Nec em̃ tibi eſt datũ ſpatiũ niſi ſolũmõ uiuere.
O dñe,ſi nõ ꝑmittes ſeruo tuo,ut oremus corã te,& des nobis ſemẽ cordi & ſenſui culturã,unde fru
ctus fiat,unde uiuere poſsit oĩs corruptus,q portabit locũ hoĩs? Solus em̃ es,& una plaſmatio nos ſumus manuum
tuarũ ſicut locutus es. Et quõ nũc in matrice plaſmatũ eſt corpus & p̃ſtãs mẽbra,cõſeruat̃ in igne & aqua tua crea-
tio,& nouẽ mẽſibus patit̃ tua plaſmatio tuã creaturã q̃ in ea creata eſt,ip̃m aũt qđ ſeruat & qđ ſeruat̃ utraq; ſer-
uabunt̃,ſeruataq; qñq; iterũ reddit matrix q̃ in ea creuerũt. Impaſti em̃ ex ipſis mẽbris,hoc eſt mãmillis prębere lac
fructui mãmillarũ,ut nutriat̃ id qđ plaſmatũ eſt uſq; in tp̃s aliquod,& poſtea diſponas eum tuę miſericordię. Enu-
triuiſti eũ tua iuſtitia,& erudiſti eũ in lege tua. Et corripuiſti eũ tuo ĩtellectu,& mortificabis eũ ut tuã creaturã,& uiui
ficabis eũ ut tuũ opus. Si ergo ꝑdideris eũ q̃ tantis laboribus plaſmatus eſt,tuo iuſſu facilè eſt ordinari,ut & id qđ
fiebat ſeruaret̃. Et nunc dñe dicã,de omni hoĩe tu magis ſcis,de populo autẽ tuo ob quẽ doleo,& de hęreditate tua
ꝓpter quã lugeo,& de Iſraël ꝓpter quẽ triſtis ſum,& de Iacob ꝓpter quẽ doleo:ideo incipiã orare corã te ꝓ me &
pro eis,quoniam uideo lapſus noſtros qui inhabitamus terram. Sed audiui celeritatem iudicis qui futurus eſt. Ideo
audi uocem meam & intellige ſermonem meum,& loquar coram te. Initium uerborum Eſdrę priuſq; aſſume
retur. Et dixi: Dñe q inhabitas ſeculũ,cuius oculi eleuati in ſuperna & aëre,& cuius thronus inęſtimabilis,& glo-
ria incõprehẽſibilis,cui aſtat exercitus angelorũ cũ tremore,quorũ ſeruatio in uento & igni cõuertitur,cuius uer-
bũ uerũ & dicta perſeuerãtia,cuius iuſsio & diſpoſitio terribilis,cuius aſpectus arefacit abyſſos,& indignatio tabe
ſcere facit montes,& ueritas teſtificatur. Exaudi orationẽ ſerui tui,& auribus percipe precationẽ figmenti tui. Dũ
enim uiuo loquar,& dum ſapio,rñdebo. Nec reſpicias ppl'i tui delicta,ſed q tibi in ueritate ſeruiũt. Nec intẽdas im-

E pia gentiũ ſtudia,ſed qui tua teſtimonia cũ doloribus cuſtodierũt.Nec cogites qui in cõſpectu tuo falſè cõuerſa- G
ti ſunt,ſed memorare q ex uolũtate tua timorẽ cognouerunt.Neq; uolueris ꝑdere q pecudũ mores habuerũt,ſed
reſpicias eos qui legẽ tuã ſplẽdidè docuerũt.Nec indigneris eis qui beſtijs peiores iudicati ſunt, ſed diligas eos q
ſemꝑ in tua iuſtitia cõfidunt & gloria.Qm̃ nos & patres noſtri talibus morbis lãguemus,tu aũt ꝓpter nos pecca
tores miſericors uocaberis.Si enim deſideraueris ut noſtri miſerearis , tunc miſericors uocaberis :nobis aũt non
habentibus oꝑa iuſtitię.Iuſti enim qbus ſunt oꝑa multa repoſita,ex ꝓprijs oꝑibus recipiẽt mercedẽ.Quid eſt eñ
homo ut ei indigneris,aut genus corruptibile ut ita amarus ſis de ipſo?In ueritate enim nemo de genitis eſt q non
impiè geſsit, & de cõfitentibus qui nõ deliquit.In hoc enim annũtiabit̃ iuſtitia tua & bonitas tua dñe,cũ miſertus
fueris eis qui nõ habẽt ſubſtãtiã bonorũ operũ.Et reſpõdit ad me,& dixit:Rectè locutus es aliqua,& iuxta ſermo
nes tuos ſic & fiet.Quoniã nõ uerè cogitabo ſuꝑ plaſma eorũ qui peccauerũt ante mortẽ,ante iudiciũ,ante perdi-
tionẽ:ſed iucũdabor ſuꝑ iuſtorũ figmentũ,& memorabor peregrinationis quoq; & ſaluatiõis & mercedis rece-
ptionis.Quomodo ergo locutus ſum,ſic & eſt.Sicut enim agricola ſerit ſuper terrũ ſemina multa,& plãtationes
multitudinis plãtat,ſed nõ in tp̃e omnia q̃ ſeminata ſunt ſaluãtur,ſed nec omnia q̃ plãtata ſunt radicabũt:ſic & q
in ſeculo ſeminati ſunt,nõ omnes ſaluabũtur.Et reſpõdi & dixi:Si inueni gratiã,loquar.Quomodo ſemẽ agrico
lę ſi nõ aſcẽderit aut non acceperit pluuiã tuã in tp̃e,aut ſi corruptũ fuerit multitudine pluuię,ſic perit:& ſimiliter
homo qui manibus tuis plaſmatus eſt,& tu ei imago nominatus,quoniã ſimilatus es ei ꝓpter quẽ omnia plaſma
ſti,& ſimilaſti ſemini agricolæ.Non iraſcaris ſuper nos,ſed parce populo tuo,& miſerere hæreditati tuæ:tu autẽ
creaturæ tuæ miſereris. Et reſpondit ad me,& dixit: Quæ ſunt præſentia,præſentibus:& quæ futura,futuris?
Multum enim tibi reſtat,ut poſsis diligere meam creaturam ſuper me:tibi autem frequenter & ipſi proximaui,
iniuſtis autem nunq̃;.Sed & in hoc mirabilis es coram altiſsimo,quoniam humiliaſti te ſicut decet te:& non iu-
dicaſti te,ut inter iuſtos plurimum glorificeris.Propter quod miſeriæ multæ,& miſerabiles efficient̃ eis qui habi
tant ſeculum in nouiſsimis,quia in multa ſuperbia ambulauerunt.Tu autem pro te intellige,& de ſimilibus tuis
inquire gloriam.Vobis enim apertus eſt paradiſus,plantata eſt arbor uitæ,præparatum eſt futurum tempus,p̃-
parata eſt abundantia,ædificata eſt ciuitas,probata eſt requies,perfecta eſt bonitas,& perfecta ſapientia. Radix
mali ſignata eſt à uobis,infirmitas,& tinea à uobis abſconſa eſt,& in infernum fugit corruptio in obliuione.Trãſ
ierunt dolores,& oſtenſus eſt in fine theſaurus immortalitatis.Noli ergo adijcere inquirendo de multitudine eo
rum qui pereunt.Nam & ipſi accipientes libertatem,ſpreuerunt altiſsimum,& legem eius contempſerunt,& ui
F as eius dereliquerunt.Adhuc autem iuſtos eius conculcauerunt,& dixerunt in corde ſuo,nõ eſſe deũ:& quidem
ſcientes quoniã moriunt̃.Sicut enim uos ſuſcipient q̃ prędicta ſunt,ſic eos ſitis & cruciatus q̃ pręparata ſunt.Nõ
enim uoluit hominẽ diſperdi : ſed & ipſi qui creati ſunt coinquinauerũt nomẽ eius qui fecit eos,& ingrati fuerũt
ei qui p̃parauit eis uitã.Quapropter iudiciũ meũ modò appropinquat.Quę nõ omnibus demõſtraui niſi tibi, & H
tibi ſimilibus paucis.Et reſpõdi,& dixi:Ecce nunc domine demõſtraſti mihi multitudinem ſignorũ,q̃ incipies fa
cere in nouiſsimis,ſed non demonſtraſti mihi quo tempore. Cap. IX.

ET reſpõdit ad me,& dixit:Metiẽs metire tp̃s in ſemetipſo,& erit cũ uideris,qñ trãſierit pars q̃dã ſi
gnorũ q̃ p̃dicta ſunt:tũc intelliges,qm̃ ipſum eſt tp̃s in quo incipiet altiſsimus uiſitare ſeculũ, qđ
ab eo factũ eſt:& qñ uidebit̃ in ſeculo motio locorũ & populorũ turbatio,tũc intelliges,quoniam
de his erat altiſsimus locutus,à diebus q fuerũt añ te ab initio.Sicut enim omne qđ factũ eſt in ſe-
culo,initiũ habet pariter & cõſummationẽ,& cõſummatio eſt manifeſta:ſic & altiſsimi tp̃a initia
habẽt manifeſta in ꝓdigijs & in uirtutibꝰ,& cõſummatiões in actu & in ſignis.Et erit oĩs q ſaluus
factus fuerit,& q poterit effugere ꝑ oꝑa ſua,& ꝑ fidẽ in qua crediſtis,relinquet̃ de p̃dictis ꝑiculis,& uidebit ſalu
tare meũ in terra mea,& in finibus meis,quoniã ſanctificaui me à ſeculo.Et tũc miſerebunt̃ qui nũc abuſi ſunt uias
meas,& in tormẽtis cõmorabunt̃ hi qui eas proiecerũt in cõtẽptu.Qui enim nõ cognouerunt me uiuẽtes bñficia
cõſecuti,& qui faſtidierũt legẽ meã,cũ adhuc erãt habẽtes libertatẽ,& cũ adhuc eſſet eis aptus pñiæ locus,nõ in-
tellexerũt ſed ſpreuerũt,hos oꝑtet poſt mortem in cruciamẽto cognoſcere.Tu ergo noli adhuc curioſus eſſe quõ
impij cruciabunt̃,ſed inquire quomodo iuſti ſaluabunt̃:& quorũ ſeculũ,& propter quos ſeculũ,& qñ.Et rñdi,&
dixi:Olim locutus ſum & nũc dico,& poſtea dicã:quoniã plures ſunt qui pereũt,q̃; qui ſaluabunt̃,ſicut multipli
cat̃ fluctꝰ ſuꝑ guttã.Et rñdit ad me,& dixit:Qualis ager talia & ſemina:& quales flores,tales & tincturę,& qua-
lis operator,talis & creatio:& qualis agricola,talis cultura:quoniã tp̃s erat ſeculi.Et nũc cùm eſſem parãs eis his
qui nunc ſunt anteq̃; fieret ſeculum in quo habitarent,& nemo contradixit mihi:Tunc enim quiſq; & nunc crea-
tor in mundo hoc parato & meſſe indeficienti , & lege inueſtigabili corrupti ſunt mores eorũ. Et conſideraui ſe-
culum,& ecce erat periculũ propter cogitationes quæ in eo aduenerũt.Et uidi & peperci ei ualde,& ſeruaui mi-
hi acinum de botro & plantationem de tribu multa. Pereat ergo multitudo quæ ſine cauſa nata eſt,& ſeruetur
acinus meus,& plantatio mea:quia cum multo labore perfeci.Tu autem ſi adhuc intromittas ſeptem dies alios,
ſed non ieiunabis in eis:ibis in campum florum, ubi domus non eſt ædificata , & manducabis ſolummodo de
floribus campi, & carnem non manducabis,& uinum non bibes , ſed ſolummodo flores . Deprecare altiſsi-
mum ſine intermiſsione, & ueniam & loquar tecum . Et profectus ſum ſicut dixit mihi in campum qui
uocatur Ardath,& ſedi ibi in floribus.Et de herbis agri manducaui , & facta eſt eſca earum mihi in ſaturita-
tem . Et factum eſt poſt dies ſeptem , & ego diſcumbebam ſupra fœnum , & cor meum iterum turbaba-
tur ſicut antè . Et apertum eſt os meum , & inchoaui dicere coram altiſsimo, & dixi. O domine te nobis o-
ſtendens,oſtenſus es patribus noſtris in deſerto,quod non calcatur & infructuoſo , quando erant exeuntes de
Ægypto , & dicens dixiſti :Tu Iſraël audi me, & ſemen Iacob intende ſermonibus meis : Ecce enim ego

A ſemino in uobis legem meam, & faciet in uobis fructũ: & glorificabimini in eo per ſeculũ. Nam patres noſtri accipiẽtes C
legem uõ ſeruauerũt, & legitima tua non cuſtodierũt, & factus eſt fructus legis non parens. Nec enim poterat quoniã
tuus erat, nã qui acceperunt, perierunt, nõ cuſtodiẽtes quod in eis ſeminatũ fuerat. Et ecce cõſuetudo eſt, ut cũ acceperit
terra ſemen, uel nauem, mare, uel uas aliquod, eſcam uel potũ, cũ fuerit exterminatũ id in quo ſeminatũ eſt, uel in quod
miſſum eſt, ſimul id quod ſeminatũ uel miſſum eſt, uel quæ ſuſcepta ſunt exterminãtur, & ſuſcepta iã nõ manent apud
nos. Sed nobis ſic nõ factũ eſt. Nos quidem qui legẽ accepimus peccantes periuimus, & cor noſtrũ quod ſuſcepit eam:
nam lex non perijt, ſed permanſit in ſuo labore. Et cùm loquerer hæc in corde meo, reſpexi oculis meis, & uidi mulie-
rem in dextera parte. Et ecce hæc lugebat & plorabat cum uoce magna, & animo dolebat ualde, & ueſtimenta eius di-
ſciſſa, & cinis ſup caput eius. Et dimiſi cogitatus in qbus erã, cogitans & cõuerſus ſum ad eã, & dixi ei: Vt qd fles, & qd
doles animo? Et dixit ad me: Dimitte me dñe meus ut defleã me, & adijciã dolorẽ, qm̃ ualde amara ſum aĩo, & hũiliata
ſum ualde. Et dixi ei: Quid paſſa es? Dic mihi. Et dixit ad me: Sterilis fui ego famula tua, & nõ pepi habẽs maritũ annis
triginta. Ego eñ p ſingulas horas, & p ſingulos dies & annos triginta hos, deprecor altiſsimũ nocte ac die. Et factũ eſt
poſt triginta annos exaudiuit me deus ancillam tuã, & uidit humilitatẽ meam, & attendit tribulationi meæ, & dedit mi
hi filium. Et iucundata ſum ſuper eum ualde ego & uir meus, & omnes ciues mei, & honorificabamus ualde fortem.
Et nutriui eum cum labore multo, & factum eſt cum creuiſſet & ueniſſet accipere uxorem, feci diem epuli.

## Cap. X.

ET factum eſt, cùm introiſſet filius meus in thalamo ſuo, cecidit & mortuus eſt, & euertimus omnes lu-
mina. Et ſurrexerunt omnes ciues mei ad conſolandum me, & quieui uſq; in alium diem uſq; nocte. Et
factum eſt cum omnes quieuiſſent ut me conſolarentur ut quieſcerem, & ſurrexi nocte & fugi, & ueni
ſicut uides in hoc campo, & cogito iam non reuerti in ciuitatem, ſed hîc conſiſtere, & neq; manducare,
neq; bibere, ſed ſine intermiſsione lugere & ieiunare uſq; dum moriar. Et dereliqui ſermones in quibus
eram, & reſpondi cum iracundia ad eam & dixi: Stulta ſuper omnes mulieres, non uides luctum noſtrum, & quæ no-
bis contingunt? Quoniam Sion mater noſtra omni triſtitia contriſtatur, & humilitate humiliata eſt, & luget ualidiſsi-
mè? Et nunc quoniam omnes lugemus & triſtes ſumus, quoniam omnes contriſtati ſumus, tu autem contriſtaris in
uno filio. Interroga enim terram & dicet tibi, quoniam hæc eſt quæ debeat lugere caſum tantorum ſuper eum germi-
nantium. Et ex ipſa ab initio omnes nati & alij uenient. Et ecce penè omnes in perditionem ambulant, & exterminium
fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere magis, niſi hæc quæ tam magnam multitudinem perdidit, quàm tu
quæ pro uno doles? Si autem dices mihi, quoniam non eſt planctus meus ſimilis terræ, quoniam fructum uentris mei
perdidi, quem cum mœroribus peperi, & cum doloribus genui, terra autem ſecundum uiam terræ, abijtq; in ea mul-
titudo præſens: quomodò euenit & ego tibi dico: Sicut tu cum labore peperiſti, ſic & terra dat fructum ſuum, homini D
ab initio ei qui fecit eam. Nunc ergo retine apud temetipſam dolorem tuũ, & fortiter fer qui tibi cõtigerunt caſus. Si
enim iuſtificaueris terminũ dei & conſiliũ ſuũ, recipies in tempore, & in talibus collaudaberis. Ingredere ergo in ciui-
B tatẽ ad uirũ tuũ. Et dixit ad me. Nõ faciã neq; ingrediar ciuitatẽ, ſed hîc moriar. Et appoſui adhuc loq ad eã, & dixi: Noli
facere hunc ſermonẽ, ſed cõſenti pſuadenti. Quot eñ caſus Sion: Cõſolare ꝓpter dolorẽ Ieruſalẽ. Vides eñ qm̃ ſancti-
ficatio noſtra deſerta effecta eſt, & altare noſtrũ demolitũ eſt, & tẽplũ noſtrũ deſtructũ eſt, & pſalteriũ nr̃m hũiliatũ eſt,
& hymnus cõticuit, & exultatio noſtra diſſoluta eſt, & lumẽ cãdelabri noſtri extinctũ eſt, & arca teſtamẽti noſtri direpta
eſt, & ſancta noſtra cõtaminata ſunt, & nomẽ qđ ĩuocatũ eſt ſup nos penè ꝓphanatũ eſt, & liberi noſtri cõtumeliã paſsi
ſunt, & ſacerdotes nr̃i ſuccẽſi ſunt, & Leuitæ noſtri in captiuitatẽ abierũt, & uirgines noſtrę coinqnatę ſunt, & mulieres
noſtræ uim paſſæ ſunt, & iuſti noſtri rapti ſunt, & paruuli noſtri perditi ſunt, & iuuenes noſtri ſeruierunt, & fortes no-
ſtri inualidi facti ſunt. Et quod oĩm maius ſignaculũ Sion, qm̃ reſignata eſt de gloria ſua. Nam & tradita eſt in manibus
eorũ, q nos oderũt. Tu ergo excute tuã triſtitiã multã, & depone abs te multitudĩnẽ dolorũ, ut tibi repropitiet fortis, &
requiem faciet tibi altiſsimus, requietionem laborum. Et factum eſt cùm loquebar ad eam, facies eius fulgebat ſubi-
tò, & ſpecies, coruſcus fiebat uiſus eius, ut eſſem pauens ualde ad eam, & cogitarem quid eſſet hoc. Et ecce ſubitò emi-
ſit ſonitum uocis magnum timore plenum, ut commoueretur terra à mulieris ſono. Et uidi, & ecce amplius mulier
non comparebat mihi, ſed ciuitas ædificabatur, & locus demonſtrabatur de fundamentis magnis, & *timui* & clamaui
uoce magna, & dixi: Vbi eſt Vriel angelus qui à principio uênit ad me? Quoniã ipſe me fecit uenire *in multitudine in*
exceſſu mentis huius. Et factus eſt finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium, & cùm eſſem loquens
ego hæc, ecce uênit ad me & uidit me. Et ecce eram poſitus ut mortuus, & intellectus meus *alienatus* erat. Et tenuit
dexteram meam, & confortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes meos. Et dixit mihi: Quid *tibi* eſt, & quare conturbatus
eſt intellectus tuus, & ſenſus cordis tui, & quare conturbaris? Et dixi: Quoniam *dereliquiſti* me. Et ego quidem feci
ſecundum ſermones tuos, & exiui in campum, & ecce uidi & uideo quod non poſſum enarrare. Et dixit ad me: Sta
ut uir, & commonebo te. Et dixi: Loquere domine meus tu *in* me: Noli me derelinquere, ut non fruſtra moriar:
quoniam uidi quæ non ſciebam, & audio quæ non ſcio. Aut nunquid ſenſus meus fallitur, & anima mea ſupremat?
Nunc ergo deprecor te, ut demonſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et reſpondit ad me, & dixit: Audi me, & doceam
te, & dicam tibi de quibus times, quoniam altiſsimus reuelauit tibi myſteria multa. Vidit rectam uiam tuam: quo-
niam ſine intermiſsione cõtriſtabaris pro populo tuo, & ualde lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus uiſionis quę
tibi apparuit antè paululũ. Quã uidiſti lugentem, inchoaſti conſolari eam. Nunc aũt iã ſpeciem mulieris nõ uides, ſed
apparuit tibi ciuitas ædificari, & quoniã enarrabat tibi de caſu filij ſui. Hæc abſolutio eſt. Hæc mulier quã uidiſti, hęc eſt
Sion, & quoniam dixi tibi, quam & nunc conſpicies, ut ciuitatem ædificatam. Et quoniam dixi tibi, quia ſterilis fuit
annis triginta, propter quod erant anni ſcilicet triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factũ eſt poſt
annos triginta ædificauit Salomon ciuitatẽ, & obtulit oblatiões: tunc fuit qñ peperit ſterilis filiũ. Et quod tibi dixit, qm̃

E nutriuit eum cum labore:hoc erat habitatio in Ieruſalem. Et quoniam dixit tibi,quòd filius meus ueniens in ſuo tha- G
lamo mortuus eſſet,& contigiſſet ei caſus:hoc erat quæ facta eſt ruina Ieruſalem. Et ecce uidiſti ſimilitudinem eius,&
quoniam filium lugeret,inchoaſti conſolari eam,& de his quæ contigerunt hęc erant tibi aperienda. Et nũc uidet altiſ-
ſimus quoniam ex animo cõtriſtatus es,& quoniam ex toto corde pateris pro ea, oſtendit tibi claritatem gloriæ eius,
& pulchritudinem decoris eius. Propterea enim dixi tibi,ut maneres in campo,ubi domus non eſt ædificata. Sciebam
enim ego,quoniam altiſsimus incipiebat tibi oſtendere hæc,propterea dixi tibi,ut uenires in agrum,ubi nõ eſt funda-
mentum ædificij. Nec enim poterat opus ædificij hominis ſuſtineri in loco ubi incipiebatur altiſsimi ciuitas oſtendi.
Tu ergo noli timere,neq; expaueſcat cor tuũ:ſed ingredere & uide ſplendorem & magnitudinẽ ædificij,quantũ capax
eſt tibi uiſu oculorum uidere,& poſt hæc audies quantũ capit auditus aurium tuarum audire. Tu enim beatus es præ
multis,& uocatus es apud altiſsimum ſicut & pauci. Nocte aũt quæ in craſtinũ futura eſt,manebis hîc, & oſtendet tibi
altiſsimus eas uiſiones ſupremorum quæ faciet altiſsimus his qui habitant ſuper terram à nouiſsimis diebus. Et dor-
miui illam noctem & aliam,ſicut dixerat mihi.

Cap. XI.

ET uidi ſomnium, & ecce aſcendebat de mari aquila,cui erant duodecim alæ pennarum & capita tria.
Et uidi & ecce expandebat alas ſuas in omnem terram,& omnes uenti cæli inſufflabant in eã,& collige
bantur. Et uidi,& de pennis eius naſcebantur contrarię pennæ,& ipſe fiebant in pennaculis minutis &
modicis. Nam capita eius erant quieſcentia,& dimidium caput erat maius aliorum capitum:ſed ipſa
quieſcebat cum eis. Et uidi & ecce aquila uolauit in pennis ſuis,& regnauit ſuper terram,& ſuper eos
qui habitant in ea. Et uidi quoniam ſubiecta erant ei omnia ſub cælo,& nemo illi contradicebat, neq;
unus de creatura quæ eſt ſuper terrã. Et uidi,& ecce ſurrexit aquila ſuper ungues ſuos,& miſit uocẽ pennis ſuis,dicens:
Nolite oẽs ſimul uigilare,dormite unuſquiſq; in loco ſuo,& per tẽpus uigilate. Capita aũt in nouiſsimo ſeruentur. Et
uidi,& ecce uox nõ exibat de capitibus eius,ſed de medietate corporis eius. Et numeraui cõtrarias pennas eius, & ecce
ipſę erant octo. Et uidi,& ecce à dextera parte ſurrexit una penna,& regnauit ſuper omnem terrã. Et factũ eſt cũ regna-
ret,uênit ei finis & nõ apparuit locus eius,& ſequens exurrexit & regnabat. Ipſa multum tenuit tempus. Et factum eſt
cùm regnaret,& ueniebat finis eius,ut nõ appareret ſicut prior,& ecce uox emiſſa eſt illi,dicens: Audi tu quę tanto tem
pore tenuiſti terrã. Hæc annuntio tibi anteq; incipias nõ apparere. Nemo poſt te tenebit tempus tuũ,ſed nec dimidium
eius,& leuauit tertia,& tenuit principatum ſicut & priores,& non apparuit & ipſa. Et ſic contingebat & omnibus alijs
ſigillatim principatũ gerere,& iterum nuſq; cõparere. Et uidi, & ecce in tẽpore ſequentes pennæ erigebantur à dextera
F parte ut tenerent & ipſę principatũ,& ex his erant quæ tenebant,ſed tamen ſtatim non compareſcebant: nam & aliquæ
ex eis erigebantur,ſed non tenebãt principatũ. Et uidi poſt hæc,& ecce non cõparuerunt duodecim pennæ,& duo pen H
nacula,& nihil ſupererat in corpore aquilæ,niſi duo capita quieſcentia & ſex pennacula. Et uidi,& ecce ſex pennaculis
diuiſæ ſunt duæ,& manſerũt ſub capite, quod eſt ad dexterã partem: Nam quatuor manſerunt in loco ſuo. Et uidi,&
ecce hæc ſubalares cogitabant ſe erigere & tenere principatus. Et uidi,& ecce una erecta eſt,ſed ſtatim nõ cõparuit. Et
ſecundæ uelocius quàm priores nõ comparuerũt. Et uidi,& ecce duæ quæ ſuperauerũt apud ſemetipſas cogitabant &
ipſę regnare: Et in eo cũ cogitarent,ecce unũ quieſcentium capitũ quod erat mediũ,euigilabat. Hoc enim erat duorum
capitũ maius. Et uidi,quoniã cõpleta ſunt duo capita ſecũ & ecce cõuerſum eſt caput cũ his q cũ eo erant,& cõedit duas
ſubalares quæ cogitabãt regnare. Hoc aũt caput perconterruit omnem terrã,& dñabatur in ea his q habitabãt terram
cũ labore multo,& potẽtatũ tenuit orbis terrarũ ſuper oẽs alas quę fuerũt. Et uidi poſt hęc,& ecce mediũ caput ſubitò
non cõparuit,& hoc ſicut alæ. Superauerũt aũt duo capita,quę & ipſa ſimiliter regnauerũt ſuper terram, & ſuper eos
qui habitant in ea. Et uidi,& ecce deuorauit caput à dextera parte illud quod à leua. Et audiui uocẽ dicentẽ mihi: Con-
ſpice cõtra te,& cõſidera quòd uides. Et uidi,& ecce ſicut leo cõcitatus de ſylua rugiẽs:& uidi,quoniã emittebat uocem
hominis ad aquilã. Et dixit,dicens: Audi tu & loquar ad te,& dicit altiſsimus tibi: Nõne tu es qui ſuperaſti de quatuor
animalibus quę fecerã regnare in ſeculo meo,& ut per eos ueniret finis tẽporũ eorũ? Et quartus ueniẽs deuicit omnia
talia quę trãſierũt,& potentatu tenuit ſeculũ cũ tremore multo,& oẽm orbẽ cũ labore peſsimo, & inhabitauit tot tẽpo-
ribus orbẽ terrarũ cũ dolo. Et iudicaſti terrã nõ cũ ueritate: Tribulaſti em̃ mãſuetos,& læſiſti qeſcentes,& dilexiſti men
daces,& deſtruxiſti habitatiões eorũ qui fructificabãt,& humiliaſti muros eorũ q te nõ nocuerũt. Et aſcẽdit cõtumelia
tua ad altiſsimũ,& ſuperbia tua ad fortẽ. Et reſpexit altiſsimus ſuperba tẽpora,& ecce finita ſunt,& ſcelera eius cõpleta
ſunt, Propterea nõ appareas tu aquila & alæ tuæ horribiles, & pẽnacula tua peſsima,& capita tua maligna,& ungues
tui peſsimi,& omne corpus tuum uanum:uti refrigeretur omnis terra, & reuertatur liberata de tua ui, & ſperet iudi-
cium & miſericordiam eius qui fecit eam.

Cap. XII.

ET factũ eſt dum loqueretur leo uerba hæc ad aquilã. Et uidi,& ecce quòd ſuperauerat caput,& nõ cõpa
ruerũt quatuor alæ illæ quę ad eũ trãſierũt,& erectæ ſunt ut regnarẽt,& erat regnũ eorũ exile, & tumul-
tu plenũ. Et uidi,& ecce ipſa nõ apparebãt,& omne corpus aquilæ incẽdebatur,& expaueſcebat terra
ualde. Et ego à tumultu & exceſſu mẽtis,& à magno timore uigilaui,& dixi ſpiritui meo: Ecce tu pręſti
tiſti mihi hoc,in eo quod ſcrutaris uias altiſsimi. Ecce adhuc fatigatus ſum animo,& ſpiritu meo inuali
dus ſum ualde,& nec modica eſt in me uirtus à multo timore quo expaui nocte hac. Nũc ergo orabo al-
tiſsimũ,ut me cõfortet uſq; in finẽ. Et dixi: Dñator dñe ſi inueni gratiã ante oculos tuos, & ſi iuſtificat⁹ ſum apud te prę
multis,& ſi certè aſcendit deprecatio mea ante faciem tuam,conforta me,& oſtende ſeruo tuo mihi interpretationẽ &
diſtinctionẽ uiſus horribilis huius,ut pleniſsimè cõſoleres animã meam. Dignũ enim me habuiſti oſtẽdere mihi tẽpo-
rum nouiſsima. Et dixit ad me: Hæc eſt interpretatio uiſiõis huius. Aquilã quã uidiſti aſcendentẽ de mari,hoc eſt regnũ
quod uiſum eſt in uiſione à Daniele fratre tuo. Sed non eſt illi interpretatum,quoniam ego nunc tibi interpretor. Ecce
dies ueniunt, & exurget regnum ſuper terram, & erit timor acrior omnium regnorum, quæ fuerunt ante eum.

A Regnabunt autem in ea reges duodecim, unus poſt unum. Nam ſecundus incipiet regnare & ipſe tenebit amplius C
tempus præ duodecim. Hæc eſt interpretatio duodecim alarum quas uidiſti. Et quam audiſti uocem quæ locuta eſt,
non de capitibus eius exeuntem, ſed de medio corporis eius, hæc eſt interpretatio: Quoniam poſt tempus regni illius
naſcentur contentiones non modicę, & periclitabitur ut cadat & nō cadet tunc: ſed iterum conſtituetur in ſuū initium.
Et quoniā uidiſti ſubalares octo cohærentes alis eius, hæc eſt interpretatio: Exurgent in ipſo octo reges, quorū erunt
tempora leuia, & anni citati, & duo quidem ex ipſis parient. Appropinquante autem tempore medio, quatuor ſerua-
buntur in tempore, cùm incipiet appropinquare tempus eius ut finiatur. Duæ uerò in finem ſeruabuntur. Et quo-
niam uidiſti tria capita quieſcentia, hæc eſt interpretatio: In nouiſsimis eius ſuſcitabit altiſsimus tria regna, & reuoca-
bit in ea multa, & dominabuntur terram, & qui habitant in ea, cum labore multo ſuper omnes qui fuerunt ante hos.
Propter hoc ipſi uocati ſunt capita aquilæ. Iſti enim erunt qui recapitulabunt impietates eius, & qui perficient nouiſ-
ſima eius. Et quoniam uidiſti caput maius non apparens, hæc eſt interpretatio eius. Quoniam unus ex eis ſuper le-
ctum ſuum morietur, & tamen cum tormentis. Nam duo qui perſeuerauerint, gladius eos comedet. Vnius enim gla-
dius comedet qui cum eo: ſed tamen hic gladio in nouiſsimis cadet. Et quoniam uidiſti duas ſubalares traijcientes ſu-
per caput, quod eſt in dextera parte, hæc eſt interpretatio. Hi ſunt quos conſeruauit altiſsimus in finem ſuum, hoc eſt
regnum exile, & turbationis plenum. Sicut uidiſti & leonem, quem uidiſti de ſylua euigilantem, & rugientem, & lo-
quentem ad aquilam, & arguentem eam, & iniuſtitias ipſius per omnes ſermones eius, ſicut audiſti: hoc eſt uentus
quem ſeruauit altiſsimus in finem ad eos, & impietates ipſorum, & arguet illos, & incutiet coram ipſis diſcerptiones
eorum. Statuet enim eos in iudicio uiuos: & erit, cùm arguerit eos, tunc corripiet eos. Nam reſiduum populum
meum liberabit cum miſeria, qui ſaluati ſunt ſuper fines meos, & iucundabit eos, quoadusq; ueniet finis dies iudicij:
de quo locutus ſum tibi ab initio. Hoc ſomnium quod uidiſti, & hæ interpretationes. Tu ergo ſolus dignus fuiſti ſcire
altiſsimi ſecretum hoc. Scribe ergo omnia iſta in libro quæ uidiſti, & pone ea in loco abſcondito, & docebis ea ſapien-
tes de populo tuo, quorum corda ſcis poſſe capere, & ſeruare ſecreta hæc. Tu autem adhuc ſuſtine hîc alios dies ſe-
ptem, ut tibi oſtendatur quicquid uiſum fuerit altiſsimo oſtendere tibi. Et profectus eſt à me. Et factum eſt, cùm audiſ-
ſet omnis populus, quoniam pertranſierunt ſeptem dies, & ego non fuiſſem reuerſus in ciuitatem, & congregauit, ſe
omnis à minimo usq; ad maximum: & uenit ad me, & dixerunt mihi, dicentes: Quid peccauimus tibi, & quid iniuſtè
egimus in te, quoniam derelinquens nos ſediſti in loco hoc? Tu enim nobis ſuperes ſolus ex omnibus populis, ſicut
botrus de uinea, & ſicut lucerna in loco obſcuro, & ſicut portus & nauis ſaluata à tempeſtate. Aut non ſufficiunt no-
bis mala quæ contingunt? Si ergo tu nos dereliqueris, quantò nobis erat melius ſi eſſemus ſuccenſi, & nos cum incen-
B dio Sion? Nec enim nos ſumus meliores eorum qui ibi mortui ſunt. Et plorauerunt uoce magna. Et reſpondi ad eos
& dixi: Confide Iſrael, & noli triſtari tu domus Iacob. Eſt enim memoria ueſtri coram altiſsimo, & fortis non eſt obli-
tus ueſtri in tentatione. Ego enim non dereliqui uos, neq; exceſsi à uobis: ſed ueni in hunc locum, ut deprecarer pro D
deſolatione Sion, ut quęrerem miſericordiam pro humilitate ſanctificationis ueſtræ. Et nunc ite unusquisq; ueſtrum
in domum ſuam, & ego ueniam ad uos poſt dies iſtos. Et profectus eſt populus, ſicut dixi ei, in ciuitatem. Ego autem
ſedi in campo ſeptem diebus, ſicut mihi mandauit, & manducabam de floribus ſolummodo agri, de herbis facta eſt
eſca mihi in diebus illis.

## CAP. XIII.

ET factum eſt poſt dies ſeptem, & ſomniaui ſomnium nocte. Et ecce de mari uentus exurgebat, ut con-
turbaret omnes fluctus eius. Et uidi, & ecce conualeſcebat ille homo cum milibus cæli, & ubi uultum
ſuum uertebat, ut conſideraret, tremebant omnia quæ ſub eo uidebantur: & ubicunq; exibat uox de
ore eius, ardeſcebant omnes qui audiebant uoces eius, ſicut quieſcit terra quando ſenſerit ignem. Et
uidi poſt hæc, & ecce congregabatur multitudo hominum, quorum non erat numerus de quatuor
uentis cæli, ut debellarent hominem qui aſcenderat de mari. Et uidi, & ecce ſibimetipſi ſculpſerat mon
tem magnum & uolauit ſuper eum. Ego autem quæſiui uidere regionem, uel locum unde ſculptus eſſet mons, & non
potui. Et poſt hæc uidi, & ecce omnes qui congregati ſunt ad eum, ut expugnarent eum, timebant ualde: tamen aude-
bant pugnare. Et ecce, ut uidit impetum multitudinis uenientis non leuauit manum ſuam, neq; frameam tenebat, neq;
aliquod uas bellicoſum, niſi ſolummodo ut uidi, quoniam emiſit de ore ſuo ſicut flatum ignis, & de labijs eius ſpiritus
flammæ, & de lingua eius emittebat ſcintillas & tempeſtates, & commiſta ſunt omnia ſimul, hic flatus ignis & ſpiri-
tus flammæ, & multitudo tēpeſtatis: & cōcidit ſuper multitudinem in impetu, quæ pręparata erat pugnare, & ſuccen-
dit omnes: ut ſubitò nihil uideretur de innumerabili multitudine, niſi ſolummodo puluis, & fumi odor. Et uidi, &
extimui. Et poſt hæc uidi ipſum hominem deſcendentem de monte, & uocantem ad ſe multitudinem aliam pacifi-
cam, & accedebat ad eum uultus hominum multorum, quorundam gaudentium, quorundam triſtantium: aliqui
uerò alligati, aliqui adducentes ex eis qui offerebantur. Et ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus ſum,
& dixi: Tu ab initio demonſtraſti ſeruo tuo mirabilia, hæc & dignum me habuiſti ut ſuſciperes deprecationem meam:
& nunc demonſtra mihi adhuc interpretationem ſomnij huius. Sicut enim exiſtimo in ſenſu meo, uæ qui derelicti fue-
rint in diebus illis: & multò plus, uæ his qui non ſunt derelicti. Qui enim non ſunt derelicti triſtes erant. Intelligo nunc
quæ ſunt repoſita in nouiſsimis diebus, & occurrent eis: ſed & his qui derelicti ſunt. Propter hoc uenerunt enim in peri-
cula magna, & neceſsitates multas, ſicut oſtendunt ſomnia hæc. Attamen facilius eſt periclitantē uenire in hunc, quàm
pertranſire ſicut nubē à ſeculo, & nunc uidere quę cōtingunt in nouiſsimo. Et reſpōdit ad me, & dixit: Et uiſionis inter-
pretationē dicā tibi: & de quibus locutus es, adaperiā tibi. Quoniā de his dixiſti, qui derelicti ſunt, hęc eſt interpretatio.
Qui aufert periculū illo tēpore, hic ſe cuſtodiuit. Qui in periculo inciderūt, hi ſunt, q habēt opa, & fidē ad fortiſsimum.

E Scito ergo quoniam magis beatificati ſunt, qui derelicti ſuper eos qui mortui ſunt. Hæ interpretationes uiſionis: G
Quia uidiſti uirum aſcendentē de corde maris, ipſe eſt quem cōſeruat altiſsimus multis tēporibus, qui per ſemetipſum
liberabit creaturā ſuam, & ipſe diſponet qui derelicti ſunt. Et quoniam uidiſti de ore eius exire, ut ſpiritum, & ignem &
tempeſtatem, & quoniam nō tenebat frameam, neq; uas bellicoſum, corrupit enim impetus eius multitudinem quę
uenerat expugnare eum, hæc eſt interpretatio: Ecce dies ueniunt, quando incipiet altiſsimus liberare eos qui ſuper ter-
ram ſunt: & ueniet in exceſſu mentis ſuper eos qui inhabitant terram. Et alij alios cogitabunt debellare, ciuitas ciuita-
tem, & locus locum, & gens aduerſus gētem, & regnum aduerſus regnū. Et erit cùm fient hæc, & contingent ſigna quę
ante oſtendi tibi, & tunc reuelabitur filius meus, quem uidiſti ut uirum aſcendētem. Et erit, quando audierint omnes
gētes uocem eius, & derelinquet unuſquiſq; in regione ſua bellū ſuum quod habēt ad alterutrū, & colligetur in unum
multitudo innumerabilis, ſicut uolentes uenire & expugnare eum. Ipſe autē ſtabit ſuper cacumen montis Sion. Sion
autem ueniet & oſtēdetur omnibus parata & ædificata, ſicut uidiſti montem ſculpi ſine manibus. Ipſe autē filius meus
arguet quę adinuenerunt gentes, impietates eorum has, quę tempeſtati appropinquauerūt, propter mala cogitamen
ta eorum, & cruciamenta, quibus incipient cruciari, quę aſsimilatę ſunt flammę, & perdet eos ſine labore, per legē quæ
igni aſsimilata eſt. Et quoniam uidiſti eum colligentē ad ſe aliam multitudinem pacificam, hæ ſunt decem tribus quę
captiuę factę ſunt de terra ſua, in diebus Oſee regis, quem captiuum duxit Salmanaſar rex Aſſyriorū, & tranſtulit eos
trans flumen, & tranſlati ſunt in terram aliam. Ipſi autem ſibi dederūt conſilium hoc, ut derelinquerent multitudinem
gentiū, & proficiſcerētur in ulteriorem regionē ubi nunq; inhabitauit genus humanū, uel ibi obſeruare legitima ſua,
quæ non fuerant ſeruantes in regione ſua. Per introitus autē anguſtos fluminis Euphraten introierunt. Fecit enim eis
tunc altiſsimus ſigna, & ſtatuit uenas fluminis uſq; quo tranſirent. Per eam enim regionem erat uia multa itineris anni
unius, & dimidij: nam regio illa uocatur Arſareth. Tunc inhabitauerūt ibi uſq; in nouiſsimo tempore, & nunc iterum
cùm cœperint uenire, iterū altiſsimus ſtatuet uenas fluminis, ut poſsint tranſire: propter hæc uidiſti multitudinē cum
pace. Sed & qui derelicti ſunt de populo tuo, hi ſunt qui inueniūtur intra terminum meum. Factum erit ergo, quando
incipiet perdere multitudinē earum, quę collectæ ſunt gentes, proteget eos qui ſuperuenerūt populum, & tunc oſten-
det eis multa plurima portenta. Et dixi ego: Dominator domine, hoc mihi oſtende, propter quod uidi uirum aſcendē
tem de corde maris. Et dixit mihi: Sicut non potes hæc uel ſcrutari uel ſcire quę ſunt in profundo maris, ſic non poterit
quiſq; ſuper terram uidere filium meum, uel eos qui cum eo ſunt, niſi in tēpore diei. Hæc eſt interpretatio ſomnij quod
uidiſti, & propter quod illuminatus es hîc ſolus. Dereliquiſti enim tuam, & circa meam uacaſti legem, & quęſiſti. Vi-
tam enim tuam diſpoſuiſti in ſapientia, & ſenſum tuum uocaſti matrem. Et propter hoc oſtēdi tibi merces apud altiſ-
ſimum. Erit enim poſt alios tres dies, ad te alia loquar, & exponam tibi grauia & mirabilia. Et profectus ſum & trāſij
in campum, multùm glorificans & laudans altiſsimum de mirabilibus, quæ per tempus faciebat, & quoniam guber-
nat ipſum & ſunt in temporibus illata. Et ſedi ibi tribus diebus.

## Cap. XIIII.

ET factum eſt tertio die, & ego ſedebam ſub quercu. Et ecce uox exiuit cōtra me de rubo & dixit: Eſdra, H
Eſdra. Et dixi: Ecce ego dn̄e: Et ſurrexi ſup pedes meos. Et dixit ad me: Reuelans reuelatus ſum ſuper
F rubum, & locutus ſum Moyſi, quando populus meus ſeruiebat in Ægypto: & miſi eū, & eduxi popu
lum meū de Ægypto, & adduxi eum ſuper montem Sina, & detinebā eum apud me diebus multis, &
enarraui ei mirabilia multa, & oſtenſi ei temporū ſecreta & finem: & præcepi ei dicens: Hæc in palam
facies uerba, & hæc abſcondes. Et nunc tibi dico ſigna, quæ demonſtraui, & ſomnia quę uidiſti: & inter
pretationes quas tu uidiſti in corde tuo, repone ea: tu em̄ recipieris ab omnibus: conuerteris reſiduus cum cōſilio meo
& cum ſimilibus tuis, uſq; quo finiantur tempora. Quoniam ſeculū perdidit iuuētutem ſuam, & tempora appropin-
quant ſeneſcere. Duodecim enim partibus diuiſum eſt ſeculum, & tranſierūt eius decima, & dimidium decimę partis:
ſuperſunt autem eius poſt medium decimæ partis. Nunc ergo diſpone domum tuam, & corripe populū tuum, & con
ſolare humiles eorum, & renūtia iam corruptelę, & dimitte abs te mortales cogitationes: & proiice abs te pondera hu-
mana & exue te iam infirmā naturam, & repone in unam partē moleſtiſsima tibi cogitamenta, & feſtina trāſmigrare à
temporibus his. Quæ enim uidiſti nunc contigiſſe mala, iterum horum deteriora facient. Quantùm enim inualidum
fiet eſculum á ſenectute, tantùm multiplicabuntur ſuper inhabitantes mala. Prolongauit enim ſe magis ueritas & ap-
propinquauit mendacium. Iam enim feſtinat uenire, quam uidiſti uiſionem. Et reſpōdi, & dixi coram te domine: Ecce
enim ego abibo, ſicut præcepiſti mihi, & corripiam pręſentem populum. Qui autem iterum nati fuerint quis commo
nebit? Poſitum eſt ergo ſeculum in tenebris, & qui inhabitant in eo ſine lumine. Quoniam lex tua incenſa eſt, propter
quod nemo ſcit quæ à te facta ſunt, uel quæ incipient opera. Si enim inueni in te gratiam, immitte in me ſpiritum ſan-
ctum, & ſcribam omne quod factum eſt in ſeculo ab initio quæ erant in lege tua ſcripta, ut poſsint homines inuenire
ſemitam, & qui uoluerint uiuere in nouiſsimis uiuant. Et reſpondit ad me, & dixit: Vadens congrega populum, & di-
ces ad eos, ut non quęrant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos, & accipe tecum Saream, Da-
briam, Salemiam, Echanum, & Aſiel quinq; hos, qui parati ſunt ad ſcribendum ueelociter: Et uenias huc, & ego accen-
dam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoaduſq; finiantur quæ incipies ſcribere. Et tunc per-
fectis quædam palam facies, quædam ſapientibus abſconſè trades. In craſtinum enim hac hora incipies ſcribere. Et
profectus ſum ſicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi: Audi Iſraël uerba hæc. Peregrinati ſunt
patres noſtri ab initio in Ægypto, & liberati ſunt inde, & acceperunt legem uitę quam non cuſtodierunt, quam & uos
poſt eos tranſgreſsi eſtis, & data eſt uobis terra in ſortem, & terra Sion, & patres ueſtri, & uos iniquitatem feciſtis, &
non ſeruaſtis uias quas pręcepit uobis altiſsimus, & iuſtus iudex cùm ſit, abſtulit à uobis in tempore, quod donauerat.
Et nunc uos hîc eſtis, & fratres ueſtri introrſum ueſtrū ſunt. Si ergo imperaueritis ſenſui ueſtro, & erudieritis cor ue-
ſtrum, uiui conſeruati eritis, & poſt mortem miſericordiā conſequimini. Iudicium enim poſt mortē ueniet, quādo ite-

A rum reuiuiſcemus:& tunc iuſtorũ noĩa parebũt,& impiorũ facta oſtẽdentur. Ad me igitur nemo accedat nunc,neq; re- C
quirat me uſq; dies quadraginta.Et accepi quinq; uiros ſicut mãdauit mihi,& profecti ſumus in cãpum,& mãſimus ibi,
& factus ſum in craſtinũ,& ecce uox uocauit me dicens:Eſdra aperi os tuum,& bibe quo te potauero.Et aperui os meũ,
& ecce calix plenus porrigebatur mihi.Hoc erat plenũ ſicut aqua,color autẽ eius ut ignis ſimilis. Et accepi & bibi, & in
eo cũ bibiſſem,cor meũ cruciabatur intellectu, & in pectus meum increſcebat ſapiẽtia.Nam ſpũs meus conſeruabatur
memoria.Et apertũ eſt os meũ,& nõ eſt clauſum amplius.Altiſsimus dedit intellectũ quinq; uiris,& ſcripſerũt quę dice
bantur exceſsiones noctis,quas nõ ſciebãt.Nocte autẽ mãducabant panẽ,ego autẽ per diẽ loquebar,& ꝑ noctem nõ ta-
cebam.Scripti ſunt autẽ per quadraginta dies libri ducẽti quatuor.Et factũ eſt cùm cõpleuiſſent quadragĩta dies,locu-
tus eſt altiſsimus dicẽs:Priora quę ſcripſiſti,in palã pone,& legãt digni & indigni:nouiſsimos aũt ſeptuaginta cõſerua-
bis,ut tradas eos ſapiẽtibus de populo tuo.In his enim eſt uena intellectus,& ſapiæ fons,& ſciẽtiæ flumẽ.Et feci ſic.

ECce loquere in aures plebis meę ſermones prophetię quos immiſero in os tuũ,dicit dñs: Cap. XV.
& fac ut in charta ſcribãtur,quoniã fideles & ueri ſunt.Ne timeas à cogitationibus aduerſum te,nec tur-
bent te incredulitates dicentiũ,quoniã omnis incredulus in incredulitate ſua morief.Ecce ego induco di-
cit dñs ſuper orbẽ terrarũ mala,gladiũ,& famẽ, & mortẽ, & interitum, ꝓpter quod ſuppolluit iniquitas
omnẽ terrã,& adimpleta ſunt opera nociua illorũ.Propterea dicit dñs:Iam nõ ſilebo de impietatibus eo-
rum quę irreligioſè agunt,nec ſuſtinebo in his quę iniquè exercẽt:ecce ſanguis innoxius & triſtis clamat
ad me,& animę iuſtorũ clamãt perſeuerãter.Vindicans uindicabo illos dicit dñs,& accipiã omnẽ ſanguinẽ innoxium ex
illis ad me.Ecce populus meus quaſi grex ad occiſionẽ ducif:iam non patiar illum habitare in terra Ægypti,ſed educam
eum in manu potẽti & brachio excelſo.Et percutiã plaga ſicut prius,& corrumpã omnẽ terrã eius.Lugebit Ægyptus &
fundamẽta eius plaga uerberata & caſtigatione quas inducet ei deus.Lugebunt cultores operãtes terrã,quoniã deficiet
ſemina eorũ ab uredine & grãdine, & à ſydere terribili.Vę ſeculo,& qui habitant in eo,quia appropinquauit gladius &
cõtritio eorũ,& exurget gẽs cõtra gentẽ ad pugnã,& rhõphęa in manibus eorũ.Erit eñ incõſtabilitio hoĩbus,& alij aliis
inualeſcẽtes non curabunt regẽ ſuum & principes,uię geſtorum ſuorum in potẽtia ſua.Cõcupiſcet eñ homo in ciuitatẽ
ire,& nõ poterit.Propter ſupbiam eñ eorũ ciuitates turbabunf,domus exterẽtur,hoĩes metuẽt.Nõ miſerebitur homo
proximũ ſuum ad irritũ faciẽdum domos eorum in gladiũ ad diripiẽdas ſubſtãtias eorum ꝓpter famẽ panis & tribula-
tionẽ multã.Ecce ego conuoco dicit deus,oẽs reges terrę ad me uerẽdum qui ſunt ab oriente & ab auſtro,ab euro & à li-
bano,ad cõuertendos ad ſe,& reddere quę dederũt illis.Sicut faciũt uſq; hodie electis meis,ſic faciã & reddã in ſinu eorũ.
Hęc dicit dñs deus:Non pcet dextera mea ſup peccatores,nec ceſſabit rõphęa ſuper effundentes ſanguinẽ innoxiũ ſup
terram.Exiit ignis ab ira eius,& deuorauit fundamẽta terrę,& pctõres quaſi ſtramẽ incenſum.Vę eis qui peccãt & non
obſeruãt mandata mea,dicit dñs:Non parcã illis.Diſcedite filij à ptãte,nolite cõtaminare ſanctificationẽ meam,quoniã
nouit dñs oẽs qui delinquũt in illum.Propterea tradidit eos in mortẽ & in occiſionẽ.Iam enim uenerunt ſup orbem ter-
rarum mala,& manebitis in illis.Non eñ liberabit uos deus,ꝓpter quod peccaſtis in eum.Ecce uiſio horribilis,& facies D
B illius ab oriẽte. Et exient nationes draconũ Arabum in curribus multis,& ſicut flatus eorũ numerus fertur ſup terrã,ut
iam timeãt & trepidẽt oẽs qui illos audiẽt carmonij inſaniẽtes in ira,& exient ut apri de ſylua,& aduenient in uirtute ma-
gna,& cõſtabunt in pugnã cum illis,& uaſtabũt portionẽ terrę Aſſyriorũ.Et poſt hęc ſuperualeſcẽt dracones natiuitatis
ſuę memores,& cõuertent ſe conſpirãtes in uirtute magna ad perſequẽdos eos.Iſti turbabuntur & ſilebũt in uirtute illo
rum,& cõuertent pedes ſuos in fugã,& à territorio Aſsyriorũ ſubſeſſor obſidebit eos,& conſumet unũ ex illis:& erit ti-
mor & tremor in exercitu illorũ:& contẽtio in reges ipſorum.Ecce nubes ab oriente & à ſeptẽtrione uſq; ad meridianũ,
& facies earũ horrida ualde plena iræ & procellę.Et collident ſe inuicẽ: & collidẽt ſydus copioſum ſup terram, & ſydus
illorum.Et erit ſanguis à gladio uſq; ad uentrẽ, & fimus hoĩs uſq; ad ſubſtramẽ cameli.Et erit timor & tremor multus
ſuper terrã,& horrebũt qui uidebunt irã illam,& tremor apprehendet illos.Et poſt hęc mouebunf nimbi copioſi à meri-
diano & ſeptẽtrione, & portio alia ab occidẽte.Et ſuperinualeſcẽt uenti ab oriente & recludent eam & nubem quam ſu-
ſcitauit in ira,& ſydus ad faciendam exterritationem ad orientalẽ uentum & occidentẽ uiolabitur.Et exaltabuntur nu-
bes magnę & ualidę plenæ irę & ſydus,ut exterreant omnẽ terrã & inhabitãtes eam,& infundent ſuper omnẽ locum al-
tum & eminẽtem ſydus terribile,ignem & grandinẽ & romphęas uolantes, & aquas multas,ut etiã impleãtur omes cã-
pi,& oẽs riui plenitudine aquarũ multarũ.Et demoliẽtur ciuitates, & muros, & mõtes,& colles,& ligna ſyluarũ,& fœ-
num pratorũ & frumenta eorum.Et trãſibunt conſtantes uſq; Babylonẽ,& exterrent eam,cõuenient ad ipſam & circũi-
bunt eam,& effundent ſydus & omnẽ iram ſuper eam.Et ſubibit puluis & fumus uſq; in cælum,& oẽs in circumitu lu-
gebũt eam,& qui ſub ea remãſerint ſeruiẽt his qui exterruerũt. Et tu Aſia cõcors in ſpem Babylonis & gloria ꝑſonę eius:
uę tibi miſera propter quod aſsimilaſti ei, & ornaſti filias tuas in fornicatiõe ad placẽdum & gloriãdum in amatoribus
tuis,qui tecũ ſemp cupierunt fornicari. Odibilẽ imitata es in oĩbus operibus eius & in adinuẽtionibus eius,ꝓpterea di-
cit deus: Immittã tibi mala,uiduitatẽ, paupertatem, & famẽ,& gladium,& peſtem ad deuaſtãdas domos tuas à uiola-
tione,& morte,& gloria uirtutis tuæ.Sicut flos ſiccabitur cùm exurget ardor qui emiſſus eſt ſup te,infirmaberis ut pau-
percula plagata & caſtigata à mulieribus,ut non poſsint te ſuſcipere potẽtes & amatores.Nũquid ego ſic zelabo te,di-
cit dñs,niſi occidiſſes electos meos in omni tẽpore,exaltans percuſsionem manuum,& diceres ſuper mortem eorum,
cùm inebriata eſſes exorna ſpeciem uultus tui.Merces fornicationis tuæ in ſinu tuo, propter hoc redditionem accipies.
Sicut facies electis meis dicit dominus , ſic faciet tibi deus,& tradet te in malum. Et nati tui fame interient, & tu rom-
phæa cades, & ciuitates tuæ conterentur:& omnes tui in campo gladio cadent.Et qui ſunt in montibus fame peribunt
& manducabunt carnes ſuas, & ſanguinem bibent à fame panis & ſitis aquæ. Infelix per maria uenies, & rurſum ac-
cipies mala. Et in tranſitu allident ciuitatem occiſam : & exterrent aliquam portionem terræ tuæ, & partem gloriæ
tuæ exterminabunt rurſum reuertentes conuerſam.Et demolita eris illis pro ſtipula,& ipſi erunt tibi ignis, & deuora-

E bunt te & ciuitates tuas,& terram tuam & montes tuos,omnes ſyluas tuas & lignum fructiferum igni comburēt. Fi- G
lios tuos captiuos ducēt,& cenſum tuū in prędam habebunt,& gloriā faciei tuę exterminabunt. Cap. XVI.

VÆ tibi Babylon & Aſia,uę tibi Ægipte & Syria. Pręcingite uos ſaccis & ciliciis,& plāgite filios ueſtros
& dolete,quoniam appropinquauit cōtritio ueſtra. Immiſſus eſt uobis gladius,& quis eſt qui auertat
illum? Immiſſus eſt in uobis ignis,& quis eſt qui extinguat illum? Immiſſa ſunt uobis mala,& quis eſt
qui repellet ea? Nunquid repellet aliquis leonem eſurientem in ſylua, aut extinguet ignem in ſtipula
mox quādo cœperit ardere? Nūquid repellet aliquis ſagittā à ſagittario forti miſſam? Dominus fortis
immittit mala,& quis eſt qui repellet ea? Exiit ignis ex iracundia eius, & quis eſt qui extinguat eum?
Coruſcabit,& quis nō timebit? Tonabit,& quis nō pauebit? Dominus cōminabitur,& quis nō funditus cōteretur à
facie ipſius? Terra tremuit & fundamēta eius,mare fluctuat de profundo,& fluctus eius diſturbabūtur,& piſces eius
à facie domini,& à gl'ia uirtutis eius,quoniā fortis dextera eius quę arcū tendit,ſagittę eius acutę quę ab ipſo mittūtur,
non deficient cū cœperint mitti in fines terrę. Ecce mittūtur mala,& nō reuertētur,donec ueniāt ſuper terrā. Ignis ſuc-
cenditur,& nō extinguetur,donec cōſumat fundamēta terrę. Queādmodū non redit ſagitta miſſa à ualido ſagittario,
ſic non reuertētur mala quę miſſa fuerint in terrā. Vę mihi,uæ mihi: quis me liberabit in illius diebus? Initiū dolorū &
multi gemitus,initiū famis & multi interitus,initiū bellorum & formidabūt poteſtates, initiū malorū & trepidabunt
omnes. In his quid faciā cū uenerint mala? Ecce fames & plaga & tribulatio & anguſtia,miſſa ſunt flagella in emenda-
tione,& in his omnibus ſe nō conuertēt ab iniquitatibus ſuis,neq; flagellorū memores erūt ſemper. Ecce erit annonæ
uilitas ſuper terrā,ſic ut putēt ſibi eſſe directā pacē,& tūc germinabūt mala ſuper terrā,gladius,fames,& magna cōfu-
ſio. A fame enim plurimi qui inhabitāt terrā interiēt,& gladius perdet cęteros,qui ſuperauerint à fame, & mortui ſi-
cut ſtercora proiiciētur,& nō erit qui cōſoletur eos. Derelinquetur enim terra deſerta,& ciuitates eius deiiciētur. Nō
derelinquetur qui collat terrā,& qui ſeminet eā. Ligna dabūt fructus, & qui uindemiabit illa? Vua matura fiet,& quis
calcabit illam? Erit enim locus magna deſertio? Cupiet enim homo hominē uidere,uel uocē eius audire. Relinquētur
enim de ciuitate decē,& duo de agro qui abſcōderint ſe in dēſis nemoribus & ſciſſuris petrarū, queāmodū dū derelin-
quuntur in oliueto,& ſingulis arboribus tres aut quatuor oliuæ,aut ſicut in uinea uindemiata racemi relinquūtur ab
his qui diligēter uineā ſcrutātur: ſic relinquētur in diebus illis tres aut quatuor ſcrutātibus domos eorū in rhomphęa.
Et relinquetur terra deſerta, & agri eius inueterabūt, & uię eius & omnes ſemitæ eius germinabunt ſpinas, eò quòd
tranſient homines per eā. Lugebunt uirgines nō habentes ſponſos,lugebunt mulieres nō habentes uiros. Lugebunt
filiæ earū non habētes adiutorium ſpōſi earum. In bello conſumētur,& uiri earū in fame exterētur. Audite uerò iſta &
cognoſcite ea ſerui domini. Ecce uerbū domini,excipite illud,ne diis credatis de qbus dicit dominus: Ecce appropin-
quant mala,& nō tardant. Queāmodum prægnās cū parit in nono mēſe filium ſuū appropinquāte hora partus eius,
ante horas duas uel tres dolores circūeunt uentrē eius,& prodeūte infante de uētre non tardabūt uno puncto,ſic non
morabuntur mala ad prodeūdum ſuper terrā,& ſeculum gemet,& dolores circūtenebūt illud,audite uerbum plebs H
mea: Parate uos in pugnā,& in malis ſic eſtote quaſi aduenę terrę. Qui uēdit,quaſi qui fugiat: & q emit quaſi qui per-
diturus. Qui mercatur,quaſi qui fructū nō capiat: & qui ędificat,quaſi qui nō habitaturus. Qui ſeminat quaſi qui non
F metet,ſic & qui uineā putat,quaſi qui non uindemiaturus. Qui nubūt,ſic quaſi filios nō facturi,& qui non nubunt,ſic
quaſi uidui,ꝓpter quod qui laborāt ſine cauſa laborāt. Fructus eñ illorū alienigenę metēt,& ſubſtātiā illorū rapiēt &
domos euertēt, & filios eorū captiuabūt,qa in captiuitate & fame generāt natos ſuos. Et q negotiātur in rapina quātū
diu exornāt ciuitates & domos ſuas & poſſeſsiones & perſonas ſuas,tātò magis ad zelabor eos ſuper peccata ſua,dicit
dominus. Quomodo zelatur fornicaria mulierē idoneā & bonā ualde,ſic zelabitur iuſtitia iniquitatē cū exornat ſe &
accuſat eā in facie cū uenerit qui defendat exquirentē omne peccatū ſup terrā. Propterea nolite ſimilari ei nec operibus
eius,quoniā adhuc puſillū,& tolletur iniquitas à terra,& iuſtitia regnabit in uos. Nō dicat peccator ſe nō peccaſſe,quo
niam carbones ignis cōburet ſup caput eius, qui dicit nō peccaui corā deo & gloria ipſius. Ecce dñs cognoſcet omnia
opera hominū,& adinuētiones illorū,& cogitationes illorū,& corda illorū. Dixit enim: Fiat terra,& facta eſt: Fiat cę-
lum,& factū eſt. Et in uerbo illius ſtellę fundatæ ſunt,& nouit numerū ſtellarū. Qui ſcrutatur abyſſum & theſauros il
larū. Qui mēſus eſt mare & conceptū eius. Qui cōcluſit mare in medio aquarū,& ſuſpēdit terrā ſup aquas uerbo ſuo:
Qui extēdit cęlū quaſi camerā,ſup aquas fundauit eū. Qui poſuit in deſerto fontes aquarū,& ſup uerticē montiū lacus
ad emittendū flumina ab eminēti petra ut portaret terrā. Qui finxit hominē,& poſuit cor ſuū in medio corporis, & mi
ſit ei ſpm̄,uitā,& intellectū,& ſpiramē dei oīpotentis qui fecit oīa,& ſcrutinat omnia abſcōſa in abſcōſis terrę. Hic no-
uit adinuētionē ueſtrā,& q̄ cogitatis in cordibus ueſtris peccātes & uolētes occultare peccata ueſtra. Propter quod dñs
ſcrutinādo ſcrutinauit oīa opa ueſtra,& traducet uos oēs,& uos cōfuſi eritis,cū ꝓceſſerint peccata ueſtra corā hoībus,
& iniquitates erūt quę accuſatores ſtabūt in die illo. Quid facietis, aut quomodo abſcondetis peccata ueſtra corā deo
& angelis eius? Ecce iudex deus: Timete eū. Deſinite à peccatis ueſtris,& obliuiſcamini iniquitates ueſtras iam agere
eas in ſempiterno,& deus educet uos & liberabit de omni tribulatione. Ecce enim incenditur ardor ſuper uos turbę co
pioſæ, & rapient quoſdam ex uobis,& cibabūt idolis occiſos,qui cōſenſerint eis erūt illis in deriſum & improperiū &
in cōculcationē. Erit enim locis locus,& in uicinas ciuitates exurrectio multa ſup timentes dñm. Erunt quaſi inſani,ne-
mini parcētes,ad diripiendū & deuaſtandum adhuc timentes dñm,quia deuaſtabūt & diripient ſubſtantias, & de do-
mibus ſuis eos eiiciēt. Tunc parebit probatio electorū meorum,ut aurum quod probatur ab igne. Audite dilecti mei
dicit dominus: Ecce adſunt dies tribulationis,& de his liberabo uos. Ne timeatis nec hæſitetis,quoniā deus dux ueſter
eſt. Et qui ſeruat mandata & præcepta mea,dicit dñs deus: ne præponderēt uos peccata ueſtra,ne ſupereleuēt ſe iniqui
tates ueſtræ. Væ qui cōſtringūtur à peccatis ſuis,& obteguntur ab iniquitatibus ſuis, queādmodū ager conſtringitur
à ſylua,& ſpinis tegitur ſemita eius per quā non trāſit homo: & excluditur, & mittitur ad deuorationē ignis.

A

Hromatio & Helio. &c. a. His q̃ agi. Potiꝰ & verius dixiſſet, inter apochrypha. Vel largè accepit hagiographa quaſi ſanctorũ ſcripta, & nõ de numero illorũ nouẽ quę propriè dicunt hagiographa, q̃ ſunt de catalogo: hoc eſt de nũero. xxij. librorũ. Cõſiſtit em̃ in pẽtateucho. & viij. ꝓphetis & ix. hagiographis. Qđ autẽ ſecũdum Gręcos in primo ordine. vij. ponit li. addẽs pẽtateucho, Ioſue & Iudicũ, & vocat ordinẽ illũ heptateuchũ, ab hepta, qđ eſt ſeptẽ & teuchos volumẽ. b ¶ Vtriuſq; lin. Tenebat librũ Chaldaicum, & legebat Hebraicè. c ¶ Et quicquid ille. Hoc dicit, ne videretur hyperbole, ꝙ tam breui tẽpore tantũ opus videret adimplere.

## *Hieronymi ad Chromatium & Heliodorum in Tobiam Prologus.*

Hromatio & He a
liodoro epiſco-
pis, Hierony-
mus preſbyter in
domino ſalutem.
Mirari non deſi-
no exactionis ueſtrę inſtantiam. b
Exigitis enim, ut librum Chal-
dęo ſermone conſcriptum ad La-
tinum ſtylum traham, librum
utiq; Tobiæ quem Hebręi de ca- c
talogo diuinarum ſcripturarum d
¶ Alias apocrypha.
a ſecãtes, his quę hagiographa me- e f
morant, manciparunt. Feci ſa- g
tis deſiderio ueſtro, non tamen h
meo ſtudio. Arguunt enim nos i k
Hebręorum ſtudia, & imputant
nobis cõtra ſuum canonem† La- l
tinis auribus iſta transferre. Sed
melius eſſe iudicans, Phariſæo- m
rum diſplicere iudicio, & epiſco-
porum iuſſionibus deſeruire, in- n
ſtiti ut potui. Et quia uicina eſt o
Chaldęorum lingua ſermoni He
b braico, utriuſq; linguæ peritiſſi- p q
mum loquacem reperiens, unius r s
c diei laborem arripui: & quicquid
ille mihi Hebraicis uerbis expreſ-
ſit, hoc ego accito notario ſermo- t v
nibus Latinis expoſui. Orationi- x
bus ueſtris mercedem huius ope- y z
ris compenſabo, cùm gratum b
uobis didicero me, quod iubere c
eſtis dignati, compleſſe.

## *Incipit expoſitio fratris Britonis ordinis minorum in prologũ Tobiæ.*

Diuiſio

Hromatio & Heliodoro. Iſte prologus tres habet partes principales. ſ. inchoationẽ, progreſſionẽ, & concluſionem. Inchoatio continet deuotã ſalutationẽ, & illa pars p̱ ſe patet. Progreſſio continet narrationem, quę habet tres ꝑticulas. In quarũ prima ponit admiratio Hieronymi de inſtãtia petitionis Chromatij & Heliodori, cũ dr̃: Mirari nõ deſino. Et ſubditur ibidem ratio duplex admiratiõis. Prima eſt, quia liber iſte ſcriptus erat Chaldaico ſermone, cuius adhuc modicã habebat notitiã. vñ dicit vt librũ Chaldęo ſermone ſcriptũ &c. Secunda admirationis rõ eſt, quia liber iſte apud Hebręos non eſt de canone. & ita ſi transferret, incurreret eorum maliuolentiã. vnde dicit: Quem Hebręi de catalogo &c. In ſecunda ꝑte narrationis dicit ſe tranſtuliſſe librum ad petitionem ipſorũ. vnde dicit: Feci ſatis deſiderio veſtro &c. In tertia ꝑte dicit, ꝙ ex hoc incurrit indignationẽ Hebręorũ. vnde dicit: Arguunt em̃ nos &c. Concluſio oſtẽdit finalẽ Hieronymi intẽtionẽ, q̃ eſt ep̃orũ facere beneplacitũ. qđ notatur

B

ibi: Sed melius eſſe iudicans. nec hoc facit negligenter, ſed cum diligentia. qđ notat̃ ibi: Et quia vicina eſt. vbi dicit ꝙ peritiſſimum quæſiuit interp̃tem. Vlterius dicit, ꝙ orationibus eorum attribuendum eſt quicq̃d boni ſequetur de translatione ſua. vnde dicit: Et orationibus veſtris &c. His dictis literę inſiſtamus. b ¶ Exactionis. i. petitionis, vide in opuſculo de vocabulis Bibliæ, vbi exponitur exactor. e ¶ Secãtes. i. ſeparantes & repellẽtes. c ¶ De catalogo. i. de numero. d ¶ Diuinarum ſcripturarum. vnde ſuprà dixit in prologo galeato, ꝙ ſapientia quæ Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Syrach liber, & Iudith, &

Catalogus

Tobias, & Eſther, non ſunt in canone. Catalogus dicitur à cata, qđ eſt breuis, & logos quod eſt ſermo, quaſi ſermo multa breuiter cõprehendens. vt: Omnes ſancti, orate pro nobis. Et in propoſito xxij. libri veteris teſtamenti de catalogo dicuntur, vt patebit. Catalogus ſecundum Huguitionem dicitur enumeratio, ordo, ſeries, vel breuis deſcriptio, vel iuſtorũ numerus. f ¶ Hagiographa memorant. i. dicunt, vel nominant. Alia litera habet apocrypha, qđ melius eſt. quia Hieronymus in prologo galeato numeratis libris canonicis, inter quos iſte non eſt, infert: Quicquid extra hos eſt inter apocrypha eſt cõputatũ. qd ſit hagiographũ, inuenies. ſ. in prologo ſuper Ioſue, in principio. Gloſſa quædam ſcribitur ſuper iſtum locũ q̃ talis eſt: Potius & verius dixiſſet, inter apocrypha. Vel largè accipit hagiographa, quaſi ſanctorum ſcripta. & ita nõ eſt de numero illorum nouem quæ propriè dicũt hagiographa: qui ſunt de catalogo hoc eſt de numero. xxij. librorum Biblię. Conſiſtit em̃ catalogus in pentateucho, & viij. ꝓphetis, & ix. hagiographis. g ¶ Manciparunt. i. dederũt vel adiecerunt. Mancipare dicitur mancipium facere: in ſeruitutẽ redigere, manu captũ adducere, tradere, vel dare, vel ducere: & ſimpliciter ponitur pro dare vel ducere. inuenitur etiam neutrũ ꝓ ſeruire. h ¶ Non tamen meo ſtu. i. non meo labore,

C

ſupple ſolũ: quia alius mecũ laborauit. ſ. Chaldaicꝰ interpres, qui mihi expoſuit Hebraicè, & ego feci ſcribi Latinè. Vel meo ſtudio ſit datiui caſus, vt ſit ſenſus, non ſatiſfeci meo ſtudio. quia ex hoc ſuſcitata eſt contra me æmulorum indignatio, qui mihi detrahunt. i ¶ Enim. pro certè vel quia. k ¶ Arguunt enim nos Hebræorum ſtudia impu. no. i. improperant. l ¶ Contra ſuum canonem Latinis auribus iſta transferre. i. contra ſuam Bibliam, quę rectè canõ dicit̃. nam canõ Gręcè regula dr̃ Latinè. vnde Biblia dr̃ canon. i. regula, eò ꝙ rectè ducit: nec aliq̃ñ aliorſum trahit. Vel dicit̃ regula, eò ꝙ regat, & ꝙ normã rectè viuendi prębeat, vel diſtortũ prauumq; ad modũ regulę corrigat.

Biblia Canon

Et quia fecimus hîc mentionẽ de canone, nota ſecundum Iſidorũ in vj. etymolo. ꝙ ſunt canones euangeliorũ, & ſunt canones conciliorũ. Canones quatuor euangeliorum, Ammonius Alexandrię primꝰ excogitauit, quẽ poſtea Euſebius Cęſarienſis ſecutus eos plenius cõpoſuit. qui iõ facti ſunt, vt p̱ eos inuenire & ſcire poſſumus, q̃ reliquorũ euãgeliſtarũ ſimilia aut ꝓpria dixerũt. Sunt aũt numero decẽ, quorũ primꝰ continet numeros in quibus quatuor eadem dixerũt, Matthæus, Marcus, Lucas, & Iohannes.

Canonum numerus

Secundus in quibus tres, Matthęus, Marcus Lucas. Tertius in quibus ſimiliter tres. ſ. Matthęus Lucas, & Iohãnes. Quartus in quo iterũ tres: Matthęus, Marcus, Iohãnes. Quintus in quibus duo: Lucas, Matthęus. Sextus in quibus duo: Matthęus, Marcꝰ. Septimꝰ, in quibus duo: Matthęus, Iohãnes. Octauꝰ, in quibus duo: Lucas, & Marcus. Nonꝰ in quibus duo: Lucas, & Iohannes. Decimus in quibꝰ ſinguli eorũ propria q̃dã dixerũt, quorũ expoſitio hæc eſt.

† latius vel Latinorum

Per ſingulos em̃ euangeliſtas numerus quidã capitulis affixꝰ adiacet, cui numero ſubdita eſt ęra q̃dam ex minio notata, quæ indicat in quo canone poſitus ſit numerus, cui ſubiecta eſt æra.

D

Verbi gratia, ſi eſt prima, in primo canone. ſi ſecũda, in ſecũdo. ſi tertia ĩ tertio: & ſic p̱ ordinem vſq; ad decimũ ꝑuenies. Si igit̃ apto quolibet euangelio placuerit ſcire, q̃ reliquorũ euãgeliſtarũ ſimilia dixerũt: aſſumes adiacentem numerũ capituli, & requires ipſum numerũ in ſuo canone quẽ indicat: ibiq; inuenies quot & qui dixerunt &c. Canones generaliũ cõciliorũ à tẽporibus Cõſtantini cœperũt. In p̃cedentibus nanq; annis ꝑſecutione feruẽte docẽdarũ plebiũ minimè dabat̃ facultas &c. m ¶ Phariſæorum. vide in opuſculo de vocabulis Bibliæ, vbi exponit̃ Phariſæi. tñ hîc Phariſęi cõiter dici poſſũt Iudæi, à Phares qđ eſt diuiſio. quia ſunt à vera fide diuiſi. n ¶ Inſtiti. translationi faciendæ. Inſto as, dr̃ cõtra ſtare, inſiſtere, inuigilare, inſudare, & in tribus vltimis ſignificationibus ponitur hîc. o ¶ Vicina. id eſt confinis & conſimilis. ſicut habetur in principio prologi galeati. r ¶ Reperiens quendam loquacem. id eſt loqui ſcientem Chaldaicè & Hebraicè: & non ſolũm loquacem vel loquentem, ſed q ¶ Peritiſſimum. id eſt doctiſſimũ. p ¶ Vtriuſq; linguæ. & ita bene poterat interpretari. s ¶ Vnius diei laborem. Hoc dicit, quia liber breuis eſt, & breuis labor quaſi vnius diei fuit in eius translatione. t ¶ Accito. id eſt aduocato. v ¶ Notario. qui ſcribebat Latinis literis ſicut ego dictabam. x ¶ Orationibus veſtris recompenſabo. id eſt attribuam vel perſoluam. Recompenſare propriè dicitur reddere, perſoluere, remunerare, iterũ trutinare, æquare. y ¶ Mercedem. id eſt præmium & pretium, ſcilicet omnem vtilitatem. z ¶ Huius operis. ad cuius completionem me veſtris orationibus adiuuiſtis. a ¶ Cũ didicero. aliorum relatione. b ¶ Gratum eſt vobis me compleſſe &c. opus illud quod vos. c ¶ Eſtis dignati iubere. quaſi dicat cũm intellexero vos gaudere, eò ꝙ compleuerim quod iuſſiſtis, ideo orationibus veſtris attribuam, ſi qua ex hoc vtilitas conſequatur, quia orando pro me tam efficaciter me iuuiſtis.

¶ Explicit expoſitio prologi.

E Obias ex tri. Bed. Liber Tobiæ eſt in ſu- Cap. I. perficie literę ſalubris. Maximis em̄ vitę moralis exemplis abūdat,& monitis. Sed quantū poma foliis, tantùm hiſtorię allegoria pręcellit. Maxima em̄ eccl'iæ continet ſacramēta. Ipſe em̄ Tobias populū Iſrael ſignificat, qui cęteris gentibus idololatriæ deditis, ſide recta & opib⁹ deo ſeruiebat. vn̄: Cum irent. Ieroboā nāq; q fabricauit ad deceptionē ſubditorū vitulos aureos, idololatrię cultores exprimit, quorū cōplices ſignificant in ſubditis. b ¶ Nephthali. Bed. Latitudo. de q: Latū mādatū tuū nimis. cuius tribus. i. filij populus fidelis, eius ciuitas eccleſia. de qua: Nō pōt ciuitas abſcōdi ſupra mōtem poſita. c ¶ Supra Na. Naaſon auguriū. huius ciuitas ſuperiora augurat. i. cōtēplat̄ cęleſtia. d ¶ Cū cap. Tobię captiuitas hūani generis captiuitatē deſignat p regem oīm prauorum. i. diabolum, qui nos de patria cæleſti en huius exilij vallem deiecit. Ita vt oīa

3. Reg. 12. f. — Pſal. 118. m. — Matt. 5. b.

## LIBER TOBIÆ.



Cap. I.

a ¶ Honos domini b ¶ Perſonam deſcribit aptam negotio. c ¶ Inter illos abductus de quibus dicitur: Primo tempore alleuiata eſt terra Zabulon.

a b c T Obiās ex tribū & ciuitāte Nephthali, a ¶ Rotæ. ¶ Huius mundi rotam ſuperans, ſuperiora quęrens, inferiora & volubiliora relinquens. quę eſt in ſuperioribus Gālilęę ſupra Naaſon, a ¶ Retro enim relinquit viam ſpatioſam quę ducit ad mortem. pōſt uiam quæ ducit ad occidentem, in a ¶ Scientiam falſi nominis ſiniſtram & falſam deputat & mundanam philoſophiam damnat. b ¶ Sephet enim literarum interpretatur. d ſiniſtrō habens ciuitatem Sephēt. Cùm captus f

*Incipit præfatio uenerabilis magiſtri Nicolai de Lyra ſuper lib. Tobiæ.*

HAEc oportuit facere, & illa nō omittere. Mat. xxiij. c. Poſtq;, auxiliante deo, ſcripſi ſuper libros ſacræ ſcripturæ canonicos, incipiendo à principio Gene. & pcedēdo vſq; ad finē Apoc. de eiuſdē cōfiſus auxilio ſup alios intēdo ſcribere, q nō ſunt de canone. ſ. liber Sapiæ, Eccl'iaſticus, Iudith, Tobias, & libri Machabæorū, ſecūdū qđ Hierony. dicit in prologo galeato, q pmittit̄ libris Reg. Et idē dicit de libro Baruch in eius prologo, & de ſecūdo Eſdræ in plogo ſup Eſdrā. propt̄ qđ aſſumpſit ṽbū ppoſitū: Hæc oportuit &c. in quo duo poſſunt notari. Primū eſt neceſsitas opis pcedētis, ibi: Hæc oportuit facere. Secūdū eſt vtilitas operis ſubſequētis ibi: Et illa nō omittere. Circa primū ſciēdū, q libri ſacræ ſcripturę q canonici nūcupant̄, tātę ſunt autoritatis, q qcquid ibi cōtinet̄, verū tenet̄ firmit̄ & indiſcuſſē. & per conſequens illud qđ ex hoc cōcludit̄ manifeſtē. nā ſicut in ſcripturis Philoſophicis veritas cognoſcit̄ p reductionē ad prima principia p ſe nota, ſic in ſcripturis à catholicis doctorib⁹ traditis ṽitas cognoſcitur, q̄tū ad ea q̄ ſunt fide tenēda p reductionem ad ſcripturas ſacrę ſcripturę canonicas, q̄ ſunt habitę reuelatione diuina, cui nullo mō falſum pōt ſubeſſe. pter quod intellect⁹ earū neceſſari⁹ eſt eccl'ię. & iō de expoſitione earū pōt dici illud qđ ſcribit̄ Eccl'ia. xxiiij. c. Hæc oīa liber vitę. i. oēs libri expoſiti in opere pcedēti cōtinēt in lib. vitę. i. in libro reuelatę ṽitatis à deo, q eſt ipſa vita. Sicut em̄ diuina pdeſtinatio dicit̄ liber vitę, ſic & hæc ſcriptura diuinitus reuelata liber vitæ dicit̄: tū qa à vita p eſſentiā procedit, vt dictum eſt: tū quia ad vitā beatā pducit. Circa ſecūdū cōſiderandū, q libri q non ſunt de canone recepti, ſūt ab eccl'ia vt ad morū iformationē in ea legant̄: tū eorū autoritas ad pbādū ea q̄ in cōtētionē veniūt min⁹ idonea reputant̄, vt dicit Hiero. i plogo ſup lib. Iudith, & in plogo ſup parabolas Salomōis: ppt̄ qđ ſūt minoris efficacię q̄; libri canonici. & iō poſſum⁹ dicere dn̄o à q̄ eſt oē bonū illud qđ ſcribit̄ Iudith. ix. b. Illa poſt illa cogitaſti. Licet em̄ i actu cogitādi diuino nō ſit pri⁹ aut poſteri⁹, cū ſit vnic⁹ & ſimpliciſsim⁹, tn̄ in effectib⁹ ab eo pcogitatis eſt ordo tpis & dignitatis. & ſic ṽitas ſcripta i libris canonicis prior eſt tpe q̄tū ad plura, & dignitate q̄tū ad oīa, q̄; ſit illa q̄ ſcribit̄ in nō canonicis: vtilis tn̄ eſt ad directionē in via morū, vt dictū eſt, p quā pueniт̄ ad regnū cęlorū: Quod nobis concedat &c.

F — Diuiſio

*Incipit poſtilla eiuſdem ſuper Tobiam.* Cap I.

TObias ex tribu &c. In exponendo libros qui non ſunt de canone, intendo tenere tpis ordinem quo ſcripti ſunt, vel quo in eis cōtenta contigerūt, exceptis libris Sapiētiæ & Eccleſia. q morales ſunt: & poſt hiſtoriales ponentur. vltimò verò ſecundus Eſdræ, qui minoris autoritatis meritò reputatur. Sic igitur incipio à libro Tobiæ: cuius hiſtoria primò contigit, ſcilicet anno ſexto Ezechiæ regis Iudæ

Iudę, quia captiuatus fuit Tobias p Salmanaſar regem Aſſyriorum G vt patet. j. eodē ca. qui regnū. x. tribuū captiuauit anno. vj. Ezechię, vt habetur. iiij. Regū. xviij. Liber igit̄ iſte in duas partes diuidit̄. quia Diuiſio primò deſcribit̄ Tobię conuerſatio virtuoſa. ſecūdò dei conſolatio gratioſa. iiij. ca. Prima in duas. ſ. in partē principalē & incidētalē, quę icipit ibi: Eadē itaq; die. Prima adhuc in tres. quia priò deſcribit̄ ei⁹ virtuoſa conuerſatio i terra captiuitatis. Secundò terra natiuitatis ibi: Cumq; eſſet iunior. Tertiò reuertit̄ autor ad deſcribendū cōuerſationē ei⁹ virtuoſam in terra captiuitatis, ibi: Igitur per captiuitatem. Circa primū deſcribitur primò genus & locus ipſius, cū dicitur: Tobias ex tribu & ci. Nephtha. Eſt em̄ Nephthali nomen æquiuocū ad ſignificandum vnā tribū de duodecim tribubus Iſrael denominatā à Nephthali filio Iacob, & ad ſignificandū quandā Galilęę ciuitatē ſic noiatā, de q̄ fuit Tobias oriūdus. propter qđ dicitur ex tribu & ciuitate Nephthali. & eſt ſimilis modus loquendi, ſicut dicit beatus Greg. de beato Benedicto: Fuit vir venerabilis gratia, benedictus & nomine. b ¶ Quæ eſt in ſupe. Gali. Hoc dicit̄: quia duplex eſt Galilęa Duplex Galilæa vna eſt ſuperior, altera inferior. Ciuitas verò Nephthali de qua Tobias fuit oriundus, erat in Galilęa ſuperiori. c ¶ Supra Naaſon. Nomē eſt ciuitatis, quæ reſpectu Nephthali declinat ad mare mediterraneū, vt patet in deſcriptione terrę ſanctę, & ſic ciuitas Nephthali eſt in loco ſuperiori. Alibi verò Naaſon eſt nomē ppriū principis tribus Iudæ. Nu. vij. d ¶ Poſt viam quæ ducit ad occi. In q̄ parte eſt mare mediterraneum reſpectu Nephthali, & maris Galilęę quod eſt ad oriētem reſpectu ciuitatis Nephthali. Erat aūt q̄dā via communis p quā res portabant̄ de vno mari ad aliud tranſiens iuxta Nephthali, & ſic dicit̄ eſſe poſt illam viam reſpectu ſitus Ieruſalem. e ¶ In ſiniſtro habens ciuitatem Sephet. Secūdum H Philoſophū dextrum mūdi eſt oriens, vnde incipit motus cæli, & occidens ſiniſtrū. Secundū verò cōmunem modum loquendi, quē magis ſequit̄ ſcriptura ſacra, ſiniſtrū mundi eſt illud qđ eſt ad ſiniſtram hominis verſa facie ad orientem, & ſic pars aquilonaris eſt ſiniſtra pars mundi. Ciuitas verò Sephet eſt in aquilonari parte reſpectu Nephthali, vt patet in deſcriptione terrę ſanctæ. iſta verò de tribu Iuda & ciuitate Tobiæ dicuntur hîc ad confirmationē veritatis hiſtoriæ. f ¶ Cum captus eſſet in diebus Salmanaſar &c. Ex hoc patet q non fuit captiuatus in prima captiuatione filiorū Iſrael, quā fecit Teglathphalnaſar rex Aſſyriorum. de qua habet̄. iiij. Regum. xv. ſed in ſecunda quam fecit Salmanaſar ſexto anno Ezechiæ regis Iuda, vt habetur. iiij. Reg. xviij. Et ſic patet q hæc hiſtoria incepit à ſexto anno Ezechiæ regis Iuda, vt dictum eſt ſuprà. Sed quando terminata fuerit, dicunt aliqui q hoc fuit poſt deſtructionem ciuitatis Ieruſalem factam per Nabuchodonoſor, eò q dicit Tobias infrà. xiij. ca. Ieruſalem ciuitas dei caſtigauit te dominus &c. Sed hoc ſtare non poteſt. quia in fine huius libri dicitur q completis annis. cij. ſepultus fuit Tobias. Plures autem anni fluxerunt

Moraliter. a ¶ Tobias ex tri. & ciui. &c. Per Tobiam qui Moraliter interptat̄ bonus domino, & ſic fuit bonus re & noīe, ſignificatur q libet vir bonus realiter & nō apparenter tm̄ ſicut ſunt hypochritæ. Per Nephthali cui⁹ interptatio eſt additamentū, ſignificatur q verè bonus non ſolū quærit implere ea quæ ſunt neceſsitatis, ſed etiā ſup addere aliqua ſupererogationis. b ¶ Quæ eſt in ſupe. Gal. quæ interptat̄ rota ſeu volubilis, ideo ſignificat curſum vitę pſentis, in quo de ſuperioribus ſunt illi q nō ſolū pręcepta, ſed etiam conſilia ſaltem aliqua conantur operari. c ¶ Supra Naaſon. q̄ interptatur ſerpens murmurans, quia tales ſuppeditant diabolū de diuina iuſtitia murmurantem. d ¶ Poſt viam quæ ducit ad oc. Hæc eſt via lata q̄ ducit ad pditionē, quā poſt ſe derelinquūt homines ṽtuoſi. e ¶ In ſiniſtro habens ciui. ſe. quæ interptatur iudicium. p ſiniſtrū ṽò aduerſitas deſignat̄. Bonus autem homo cū in aduerſitatē ceciderit, iuſto dei iudicio fieri confitetur. vn̄ ſubditur: In captiuitate

A a ℭ Ita vt omnia. Sic popul⁹ Iſrael per doctores diuini ꝟbi eleemoſynam non ſolùm rudibus ſuę gentis auditoribus, ſed gentibus ad Iudaiſmũ venientibus miniſtrabat. Quicquid eñ naturaliter boni habuit quod hoſtis captiuans non abſtulit, hoc ſuis in exẽplum virtutis oñdebat, & portionẽ ſalutaris ſciẽtię tanq̃ decimã ſuę ſubſtãtiæ aduenis, id eſt Gentilibus offerebat. b ℭ Nihil tamen. Iã illud apoſtolicũ gerebat in pectore. Nolite pueri effici ſenſib⁹, malitia aũt paruuli eſtote. Hoc autẽ ſecundũ illos dictũ eſt, qui incedebant in mandatis dñi ſine quęrela. ſecũdũ illã regulã Tyconij, qua tãq̃ de eodẽ agẽtes, aliqñ ꝓpter bonos oẽs laudam⁹, aliqñ ꝓpter malos oẽs vituperamus, qđ eſt ſecunda regula. c ℭ Oĩa primitiua. Videtur obloqui, ꝙ prima decimatio cedebat in vſus Leuitarum. ſecũda in neceſſarijs erogãdis qñ viſitabaẽ téplũ. Sed tertij anni decimas q̃s tũc cõſueuerãt facere, cõcedebãt pauperib⁹. Et iõ dicim⁹ oẽm illã vel oẽs ſcđas, q̃a nõ poterãt accedere ad téplũ timore cuſtodũ regis. d ℭ Cum vero fa. Sic ppl's Iſrael amplificat⁹ in AEgypto, accepit ſynagogam ceremonijs legalibus p Moyſen inſtitutã. genuit ex ea filium: quia cognouit Chriſtũ ex ſuo genere gignẽdum. vñ prophetã ſuſci. vo. &c. De fru. vẽtui po. ſ. ſe. t. Cui nomẽ ſuũ ipoſuit credẽdo & cõfitendo. q̃a pr̃ de illo dicit: Ego priogenitũ ponã illũ, hoc eſt nomẽ ip ſi⁹ Iſrael. vñ: Priogenit⁹ me⁹ Iſrael. e ℭ Quem ab in. t. credẽdo & cõfitẽdo. ſ. ꝙ nũq̃ pctm̃ faceret, ſed ipſum timoris domini ſpũ impleret. ☞ In con

1. Co. 14. d.
Nume. 28.
Deut. 14. c.
Ibidem. d.
†Et cùm
Deu. 18. d.
Pſa. 131. b.
†3. Re. 12. g.
Pſal. 88. e.
Exo. 4. f.

¶Diaboli.
eſſet in diebus Salmanaſar regis
a ¶Superborum. Aſſyrius enim dirigens interpretatur.
Aſſyriorum in captiuitate tamen
poſitus, uiam ueritatis non deſeruit, ita ut omnia quę habere po
a ¶Iudæis:
terat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, im
a ¶Alias minor. ¶In oculis ſuis. vnde: Quanto maior es humilia te in omnibus.
pertiret. † Cumq̃ eſſet iunior omnib⁹ in tribu Nephthali: nihil tamen puerile geſſit in opere. De
a ¶Gentes. b ¶Idola ſub ſpecie ſapientię deaurata.
niq̃ cùm irent omnes ad uitulos
a ¶Princeps idololatrię. decem eñ tribus quę Iſrael dicuntur, ſub Ieroboam idola venerabantur.
aureos quos † Ieroboam rex Iſraël
a ¶Populus Iſrael. b ¶Secundum illud: Fugite fornicationem. idololatria enim fornicatio eſt. vnde Gentilẽ cõuerſo vxorẽ Gentilem licet dimittere, ſed non aliam ducere.
fecerat, hic ſolus fugiebat conſortia omnium, & pergebat in Ieruſalem ad templum domini,
a ¶Dominum deum tuum adorabis.
& ibi adorabat dominum deum
a ¶Naturalia bona.
Iſraël. Omnia primitiua ſua &
a ¶Alias ceremonias.
decimas ſuas fideliter offerens,
a ¶Gentibus.
ita ut in tertio anno proſelytis & aduenis miniſtraret omnẽ decimationem.
a ¶Salutarem ſcientiam.
Hæc & his ſimilia
a ¶A principio legis.
ſecundum legem dei puerulus obſeruabat. Cùm uerò factus
a ¶Synagogam a Moyſe contribuli ſuo conſtitutã.
fuiſſet uir accepit Annam uxorẽ
a ¶Confitendo, credendo. b ¶Chriſtum. ¶Primogenitum.
de tribu ſua, genuitq̃ ex ea filium,
a ¶Imponendum credens.
nomen ſuum impones ei. Quem
a ¶Filialiter.
ab infantia timere deum docuit, & abſtinere ab omni peccato.
¶Diaboli.
Igitur cùm per captiuitatem de
a ¶Synagogæ religione. b ¶Fide Chriſti.
ueniſſet cum uxore ſua & filio in
a ¶Mundum. Niniue enim ſpecioſa interpretatur, & mundus coſmos Grece ab ornatu dicitur.
ciuitatem Niniuen, cum omni
a ¶Aliis idololatrię deditis.
tribu ſua, & cùm omnes ederent
a ℭ Non modo non corpore, ſed nec mente pollutus eſt.
ex cibis Gẽtilium, iſte cuſtodiuit
a ¶Expoſitio.
animam ſuam, & nunq̃ contaminatus eſt in eſcis eorum. Et
a ¶Cauſa meritum.
quoniam memor fuit domini in
a ¶Effectus merces. ¶Sicut Danieli in Nabuchodonoſor, & Ioſeph in conſpectu Pharaonis.
b ¶Qui memor eſt omnium ſperantium in ſe.
toto corde ſuo, dedit illi deus gra-

## *Nicolaus de Lyra.*

anni fluxerũt à ſexto anno Ezechię vſq̃ ad dictam deſtructionẽ. nã Ezechias regnauit. xxix. annis. Tobias autem fuit captiuatus anno eius. vj. & ſic de annis Ezechię remanent. xxiij. poſt captiuitatẽ Tobię. Poſt
B Ezechiam regnauit Manaſſes filius eius annis. lv. iiij. Reg. xxj. & poſt eũ Ioſias fili⁹ ei⁹ annis. xxxj. poſt quẽ regnauit Ioachaz filius ei⁹ trib⁹ mẽſib⁹, q̃ cõputãẽ i annis pr̃is. poſt eũ regnauit fr̃ ei⁹ Eliacim. xj. annis. iiij. Reg. xxiiij. poſt eũ regnauit Ioachin fili⁹ ei⁹ tribus mẽſib⁹, q̃ cõputãẽ i annis pr̃is: poſt quẽ regnauit Sedecias. xj. annis añ deſtructionẽ ciuitatis. iiij. Reg. xxiiij. q̃ anni ſimul iũcti faciũt annos. cxxxj. & ad hos adiũgẽdi ſunt anni q̃s habuit Tobias anq̃ captiuaretẽ, quia iã erat ętatis tãtę ꝙ habebat vxorẽ & filiũ, vt hr̃. j. eo. c. Qđ aũt allegatẽ in cõtrariũ: Ieruſalẽ ciuitas dei caſtigauit te dñs &c. nõ valet: q̃a ꝓphetia fuit de futuro, vt videbiẽ ibidẽ dño cõcedẽte. a ℭ In captiuitate &c. ad idololatriã declinãdo, cũ tñ iter idololatras habitaret. & ſic fideliter ſe habuit erga deũ, & etiã miſericorditer erga ꝓximũ. iõ ſubdiẽ: b ℭ Ita vt. & ſubdiẽ: c ℭ Cumq̃ eſſet iu. Hîc cõſequẽter deſcribiẽ ꝟtuoſa ei⁹ cõuerſatio in terra natiuitatis. & primò reſpectu ꝓpriẽ pſonę. ſecũdò reſpectu domus ſuę, ibi: Cũ ꝟò fact⁹ fuiſſet vir &c. Circa primũ dr̃: Cumq̃ eſſet iu. oĩ tri. Nephtha. ſ. pſonis notabilib⁹: quia ſimpl'r loquẽdo multi erãt iuniores eo in tribu Nephthali. d ℭ Nihil tñ pu. i. diſſolutiõis & laſciuię. e ℭ Geſſit in ope. nã in oĩbus maturè ſe gerebat & honeſtè. f ℭ Deniq̃ cum irent. ſicut diciẽ. iij. Reg. xij. Ieroboã inſtitut⁹ rex ſuper decẽ tribus Iſrael, timens ne ppl's rediret ad regnũ Iuda, & ſic eũ interficeret, ſi populus iret adorare deũ in Ieruſalẽ, fecit duos vitulos aureos, ponens eos in duobus locis regni ſui, & pręcepit populo vt ibi adorarẽt in ſolennitatibus domini. tamen illi qui erant fideles & deuoti, hoc non faciebant, ſed latenter ibant in Ieruſalem, de quibus fuit iſte Tobias. ideo ſubditur: g ℭ Hic ſolus

Diuiſio

ſolus fugi. hoc dicitur: quia pauci declinabant à dictis vitulis, ꝑ talem modũ loquendi dicitur, ꝙ rex eſt ſolus in domo, quãdo habet paucos ſecũ. h ℭ Et pergebat ad Ieruſalem. ſecundũ pręceptũ dñi. i ℭ Et ibi ado. do. & nõ vitulos aureos. k ℭ Omnia primi ſu. id eſt primitias fructuũ & aĩalium quę cedebãt in ſuſtentationẽ ſacerdotũ. l ℭ Et deci. ſuas. q̃ duę erant, vna q̃ fiebat ſingulis annis ꝓ ſuſtentatione Leuitarũ, alia q̃ fiebat à tertio anno in tertiũ ꝓ ſuſtẽtatione pauperũ. De vtraq̃ habeẽ Deute. xiiij. vtranq̃ ſoluebat Tobias fideliter. iõ ſubdiẽ: m ℭ Ita vt in. & quia nõ ſolũ iſta bona, ſed multa alia faciebat etiam à tẽpe iuuẽtutis ſuæ. iõ ſubdiẽ: n ℭ Hæc & his ſimi. Et ponitur hîc puerulus pro iuuene. nã talia facere non potuit, anteq̃ haberet vſum rõnis. o ℭ Cum vero. Hîc conſequenter deſcribiẽ virtus Tobiæ reſpectu domus ſuę, cũ dr̃: Cum vero fa. fuiſ. vir. i. potẽs generare & ſciẽs regere domũ ſuam, q̃a matrimoniũ nõ cõtraxit mot⁹ libidine, ſed intẽtione ꝓlis ad dei cultum ꝓcreandę. p ℭ Accepit Annã vxo. Hoc eñ fuit pceptũ Nu. vl. maxiẽ qñ mulier ſuccedebat i hęreditate paterna, ne ſi cõtraheret cũ viro alterius tribus, hæreditas ſua ad tribũ aliam tranſiret, & ſic ſortes cõfunderenẽ. q ℭ Genuitq̃ ex ea. valde ſibi ſimilẽ in corpore, vt hr̃. j. vij. c. & etiã noĩe. iõ ſubditur: Nomen ſu. impo. & etiam mẽte. iõ ſubditur: r ℭ Quem ab infan. ti. deum. propter qđ in virtute firmior fuit. ſecundũ illud prouer. xxij. a. Adoleſcens iuxta viã ſuã etiã cũ ſenuerit non recedet ab ea. & ſic reprę́ſentabat pſonam patris per omnia. s ℭ Igitur. Hîc reuertiẽ autor ad deſcribendũ virtutẽ Tobię in terra captiuitatis: & primò q̃tũ ad exercitiũ pietatis, ſecundò patientiæ in aduerſis, ibi: Poſt multũ. Circa primũ diciẽ: Igitur dum per capti. deue. &c. Ex quo patet qđ dictũ eſt. ſ. ipſum fuiſſe tantæ ætatis, qñ fuit captiuatus, ꝙ vxorẽ & filiũ habebat. t ℭ Et cum om. i. multi valde de Iudęis captiuatis: & eſt hypbole. v ℭ Ederent de cibis Genti. Iudæis in lege ꝓhibitis: ſicut ſunt carnes porcinę, & huiuſmodi. x ℭ Iſte cuſto. animam ſuam. ab eis abſtinendo ſecũdum legem. y ℭ Dedit illi deus gratiam. propter iuſtitiam ſuam, ſicut Ioſeph in cõſpectu regis Pharaonis, Ge. xlj.

C
D

Moraliter

* a ℭ In captiuita. Deniq̃ cum irent. om. ad vi. Per vitulũ qui eſt petulans animal, laſciuia: ꝑ aurũ verò cupiditas deſignaẽ. Iſta duo vitia coĩter homines ſequunẽ. ſed virtuoſus fugit conſortia talium. & vadit ad templum dominum deprecari & referre ſibi gratias de omnib⁹ bonis collatis ſibi. o ℭ Cum vero Vir dicitur à virtute. & iõ quilibet vir efficitur, quando in virtutibus moralibus conuenienter exercitatur, & tunc eſt diſpoſitus ad accipiendum vxorem. ſ. ſapientiam. de qua dicitur: Sapien. viij. a. Hanc mihi quæſiui ſpõſam aſſumere, & amator factus ſum formæ illius. quia ſicut dicit Philoſophus. vij. Phyſicorum, ſedẽdo, & quieſcendo fit anima ſciens & prudens: quia ſedatis paſsionibus per virtutes morales eſt homo diſpoſitus ad capiendum ſpeculatiuas veritates. q ℭ Genuitq̃ ex ea filium &c. tunc enim ſapiens ex ſua ſapientia gignit filium, quando facit diſcipulum doctum. & ei nomen ſuum imponit, quando ipſum ad docendum aptum reddit: quæ q̃dem aptitudo non eſt ſine timore diuino. iõ ſubditur: r ℭ Quẽ ab infan. timere &c. & oẽs ede. de cib. Gen. ℭ Moraliter. De cibis Gentilium edere, eſt doctrinam infidelium accipere, à qua vir bonus ſolicitè ſe cuſtodit. y ℭ Dedit illi



* deus gratiã

a ℂIn cōſpectu ſal. Nō obloquit̃, q̄ alibi dicit̃ Salmanaſar, qui & Sēnacherib: erat eñ binomius, vel generaliter oēs reges Medorū ſic vocabant̃, ſicut AEgypti Pharaones. b ℂCum autem. Sic populus dei p̄ LXX. interp̄tes ſciam diuiṇ legis q̄ ĩ decalogo continetur: gentibus cōmiſit, vt liberaret à fame v̄bi dei. ſub chirographo dedit. i. ſub cōditione reddēdi, cū ille diues eſſet, vel qui dederat, repeteret. Acceperūt gētes verbum dei, & quaſi negotiando exercēt, etiā poſt Chriſti aduētū, cū ſpūalē intellectū requirūt. reddūt fœneratori, cū credentes Iudæos in fine ſeculi ſuſcipiūt, & ſaluādis Chriſti ſacramenta cōmittunt, & ſcripturę arcana pandūt. c ℂSepulturam. peccatorū: vt nec memoria in illis remaneret. tali ſepultura voluerunt patres noſtri honorari iuxta ſepulturā Criſti. Vñ Iacob in Iudæa ſe voluit ſepeliri, & Ioſeph de oſsibus ſuis mādauit. d ℂDeniq̧ cum re. Bñ Sēnacherib de Iudęa fugit: diabolꝰ eñ verā cōfeſsionē p̄timeſcit: & añ faciē eius non ſubſiſtit. e ℂAt vbi. Diabolꝰ pplm dei p̄ idololatriā ſpūali morte perimere voluit, & certas opes v̄tutū auferre, nec valuit. quia ĩ eo erāt multi ſancti q̄ eius vitę p̄uiderēt ac ſaluti. Fugit aūt cū filio & vxore, quia nec fidē dñicę incarnatiōis, nec ſtatū ſynagogę deſeruit. qđ in Machabęorū agonibus luce clarius claruit. Occiſo rege à ſuis filijs oīa ſūt reſtituta Tobię, qa ſupato ſępiꝰ à ſcęleribꝰ ſuis diabolo, q̄ velut peſsimā p̄lē genuit, redibant p̄ ſpera pplo dei, qbꝰ adhuc alternationibꝰ ecclię ſtatū fluctuare videmus.

(Gene. 49. d. / Ibi. 50. d.)

## GLOS. ORDI.

Oſt hæc. Cap. II Qui in lumine eſt, à vitijs feriat̃. vñ: Reliquię cogitationis diem fe. a. ti. Et alibi: Vacate & videte, qm̄ ego ſū deꝰ. Nō eñ debemꝰ nos in p̄ticula p̄cipitare, vel deū tentare, dū rōne poſſumꝰ agere. vñ: Si pſecuti fuerit vos &c. Et alibi: Ieſꝰ aūt abſcōdit ſe, & exiuit de tēplo. Et Paulꝰ ĩ ſporta demiſſꝰ eſt p̄ murū. Et Ieſus fugit in AEgyptum, & ibi erat vſque ad obitum

(Pſal. 75. b. / Ibi. 45. b. / F / Deute. 6. c. / Mat. 10. c. / Iohan. 8. g. / 2. Cor. 11. g. / Matth. 2. c.)

a tiam in conſpectu Salmanaſar re
a ℂSicut Nabucho. Ieremiæ.
gis, & dedit ei poteſtatem quo- a
cunq̧ uellet ire, habens libertatē
a ℂPer doctores qui ſolicite circumibant gregē, ciuitatem. vnde: Nouit iuſtus animas iumētorū ſuorum.
quęcunq̧ facere uoluiſſet. Per- b
gebat ergo ad omnes qui erant
in captiuitate, & monita ſalutis
b dabat eis. Cùm autem ueniſſet in c
Rages ciuitatem Medorum, & d
ex his quibus honoratus fuerat à
a ℂRegum. b ℂDecalogum diuini verbi.
rēge habuiſſet dēcem talenta ar-
gēti, & cum multa turba generis
a ℂGabelus ſecundum actionem, non ſecundū nominis interpretationem ſignificat gentes.
ſui Gābelum egentem uideret, e
a ℂOmnes enim ex vno patre ſumus creatore deo a deo factore. b ℂConditione reſtituendi.
qui erat ex tribu eiꝰ, ſub chirogra f
a ℂDiuinam legem.
pho dedit illi memōratū pondus
argenti. Poſt multum uerò tēpo- g
ris mortuo Salmanaſar rege, cū h i
regnaret Sēnacherib filius eius p̄
eo, & filios Iſraēl exoſos haberet k
in cōſpectu ſuo, Tobias quotidie
p̄gebat per cognationē ſuam, &
a ℂNe in captiuitate deficerent.
conſolābat̃ eos. Diuidebatq̧ uni-
cuiq̧ prout poterat de facultatibꝰ
a ℂTam corpore q̄ mente. b ℂTam corporis q̄ mētis.
ſuis. Eſuriētēs alebat, nudiſq̧ ue-
a ℂIn peccato.
ſtimēta prębebat, & mōrtuis atq̧
a ℂA diabolo.
c ōcciſis ſepulturā ſolicitus exhibe-
d bat. Deniq̧ cū reuerſus eſſet rex l
a ℂInimicus populi dei. b ℂMembris quibuſdam amiſsis & in Iudæa dimiſsis.
Sennācherib fugiens à Iudęa plā-
gam quā circa eum deus fecerat,
propter blaſphemiā ſuam, & ira- m
tus multos occideret ex filiis Iſra-
ēl, Tobias ſepeliebat corpora eo- n
a ℂAb iniquis. b ℂDiabolo.
e rum. At ubi nuntiātum eſt rēgi, o
a ℂPer ſatelites ſuæ iniquitatis.
iuſsit eum ōccīdi, & tolli oēm ſub
a ℂVirtutes. b ℂFide Chriſti de eodē populo naſcituri.
ſtāntiā eius. Tobias uerò cū filiō p
a ℂInſtitutione ſynagogæ.
ſuo & cum uxōre fugiens nudus
a ℂDoctores ſancti.
latuit, qa mūlti diligebāt eū. Poſt q
dies uerò quadragintaq̧ occi-
a ℂDiabolum. b ℂScelerata proles peſsima.
derunt rēgem filij ipſiūs. Et reuer
a ℂPopulus dei. b ℂPacem.
ſus eſt Tōbias ad dōmum ſuam,
a ℂVirtutum: vel temporalium bonorum.
omniſque facūltas eius reſtituta
eſt illi.

## Cap. II.

f Oſt hęc uerò cum r
eſſet dies feſtus
dñi, & factū eſſet
a ℂSpirituale quo mens reficitur, vel corporale quo corpus in ſeruitio dei ſuſtētatur. nemo enim. c. ſ. o. h.
prāndium bonū in domo Tobię

## Nicolaus de Lyra.

...nis, Gene. xlj. & Danieli ſocijſq̧ eius in cōſpectu regis Babylōis, Daniel. ij. a ℂEt dedit ei po. ſicut Nabuzardan fecit Ieremiæ de pręcepto regis Babylonis, Ieremiæ. xl. b ℂPergebat eñ. magis volēs habitare in terra aliena ad confirmandum captiuos in bono, q̄ redire ad propria, & maximè: quia tunc regnū decē tribuū erat occupatum à Gentilibus idololatris, quos illic tranſtulerat Salmanaſar, vt habetur. iiij. Regum. xvij. c ℂCum autem perue. Circumibat eñ ciuitates, in quibus erant Iudęi captiui, vt eos conſolarentur. d ℂEt ex ſ. a re. Rex eñ nō ſolū honorauit eū dono libertatis, ſed etiam pecuniæ. e ℂGabelū egen. &c. plus cæteris contribulibus ſuis. f ℂSub chirographo. id eſt ſub conditione reſtituendi, ſi poſsibilitas afforet. g ℂPoſt multum. Hīc conſequenter deſcribit̃ virtus Tobiæ q̄tū ad exercitiū patiētiæ. & primò ab extraneis. ſcđò à propinquis. c. ij. Circa primū pręmittit̃ occaſio pſecutionis Tobiæ, cū dicitur: h ℂMortuo Salma. re. qui habebat eum in honore. i ℂCum regna. Senna. qui regnum Iuda multipliciter inuaſit. iiij. Regum. xviij. k ℂEt fil. Iſra. i. illos qui captiui erant in regno ſuo, quos Tobias cōſolabatur nō ſolū v̄bis, ſed etiā muneribus & alijs modis. iō ſubdit̃: Tobias autem perge. & ſubdit̃ cā odij Sennacherib cōtra filios Iſrael, cū dicitur: l ℂDeniq̧ cum reuer. eſ. Nā angelus dñi vna nocte p̄cuſsit in exercitu ſuo clxxxv. milia bellatorū: & ſic cōpulſus fuit fugere cū paucis ad terrā ſuā, vt habetur. iiij. Regū. xix. m ℂPropter blaſphe. contra deū multiplicē, vt habetur ibidē. n ℂTobias ſcpe. cor. eo. cū periculo non ſolū rerū, ſed etiam perſonę ſuę: ex quo factū eius apparet magis cōmendabile. & ſequitur exercitiū ſuę patientiæ, cū dicit̃: o ℂAt vbi nuntiatum eſt regi. factū Tobię circa ſepulturā mortuorū. iuſsit eum occi. &c. p ℂTobias ve. &c. fu. nu. i. omnibus bonis ſpoliatus. q ℂLatuit. & ſubditur cauſa cū dicit̃: Quia multi dili. eum. propter qđ ipſum celabant in tali caſu. Et quoniā deꝰ in tētatione facit prouētū: iō ſubdit̃ regis occiſio, de qua habet̃. iiij. Re. xix. & Tobiæ liberatio, cū dr̃: Et reuer. eſt Tobias. (G)

Moraliter. *deus gra. in con. Sal. Per Salmanaſar q̄ interp̄tat̃ pacificus, anguſtiatus, ſignificat̃ rex noſter, qui cū ſit pax noſtra, tñ in cruce fuit anguſtiatus, & ab eo honorat̃ vir bonꝰ à quo habet decē talenta. i. obſeruationē decē p̄ceptorū decalogi, q̄ eſt valde p̄tioſa. & eā dat ſub chirographo. i. ſacra ſcriptura, Gabelo q̄ interp̄tat̃ vallis feſtinans deo. p̄pt̃ qđ ſignificat hūilē & deuotum. & talis à bono doctore recipit practicū documentū legis. g ℂPoſt multum ve. tem. per Sennacherib, q̄ filios Iſrael habebat exoſos, ſignificat̃, q̄libet tyrannus, q̄ cōiter odit viros bonos. p̄pter qđ eos pſequit̃ in rebus & corporibus. ſed vir bonus q̄ per Tobiā ſignificat̃ ſtudet eos conſolari. p̄pter qđ tyrānus iubet eū in rebus & corpore affligi. ſed aliqñ tyrannus dei iudicio à ſuis ĩterficit̃, & ſic vir bonus de ſuis pſecutionibus expedit̃, ſecundū illud Prouer. xj. b. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, & tradet̃ impius pro eo. Aliter pōt exponi, vt per Sennacherib diabolus ſignificet̃, qui bonos ſuis tentationibus acriꝰ pſequit̃, eos quantū poteſt gratuitis ſpoliando, & in naturalibus vulnerando. ſed bonꝰ p̄latus ſiue doctor ſtudet ſpoliatos veſtibus virtutum veſtire, & occiſos peccato mortali per pœnitentiam ſepelire. Sicut eñ baptiſmus, eò q̄ operit vel delet peccatum ſepultura dicit̃. Ro. vj. a. Conſepulti ſumus in illo p̄ baptiſmum &c. ita pœnitentia pōt dici. (H)

## NICO. DE LY.

Oſt hæc ve. Cap. II. Poſtq̧ autor deſcripſit Tobiæ patiētiā ab extraneis, hīc conſequēter idem facit à propinquis, qui Tobiā de bono opere increpabant. Et diuiditur in duas partes. nam primò fit hoc à ſua cognatione. ſecundò à propria vxore, ibi: Anna verò. Prima adhuc in duas ſecundum duplicem caſum, quia cognati ſui eum iniuſtè increpabant. ſecunda ponit̃ ibi: Cōtigit autem. Prima adhuc in duas. q̄a priô ponit̃ operatio Tobiæ ſancta. ſecūdô cognatorū ſuorū ĩcrepatio iniuſta, ibi: Arguebat aūt. Circa primū dr̃: Poſt hæc ve. Ex hoc patet q̄ in diebus feſtiuis licitum eſt viuere (Diuiſio)

Moraliter. r ℂPoſt hæc vero &c. Domus Tobię i. boni p̄lati eſt eccl̃ia, in qua diebus feſtis fit bonū prandium de pabulo ſacræ ſcripturæ & ſacramento euchariſtiæ. ad cuius participationem ſtudet bonus p̄latus fide (Moraliter)

ad obitum Herodis. a ℂ Cōtigit. Be. A Nemo miretur: ſi aliqñ bonũ typicè malũ, mala bonũ ſignificẽt. Si em̃ hoc non liceret, nũq̃ nigro attramento, ſed ſemper auro lucido nomẽ dei ſcriberetur: q̃a deus lux eſt. Sed ſi nomẽ diaboli calculo cãdido ſcribas, nihilominꝰ tenebras ſignificat. Cęcatus ergo Tobias populũ Iſrael ſignificat. Cęcitas enim ex parte cõtigit in Iſrael. Fatigatꝰ à ſepultura eſt cęcatus. Qui em̃ infatigabilis in bonis operibus pſiſtit, fidei lumẽ nõ amittit. Ita ſpũaliter fatigatus dormit, qui vigilare, ſtare, viriliter agere, & cõfortari negligit. Cui dicitur: Surge qui dormis & exurge à mortuis &c. b ℂ Et ex ni. hi. Hirũdines ꝓpè leuẽ volatũ, ſuperbiã leuitatẽq̃ ſignificant, quarũ immũditia q̃bus dñat̃ excęcat. Nido hirũdineo ſuppoſitus dormit, q̃ leuitati laſciuię, ac ſupbię ſe incautus ſubijcit. Hęc cęcitas populo Iſrael imminẽte dñi aduẽtu in carne maximè pręualuit, cũm Romanę ſeruitutis iugo laboraret, & diuinę legis pcepta malè viuẽdo violaret. c ℂ Sed immobi. Quia à domo dei incipit iudiciũ. Vnde: A ſanctuario meo incipite. Qui non corripitur, non eſt filius. Qui parcit virgę, odit filium. Paulus tã q̃ puer colaphizatur, ne tanq̃ iuuenis extollatur. d ℂ Inſultabant re. Be. Erant in populo illo qui temerè miſerijs populi inſultarent ſcilicet, q̃ antiqua felicitate patrum, qui deo ſimiliter ſeruiebant iam careret, quos idem populus per doctores & electos ſuos corrigebat: ſeq̃ ad implorandam dei clementiã pro ęterna vita cõuertebat Tobias cæcus

Rom. 11. c. — Epheſ. 5. d. — †Am. 4. c. — Ia. d. — 1. Pe. 4. d. — Ezech. 9. c. — Prou. 13. d. — 2. Cor. 12. b — B

## Nicolaus de Lyra.

eſt viuere lautius, & magis delicatè, propter reuerentiam feſti, non tamen propter gulam, ſecundum quod dicitur Nehemiæ. viij. c. Ite, & comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes eis, qui non pręparauerunt ſibi: quia dies ſanctus domini eſt. a ℂ Dixit filio ſuo &c. vt exerceretur in pietatis officio. b ℂ Vade & adduc aliquos &c. eos curialiter inuitando, vt ſic tollatur ab eis verecundia petendi. c ℂ De tribu noſtra &c. quia magis tenemur propinquis, dum tamen ſint boni. ideo ſubditur: Timentes dominum &c. ſubditur: d ℂ Nuntiauit &c. iacere in pla. &c. tanquam cadauer vile. e ℂ Statimq̃ exiliens &c. Ex quo patet feruor Tobiæ circa pietatis opera. f ℂ Tollensq̃ illud portauit ad domum ſuã occulte vt dum ſol occubuiſſet &c. vt ſic opus pietatis impenderet, & offenſam regis euaderet. g ℂ Manducauit panem cum luctu &c. ex iniuſta propinqui morte. h ℂ Et tremore &c. ne fortè factum ſuum ſciſcitaretur à rege. i ℂ Memorans illum ſermonẽ quem dixit dominus per Amos prophetã &c. viij. c. Dies feſti ve. cõuer. in luctum & lamentatio. &c. Dies enim feſtus aliquando rationabiliter fit dies luctus propter caſum ſuperuenientem. prophetauit autem Amos tẽpore Ozię regis Iuda, vt patet in principio

†aduerſus — †adueniret

a ℂ Non vult ſolus buccellam ſuam comedere. vnde Iob: Si comedi buccellam meam ſolus.

dixit filio ſuo: Vade & adduc aliquos de

a ℂ Maxime aũt domeſticos fidei. b ℂ Non eos qui tantũ corpus occidunt. ℂ Tam ſpũaliter q̃ corporaliter. vnde, Ecce q̃ bonũ & q̃ iucundũ ha. fra. in vnũ. ℂ Btũs qui intelligit ſuper egenũ & pauperem. Vere pauper eſt qui filiorum more timet. vnde: Beatus vir qui timet dñm.

tribu noſtra timentes deum, ut epulentur nobiſcũ. Cumq̃ abiiſſet: reuerſus nuntiauit ei unum ex filiis Iſraël iugulatũ iacere in platea. Statimq̃ exiliens de accu-

a ℂ Cibum animæ cibo corporis pręferens.

bitu ſuo, relinquẽs prandium ſuum ieiunus peruenit ad corpꝰ. Tollẽsq̃ illud portauit ad domũ ſuam occultè, ut dum ſol occubuiſſet, cautè ſepeliret eum. Cumq̃ occultaſſet corpus, manducauit panem

a ℂ Proximi. ℂ Fuerunt mi. la. m. p. die ac. n. b ℂ Tyranni. ℂ Reddens que ſunt dei deo, & quę ſunt Cæſaris Cæſari.

cum luctu & tremore, memorans illum ſermõem, quem dixit dñs per Amos prophetam: † Dies feſti ueſtri conuertentur in lamentationem & luctum. Cùm uerò

a ℂ Quia mortuis occumbit ſol iuſtitiæ. b ℂ Sepultum mole peccati oſtendit.

ſol occubuiſſet, abiit & ſepeliuit eum. Ar-

a ℂ Carne amici nominis: non hominis inimici animæ. Nulla enim peſtis efficacior ad nocendum q̃ familiaris inimicus.

guebant autem eum omnes proximi ſui, dicẽtes: Iam huius rei cauſa interfici iuſſus es, & uix effugiſti mortis imperiũ, & iterum ſepelis mortuos? Sed Tobias plus ti-

a ℂ Qui poteſt corpus & animam perde. in ge. b ℂ Qui corpus tantum. c ℂ Feſtinanter occulte.

mens deum q̃ regem, rapiebat corpora

a ℂ Vt nec ab humanitatis officio ceſſaret, nec regem indiſcrete offenderet.

occiſorum, & occultabat in domo ſua, & mediis noctibus ſepeliebat ea. Contigit autem ut quadam die fatigatus à ſepultura ueniens in domum ſuam iactaſſet ſe iuxta parietẽ & obdormuiſſet, & ex nido hirundinum dormienti illi calida ſtercora inciderent ſuper oculos eius, fieretq̃ cæcus. Hanc autem tentationẽ ideo permiſit dñs euenire illi, ut poſteris daretur exẽplum patientiæ eius, ſicut & ſancti Iob. Nam cùm ab infantia ſua ſemper deũ timuerit, & mandata eius cuſtodierit, non

a ℂ Sicut de Iob dicitur: In omnibus his nõ peccauit Iob labiis ſuis.

eſt contriſtatus† cõtra deum, q̃ plaga cæ-

a ℂ Cum tentaretur.

citatis† euenerit ei, ſed immobilis in dei ti-

a ℂ Filiali. vnde: Timete do. o. ſ. e. b ℂ Iob: Sit nomen domini bene. ſicut d. p. i. f. eſt. c ℂ Tota vita iuſtorum dies eſt. vnde, in diebus Eliæ. Mortuus eſt Iob plenus dierum.

more permãſit, agens gratias deo de omnibus diebus uitę ſuę. Nam ſicut beato Iob

a ℂ Baldath, Sophar, & Eliphaz. b ℂ Carne.

inſultabant reges, ita iſti parentes & cognati eius irridebant uitam eius, dicentes:

a ℂ Omnes qui piè volunt viuere in Chriſto. pa. opprobria.

a ℂ Nuſq̃. b ℂ Remuneratio vel vtilitas ſpei. c ℂ Quaſi mercenarius. Mali enim aut vt ſerui deo timore ſeruiunt, aut vbi mercenarij mercedem quęrunt, ideo beatitudinem quę eſt ipſe deus nunq̃ recipiet.

Vbi eſt ſpes tua pro qua eleemoſynas faciebas & ſepulturas? Tobias uerò increpabat eos, dicẽs: Nolite ita loqui: † Quoniã

a ℂ Sancti eſſet debemus ſimiles patribus. b ℂ Futuram inquirimus. pro illa fideles ſumus.

filij ſanctorum ſumus: & uitam illam ex-

a ℂ Non hanc. ℂ Per gratiã: gratia autem dei vita æterna. b ℂ Perſeuerantibus, non incipientibus. Vltima ſemper eſt expectanda dies hominis. vnde: Qui perſeuerauerit vſq̃ in finẽ, hic ſaluus erit.

pectamus quã deus daturus eſt eis, qui fidẽ

in principio ſuæ ꝓphetię. Tobias verò captiuatus fuit ſexto anno Ezechię vt dictũ eſt. c. pcedenti, qui fuit quartꝰ rex ab Ozia rege, & ſic Tobias prophetiã Amos ſcire potuit & rememorari. C k ℂ Arguebant. Hîc conſequenter ponitur amicorũ Tobiæ increpatio iniuſta, cũ dicitur: Arguebãt autem eum omnes proximi &c. & dr̃ oẽs, quia proximi eius tã cognatione q̃ vicinitate eũ arguebãt. l ℂ Et vix effu. mor. imperium. i. mortẽ ſuper te imperatam, vt dictũ eſt ſuprà. m ℂ Sed Tobias plus ti. deum. qui corpus & animam poteſt mittere in gehennam. n ℂ Quam regem. qui ſuper corpus tantũ habet poteſtatem. o ℂ Rapiebat cor. oc. exercens pietatis opera. p ℂ Contigit au. Hîc ponit̃ cauſa increpatiõis ſecunda. & ſecundò increpatio ipſa ibi: Nã ſicut beato Iob. Circa primũ ſciẽdũ q̃ cauſa huius increpationis fuit cęcitas ſuperueniens Tobiæ, quã eius cognati attribuebant eius demeritis falſò. ſic ergo dicitur: Contigit autem. & patet litera vſq̃ ibi: q ℂ Fieretq̃ cæcus. Hoc non videtur fuiſſe ex naturali ſtercoris virtute, maximè cũ nõ ceciderit ſuper eius oculos apertos, ſed clauſos, ſed ex ordinatione dei qui actor eſt mali pœnę, vt ſic Tobias poſteris eſſet exemplar patientię. ideo ſubditur: r ℂ Hanc autem tentationẽ &c. quę fuit ad Tobiæ pbationem. nõ ſubditur poſtea: D s ℂ Non eſt contri. cõ. de. & patet litera. t ℂ Nam ſicut bea. Iob &c. Hîc conſequenter deſcribitur increpatio iniuſta cũ dicitur: Nam ſicut bea. Iob inſul. re. i. eius amici, qui erant potẽtes: propter qd̕ hîc reges dicuntur, & fortè reges fuerunt ad literam. Nam antiquitus in qualibet ciuitate erat vnus rex, vt patet Ioſue. xij. v ℂ Ita iſti pa. & co. eius irri. vi. eius &c. per qd̕ innuitur, q̃ irridebant eum quaſi ſingulis diebus. x ℂ Dicẽtes, vbi eſt ſpes tua &c. Ex quo videtur, q̃ iſti remunerationẽ boni & mali credebant eſſe tm̃ in vita pręſenti, ſicut & amici Iob, vt ibidem fuit diffuſè declaratum. Et q̃a hoc eſt erroneum, ideo Tobias icrepabat eos, dicens: y ℂ Nolite ita loqui. &c. In verbis em̃ erroneis nulli debet deferri. z ℂ Quoniam filij ſanctorum ſumus &c. id eſt Abraham, Iſaac & Iacob, qui per fidem expectabant in futuro æternam remunerationem. ſecundũ qd̕ declarat Apoſtolus Hebræo. xj. diffuſè. ideo ſubditur: a ℂ Et vitã il. expecta. &c. ſcilicet per fidem ſicut & patres noſtri.

Anna verò

Moraliter

prelatus fideles cõuocare. & ſi audiat aliquem iugulatũ morte culpę, feſtinat ipſum per veram pœnitẽtiam ſepelire. p ℂ Contigit autem &c. Per hirundinem, quæ eſt auis hincinde volatilis, ſignificantur fortunę bona, quæ reputanda ſunt vt ſtercora. & hæc excęcant oculos etiam ſapientum. ſicut dicitur Deute. xvj. d. Munera excęcant oculos ſapientum, & mutant vba iuſtorũ. Patiẽtia vò Tobiæ in plaga cæcitatis & ſuæ deriſionis etiam ab amicis, exemplum eſt patientię cunctis fidelibus in ad

†17. 8. a.

bias cęcus, & ꝟbũ dei ꝑdicãs reprobos &
E electos ſignificat, ſicut Iacob cum angelo lu
Gene. 32. f. ctans factus eſt claudus & bñdictus. In clau
dicatione ſuę gẽtis infidelitatẽ, in bñdictiõe
ſignificans fidẽ. Tobias ꝟò vir ſanctus rur
ſus & increpatus à charitate non ceſſat. vñ:
2 Co. 13. b. Charitas patiens eſt, benigna eſt &c.

## GLO. ORDI.

Tunc To. Cap.
Sequitur: a ℭ Vel parentũ.
Exod. 20. a. Reddet deus pctã patrũ vſq; in
tertiam & quartã gñationem,
his qui ſe oderunt, & ſimiles malis patribus
ſunt. b ℭ Vt Sara. Be. Turbam nationũ
ſignat cuius doctores cuncti vitam tm̃ huiꝰ
ſeculi, qđ ſeptẽ diebus euoluiť, nouerant,
ęterna neſciebant. Iõ à diabolo rapti quaſi
idololatriæ mancipati, donec venit Chriſtꝰ
verus ſpõſus, q eã ſibi in fide deſpõſauit, ho
ſte ſupato: ſicut Sathã alligato diabolo pſen
te & cooperante angelo in quo ſaluatoris
diuinitas ſicut in Tobia ſignať humanitas.
†perierunt Nec mirandũ, ꝙ duas pſonas angeli. ſ. & ho
minis, vnam Chriſti figurare pſonam dici
mus, qa in expoſitionibus patrũ legimꝰ vnã
eius eſſe perſonã in Iſaac & ariete figuratã q
in hũanitate occiditur vt ouis, in diuinitate
permanet impaſsibilis cũ patre, ſicut Iſaac
cum Abraham domum reuertitur incolu-
mis. Si enim aries Chriſti humanitatẽ, hõ
ſignat diuinitatẽ; cur non aptius homo hu-
manitatem

## Nicol. de Lyra.

a ℭ Anna vero. Hîc cõſequẽter icre
†vera patur Tobias à propria vxore ſua. qđ tan
tò grauius ẽ, ꝙtò vxor ẽ viro magis cõiũcta
& etiã ſubiecta. & primò circa hoc poniť in
crepatiõis occaſio, cũ diciť: An. ve. &c. ex
tra domũ ſuã. nã ꝓpter cęcitatẽ viri eius &
eleemoſynas ꝑcedẽtes nõ habebat facultatẽ
vnde poſſet habere materiã ad hoc opus ex
exercendũ in propria domo. Cætera patẽt
F vſq; ibi: b ℭ Videte ne for. &c. Vide-
tur ꝙ malè fecerit hoc quærendo: quia cùm
Anna diu fuerat, & eius fidelitatem multipli
citer probauerat: propter quod nõ debuit
habere ſuſpicionem de ipſa, nec per conſe-
quens dicere talia verba. Ad hoc dicendum
eſt, ꝙ bene locutus eſt. quia pauper erat, vt
dictũ eſt. propter quod cibaria delicata nõ
conſueuerat habere in domo ſua, manebat
etiã inter fideles pronos ad furta: propter q̃
rationabiliter timuit, ne fur aliquis vendidiſ
ſet vxori pro pretio minori, & illa ducta
paupertate & indiſcretione muliebri, non in
quiſiuiſſet diligentia ſufficienti vnde vendi-
tor habuiſſet. iõ dixit vxori, vt diligentius in
quireret. & hoc ſonant eius verba cũ dicit:
Videte ne for. fur. id eſt diligentius in-
quirite. Vxor autem eius ſic accepit, acſi du
bitaret de ſua fidelitate, ideo ſequitur incre-
patio viri iniuſta, cũ dicitur: c ℭ Ad hęc
vxor eius irata. irrationabiliter, vt patet
per dicta. d ℭ Reſpondit &c. iniurioſè.
e ℭ Manifeſte facta eſt va. ſpes tua.
vitæ futurę. quia non ſolùm perdidiſti lu-
men corporis, ſed etiam mentis & conſcien
tiæ bonæ. f ℭ Et eleemoſynę tuę appa.
ſ. fictæ & vanę tanq; ex hypocriſi factæ. Et
quia pluribus modis alijs eum moleſtabat.
ideo ſubditur: Atq; his & alijs huius
verbis exprobrabat ei.
Moraliter. delibus in aduerſis. a ℭ Anna vero v-
xor. Secũdũ Aug. ſuper Geñ. rõ vir & ſen
ſualitas fœmina vocať: quæ circa victum &
ſenſibilia verſať, ſicut Anna circa opꝰ textri-
nũ ad habẽdũ victum. Sed quia ſenſualitas
frequenter

ſuam nunq; mutãt ab eo. Anna a
uerò uxor eius ibat ad textrinum

a ¶ Labores manuum tuarum quia manducabis &c. Et: Qui non laborat, non manducet.

opus quotidie, & de labore manu
um ſuarũ uictũ, quem conſequi
poterat, deferebat. Vnde factum
eſt, ut hędum caprarum accipiẽs
detuliſſet domi. Cuius cùm uo-
cem balantis uir eius audiſſet, di-

a ¶ Vir vxorem corrigit, ratio ſenſualitatem.

xit: Videte ne fortè furtiuus ſit. b
Reddite eum dñis ſuis: quia non
licet nobis aut edere ex furto ali-
quid, aut cõtingere. Ad hęc uxor c
eius irata reſpondit: Manifeſtè fa d e

a ¶ Ratio futura quęrit & inuiſibilia, Bua noſtra econtra. b Fructus eleemoſynarum.

ctã eſt uana ſpes tua, & eleemo- f

a ¶ Periiſſe paruerunt.

ſynę tuę modò † apparuerũt. Atq;
his & aliis huiuſcemodi uerbis ex
probrabat ei. Cap. III.

Tunc Tobias in g

a ¶ Iuſtus in principio eſt accu. ſui. Qui celat, vulnera nutrit. nos quoq; in omnibus quę patimur, deum iuſtũ & miſericordem eſſe ſentiamus. vnde: Miſericordia & iudicium cã. t. d.

gemuit & cœpit h
orare cum lachry i
mis dicẽs: Iuſtus es dñe, & omnia k l
iudicia tua † iuſta ſunt, & omnes m n
uię tuę miſericordia, & ueritas, &
iudiciũ. Et nunc domine memor

a ¶ Quia ſumo. ¶ In futuro.

eſto mei, & ne uindictam ſumâs

a ¶ Q. Parce mihi: ego non parco. b ¶ Quia ego reminiſcor.

de peccatis meis, neq; reminiſcã-
a rís delicta mea uel parẽtum meo-

a ¶ Sicut debuimus.

rum. Quoniã non obedimus prę o

a ¶ Ideo a te iuſto iudice.

ceptis tuis: ideo traditi ſumus in p q

a ¶ Hoſtium prædam. b ¶ Exilium.

direptionem, & captiuitatem, & r

a ¶ Corporis vel animæ.

mortem, & in fabulam, & in † im- s t v

a ¶ Gentibus.

properium omnibus nationibus,

a ¶ Tu, non illi. b ¶ Peccatores.

in quibus diſperſiſti nos. Et nunc x

a ¶ Super nos

domine magna iudicia tua, quia y
nõ egimus ſecundũ pręcepta tua,

a ¶ De virtute in virtutem. n ¶ Et ſi coram hoibus.

& nõ ambulauimꝰ ſynceriter cõ- z
ram te. Et nunc domine ſecũdum a

a ℭ Quę exuperat omnem ſenſum. ¶ Quę in omnibus iuſta. b ¶ Non meam. ¶ Q. non mea voluntas, ſed tua ſit. c ¶ Vrgentibus Ægyptiis filiis Iſrael clamant ad dominum.

uoluntatem tuam fac mecum, &

a ¶ Angelis. b ¶ In ſinu, in quiete animę Abrahę cuius ipſe pater ſicut & fidei.

pręcipe in pace recipi ſpm̃ meũ.

a ¶ Cupio diſſolui & eſſe tecum, ne malitia malorum mutet cor meum.

Expedit enim mihi magis mori b

a ¶ Qua Tobias orauit & illa orauit.

q; uiuere. Eadem itaq; die conti- c
b git, ut Sara filia Raguelis in Ra- d

frequẽter deficit niſi corrigať rõne, iõ ratio G
debet inquirere, ne fortè circa ſenſualitatis
opꝰ aliqđ incõueniẽs cõtingat: ſicut Tobias
ab Anna inquiſiuit, ſed ſicut illa durè porta
uit, ſic ſenſualitas frequenter rebellat rõni. &
ſicut Tobias ad orõnẽ recurrit, ſic ratio ad
optima deꝑcatur. Cap. III.

## NICO. DE LY.

Tunc To. Poſtq; deſcriptũ eſt
circa Tobiã patiẽtię exercitium,
hîc cõſequẽter deſcribiť eiꝰ re- Diuiſio
mediũ. ſ. in incurſu ad deũ ꝑ orõ
nẽ deuotã. iõ dr̃: Tũc To. nõ ex ĩpatientia,
ſed vxoris malitia quã horrebat vt ꝓpriã, cũ
vir & vxor ſint q̃ſi vna pſõa. h ℭ Et cœ. or.
feruẽter & deuotè. iõ ſubdiť: i ℭ Cũ lach.
ſ. mẽtis & corpis. & in oratiõe ſua, vt ſit ma
gis exaudibilis, priò diuinã iuſtitiã confiteť,
di. k ℭ Iuſt. es d. nam regula eſt veritatis.
l ℭ Et oĩa. pœnas inferendo. m ℭ Iuſta.
als vera ſunt. porpter pcti demerita. n ℭ Et
oẽs. v. t. in oĩbus opibus tuis relucet miſeri
cordia & iuſtitia. nam omne bonum â deo
collatũ ꝓcedit ex diuina bõitate & liberali
tate, q̃ eſt principiũ & fons miſericordie, &
ſic apparet ibi miſericordia, ſimiliter iuſtitia:
qa facit oĩa ſcđm ordinẽ decẽtiſsimũ. Malũ
aũt pœnale cuius deꝰ eſt autor, inferť cõiter
ꝓ demerito: & ſic relucet ibi iuſtitia. Et quia
ſemp punit citra cõdignũ: ideo relucet ibi
miſericordia. Et qm̃ orõ hũiliantis ſe nubes
penetrat, Eccleſia. xxxv. c. iõ cõſequẽter cõfi-
tetur propria & parentũ ſuorũ pctã di. Ne
q; remini. & cõſequẽter ea magis explicat,
di. o ℭ Qm̃ nõ o. ꝑ. t. ea tranſgrediendo.
p ℭ Iõ tra. ſu. iuſtè. q ℭ In direptio.
ꝙtũ ad corpora ꝓpria. r ℭ Et capti. ꝙ
tũ ad bona tẽporalia. s ℭ Et mor. qa multi
de filijs Iſrael iugulabanť: vt dictum eſt. ſ.
t ℭ Et in fa. quia Gẽtiles inter quos erãt ca
ptiui, frequẽter inter ſe cõfabulabanť de filio
rũ Iſrael miſeria & captiuitate. v ℭ Et in
im. quia multa cõuitia eis inferebanť. conſe
quenter repetit huius cauſam, attribuendo
deo iuſtitiã, dicẽs: x ℭ Et. n. m. i. quia nullꝰ
poteſt ea arguere. y ℭ Quia nõ egi. Licet H
aũt ipſe innocẽs eſſet, tñ connumerat ſe pec
catoribꝰ, eò ꝙ erat de eorũ populo & natio
ne. z ℭ Et non a. ſin. q. d. & ſi in aliqbꝰ im
pleuimus mandata tua ꝙtũ ad ſubſtãtiã o- †oppro-brium
peris, nõ tñ recta intẽtione. a ℭ Et nunc.
Licet enim vellet citò mori, ne experiretur
amplius cognatorũ ſuorũ & vxoris ſuę ma-
litiã, & populi Iſrael afflictionẽ: tamẽ ſapien
ter & diſcretè pręponit in omnibus diuinã
voluntatẽ. b ℭ Expedit. Hoc em̃ nõ dicit
tędio acedię ſed tędio infirmitatis hũanę.
qđ ſi eſt pctm̃, non eſt niſi veniale. & hoc
bene contingit in viris perfectis. Prou. xxiiij.
b. Septies in die cadit iuſtus, & reſurget.
c ℭ Eadem ita. di. Hęc eſt pars incidẽta
lis, in qua primò poniť incidẽtis narratio.
ſecũdò narrationis ratio, ibi: In illo tempo
re. Prima in duas. nã incidens fuit exercitiũ
patientiæ Saræ filiæ Raguelis, cuius primò Diuiſio
ponitur iniuſtum improperium. ſecundò
ſanctum refugium, ibi: Ad hanc vocem.
Circa primũ dicitur. Eadem. itaq;. ſ. oratio
nis Tobiæ. d ℭ Vt Sara, q erat de Iudæ-
is capti
Mora. g ℭ Tũc To. Seqť: d ℭ Eadem
